Ambo, ambæ, ambo: ambôrum, ambárum, ambôrum: ambôbus, ambábus, ambôbus: & in accusatiuo, ambos vel ambo, ambas, ambo, Nomen est collectiuum. Ci. *Tous deux ensemble.*
Ambæ vnâ feruntur iunctis frontibus. Virg.
Ambas buccas iratus inflat. Horat.
Ambas palmas ad cælum tendit. Virg.
Ambrices, Festus. *Tuilles.*
Ambrosia, Herba, quam alii Botrym, alii Artemisiam vocant. Plin. Poetæ fabulantur Ambrosiam appellari cibum deorum: quemadmodum Nectar, potum. Ouid.
Ambrosia dulci dulcius. Catul.
Ambrosius, Adiectiuum, Id est ex ambrosia, vel ad ambrosiam pertinens. vt Ambrosii succi. Colum.
Ambrosiæ dapes. Martial. Ambrosiæ comæ. Virg.
Ambrosio sinu puerum complexa. Claud.
Ambrosius succus. Sil. Ital.
Ambrosiacus, pen. corr. Adiect. vt Ambrosiaca vitis. Plin.
Ambubeia, vel (vt aliis placet) Ambugia. Plin. *Cichorée sauuage ou champestre.* E vetustis Plinii codicibus manu scriptis alii Ambulam vocant, alii Ambubulam. Testatur Plinius & Intubum erraticum vocari.
Ambulacrum, Vide AMBVLO.
Ambulo, ambulas, pen. cor. ambulâre. Plau. *Se pourmener.*
Ambulare. Plin. *Aller, Marcher, Cheminer.*
Ambulare pedibus. Plaut. *Aller a pied, Cheminer.*
Ambulare passus quingentos. Pli. Ambulāt aues. Plin.
Ambulat fluuius. Plin. Ambulant naues. Cato.
Ambulare maria. Cic. Quum Xerxes maria ambulauisset. *Cheminer sur un pont faict sur la mer.*
Ambulare foro transuerso. Cicero. *Se pourmener a trauers du marché.*
Ambulare in litore. Cic. Ambulare in sole. Cic.
Ambulare cum aliquo. Cic.
Rectè ambulare. Cic. *Faire bonne diligence de cheminer.*
¶Ambulare in ius. Plaut. *Aller par deuant le iuge.*
¶Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. *Ce chapitre a esté mis & reputé par toutes les loix.*
¶Ambulari, Passiuum in tertiis personis. Plin. Si statim bina stadia ambulentur.
Ambulans cœna. Martial. *Quand on fait courir les mets par toute la table par faulte de viande.*
Ambulatio, Verbale. Cic. *Pourmenement.*

Ambulatio plana.Celf. *Pourmenement a pleine terre, sans monter ne devaller.*
Ambulatio recta melior quàm flexuosa.Celsus.
¶Ambulatio.Cic. *Allee, ou galerie, & autre lieu ou on se pourmene, Un pourmenoir.*
Ambulatiúncula.pen corr.Diminut. Cic. *Petit pourmenement.*
¶Ambulatiúncula.Ci. *Petit lieu a se pourmener, Petit pourmenoir.*
Ambulâtor,pe prod.Columel. *Un coureur, Trotteur, Bateur de pavé, Un milotier.*
Ambulátrix,pen.prò. Verbale fœ. Cat. *Une trottiere, Une coureuse, Une millotiere.*
Ambulatórius,Adiectiuum:vt Turris ambulatoria.Hirtius. *Une tour mouvante au moyen des roues qui sont dessoubs.*
Ambulatorium operculum.Plin.
Ambulácrum,pen.prod.Plin. *Une galerie ou autre lieu a se pourmener, Pourmenoir, Une allee.*
Extenta ambulacra mirari.Plin.
Longa ambulacra & mollia.Gell.
Luculentum ambulacrum.Plaut.
Ambulátilis,pen. cor. Adiectiuum. Vitruuius. Idem quod Ambulans.
Amburo,ambûris,pen. pro.ambussi,ambustum,ambúrere.Plaut. *Brusler, Brusler tout autour.*
Amburi,de cadauere dictum.Cic.
Ambusta feruoribus Ariana regio. Plin. *Brusler de grandes chaleurs.*
Ambustus incendio.Cic.
Ambustus fulminibus.Plin.Iunior.
Ambusta lumina pruinis.Valer.Flac.
Ambusta aquis,si statim ouo occupentur, pustulas non sentiunt.Plin. *Brusleures d'eau chaulde, Eschauldures.*
Ambusta curat lens aquâ semicocta.Plin. *Brusleures.*
Ambusta emendat decoctæ radicis asphodeli succus. Pli.
Ambusta illinere.Plin.
Ambustis illinitur cruda canabis.Plin.
Ambustis imponitur cum melle heliochrysum.Plin.
Ambustis inspergitur cinis testæ ostreorum. Plin.
Ambustis medetur cinis sarmentorum.Plin.
Ambustis cicatricem tenuissimam obducit cinis fici. Pli.
Ambusta occupare ouo. Plin. *Mettre un oeuf incontinent sur la brusleure ou eschauldure, devant que les cloches & pustules se levent.*
Ambustis prodest oleum cicynum.Plin.
Ambusta purgant myrti satiuæ folia.Plin.
Ambusta sanantur plantagine.Plin.
Ambusta igni vel frigore sanat pilularũ platani cinis.Pli.
Ambusta sedat nucleus gallæ.Plin.
Ambustis vtilis est myrtus satiua.Plin.
Ambústio,ambustiônis,Verbale.Plin. *Brusleure.*
Amen, Dictio est Hebræa,quæ Verè,aut Veritas significat: particula seruiens,quum aliquid confirmandum est. *Certes, Ainsi soit il.*
Amens,amentis,Adiectiuum.Cic. *Forcené, Hors du sens.*
Vecors & amens.Cic.
Consilium amentissimum,Vide CONSILIVM.
Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps & deuius.Cic. Amens animi.Virg.
Amens dolore.Ouid. Amenti furore cæca.Catul.
Amens metus incubat.Lucan.
Amens terror.Claud.
Amentia,amentiæ,Denominatiuum.Cic. *Forcenement, quand une personne est hors du sens.*
Amentia grauis.Ouid. Amentia petulans.Claud.
Amentia præceps.Stat. Amentia versat.Horat.
Amentum,amenti,n.g. Plin. *Un lien, la courroye ou la bride d'un soulier.*
Amentum.Liu. *Le lien & bride qu'on attache a un dard pour iecter plus roide.*
Amentâtus,penult. pro. Adiectiuum nomen, siue Participium ab Amento,amentas.
Amentatæ soleæ.Cic. *Pantoufles bridees, attachees a courroyes & liens.*
Hasta amentata.Ci. *Iaveline ou dard auquel lon a attaché un lien.*

Amento,amentas,amentare. Lucan. *Attacher un lien ou bride a un dard.*
Ames,amitis,m g.Horat. *Une perche a oiseleur.*
Amethystus,amethysti,m.g.Plin. *Une pierre precieuse nommee Amathyste.* Amethystus purpureus.Ouid.
Amethystinâtus,pe.prod.Mart. *Vestu de couleur retirant a une amathyste.*
Amethystinus,Adiectiuum,pen.cor.Iuuenal. *D'amathyste.*
Amethystina,amethystinorum,n. g. Iuuen. *Robes violettes.*
Amethystinus color.Plin. *Violet.*
Amia,amiæ,piscis est Pelamidi similis,cuius incremẽtum singulis diebus intelligitur.Plin.
Amica, Vide AMICVS Substantiuum.
Amicabilis, Amice, Vide AMICVS Adiectiuum.
Amicio,ámicis,pe.cor. amiciui, amictum, amicîre. Sueton. *Couvrir, Affubler, Vestir.*
Amicibor,pen prod. pro Amiciar.Plaut.
Amicitur in fuluis alis.Ouid.
Amicitur vitibus vlmus.Ouid.
Amicitur chartis.Horat. *Il est couvert ou envelopé de papier.*
Amictus,Participium.Cic. *Vestu, Couvert, Affublé.*
Amicta ossa pelle.Horat. Amicta loca niue.Catul.
Amicta vitibus vlmus.Horat.
Amictus, huius amictus.Cic. *Ami ou amict, Affublement, Couverture, Vestement.*
Aurato amictu velatur.Ouid.
Croceo amictu velatus.Ouid. Duplicem ex humeris reiecit amictum.Virg.
Amictus ferrugineus.Claudian.
Glauco amictu caput contexit.Virg.
Amictus leuis.Catul. Lineus amictus.Tacit.
Multo amictu nebulæ circunfudit dea gradientes.Virgil.
Perlucenti amictu.Ouid. Purpureus amictus.Horat.
Sordidus amictus.Virgil.
¶Amictus lacessere.Stat. *Tirer.*
Lapsus ex humeris amictus.Ouid.
Madido amictu oneratus.Claudian.
Plebeio amictu tectus.Lucan.
Tenues amictus laniauit.Ouid.
Deponere amictus.Iuuenal.
Amictu erepto nuda.Propertius.
Græci amictus iũ exoleuerant.Tacit. *Estoyent hors d'usage.*
Amictu fœmineo velauit.Stat.
¶Amictus,pro modo & ratione vestiẽdi corporis, & decóre vestitu. Quintil. *Vesture.*
Amículum,pen.corr.n.g. Cic. *Une sorte d'habit comme pourroit estre un manteau.*
Amiculátus,pen.prod.Adiectiuum.Solin. *Couvert.*
Amica,amicæ,pen.prod.Terent. *Amie, Amoureuse.*
Culta amica.Ouid. *Bien accoustree.*
Dura. Ouid. Fallax.Ouid. Formosa.Ouid.
Mollis.Ouid. Tenera.Ouid.
Amicæ venales ad munus.Propert.
Ad amicam alterius insinuare se. Plaut. *Prendre accointance avec elle.*
Amicula,pen.cor.Diminutiuum.Pli.Cic. *Amiette, Petite amie.*
Amicus, substantiuũ,pe.prod.ab Amando dictus est. *Ami.*
Amicus,necessariúsque communis.Cic.
Amicus ac pernecessarius alicuius.Cic.
Valde amicus alicui.Cic. Bonus amicus.Tacit.
Certus amicus.Plaut. *Feal, Ferme & constant.*
Clari amici.Horat. Amicus communis.Cic.
Discolor amicus infido scurræ. Horat. *Un ami qui ne ressemble point a un plaisanteur & flatteur, ou temporiseur.*
Dulcis.Horat. Amicus ex animo.Cic. *Du bon du cueur.*
Fidus.Horat. Inops.Persius. Iucundus.Horat.
Potens.Horat. Putus.Horat.
Sterilis.Iuuenal. *Duquel on ne peult esperer aucun bienfaict.*
Tenuis.Ouid. *Povre.* Verus.Cic.
¶Vtinam ego tertius vobis amicus adscriberer.Cic.
Amicum imperatoris agere.Tacit.Vide AGO.
Amicum veterem agnoscere.Virg. *Recognoistre.*
Amittere amicum.Plaut. *Perdre.*

Anquirere amicos. Cic. *Cercher diligemment.*
Amicos auersos componere. Horat. *Mettre d'accord les amis estants en discord, Les appoincter & accorder.*
Concedere amicis. Cic. Curare amicos. Plaut.
Facere amicũ promerendo. Senec. *Faire, ou Gaigner un ami.*
Facere nos amicos alicui. Cic. *Faire que nous aimions aucun.*
Amici propioris munere fungi. Horat.
Implorare amicum. Sil. Ital.
Instituere sibi amicum. Cic. *Faire, ou acquerir un ami.*
Parare amicos. Cic. *Acquerir des amis.*
Retinere amicos. Cic. *Garder, & entretenir en amour.*
Retinere & seruare amicos. Horat.
Remanens amicus in duris rebus. Ouid.
Rodere amicum absentem. Horat. *Mesdire & detracter.*
Spoliari amicis charis. Claudian.
Suscepti amici curam dimittere. Ouid.
Amicus, pen. prod. Adiectiuum.
Amicæ ciuitates. Cæsar. *Alliees par amitié.*
¶ Amicus pratis humor, amica frugibus æstas. Virg. *Ami, Qui luy fait fort grand bien, Vide, Propice.*
Amicum diis. Horat. *Plaisant & aggreable a Dieu.*
Amicus Musis. Horat.
Amicum agmen. Ouid. *Assemblee d'amis.*
Animus amicus. Terent.
Amico animo dare. Horat. *De bon cueur.*
Arcum amicius. Ouid.
Aures amicæ. Horat. *Fauorables.*
Dictis fatur amicis. Virgil. *Par parolles amiables.*
Manus amica. Ouid.
Numen malè amicum. Virgil. *Mal fauorable, Mal ami.*
Opes amicæ. Virgil. Portus amicos intramus. Virgil.
Quies amica. Claud. *Plaisant repos & aggreable.*
Sydus apparere amicum. Horat.
Tempus amicum agit sol. Horat. *Quand il se couche: car alors il ameine le temps de repos aggreable aux laboureurs.*
Tempus fraudibus amicũ. Stat. *Propice, Propre a tromperies.*
Vento amico nauem ferri. Ouid. *Propice.*
Vultu amico promittere spem. Ouid. *Visage amiable.*
Vultus amicos veneratur. Claud.
¶ Amicior, comparatiuũ. Cicero, Neque ego amicior C. Cæsari vnquam fui.
Amicior vndis fraxinus. Stat. *Le fresne aime fort les eaues.*
¶ Amicissimus, penult. cor. Cæsar, Amicissimus Pop. Ro.
Coniunctissimus & amicissimus. Cic.
Amiculus, penul. cor. diminutiuum ab Amicus substãtiuo. Cic. *Petit ami.* Amiculus dulcis. Catul.
Amicè, Aduerbium. Cic. *Amiablement, En ami.*
Amicè & beneuolè. Cic.
Familiarissimè & amicissimè viuere cum aliquo. Cic.
Amicè, cum datiuo. Cic. Fideliter, & vitæ hominũ amicè.
Amicissimè. Cic.
Amiciter, pen. cor. Aduerbium pro amicè. Plaut.
Amicábilis, & hoc amicábile, pen. corr. vt Opera amicabilis. Plaut. *Faicte par amitié.*
Affectio amicabilis. Vlpianus. *Amiable, D'ami.*
Amîco, amicas, pe. prod. amicáre. Stat. Prece numen amicat. *Il fait Dieu son ami & fauorable par prieres.*
Amicitia, ab Amicus dicitur. *Amitié.*
Amicitia etiam inter res inanimas. Plin. Amicitia est rutæ & cum fico.
Amicitiæ ambitiosæ, Vide AMBIO.
Amicitiæ pudicæ sanctus amor. Stat.
Charitas & amicitia hominum, gratuita est. Cic. *Sans esgard ou espoir de recompense.*
Condimentum amicitiæ haudquaquam mediocre, suauitas sermonum atque morum. Cic.
Communes amicitiæ. Cic.
Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. Cic.
Amicitia exercita cum aliquo. Tacit. *Quand un homme a eu amitié auec un autre.*
In amicitiis fideles. Cic.
Fines in amicitia qui sint, & quasi termini diligendi, constituendi sunt. Cic.

Amicitiæ fons à natura constitutus. Cic.
Fores amicitiæ aperire. Cic.
Principum graues amicitiæ. Horat.
Amicitiæ gloriâ excellens Lælius. Cic.
Infaustæ amicitiæ grauis exitus. Tacit.
Amicitiæ ius in eo est, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus. Cic.
Iustæ verèque amicitiæ vetus est lex illa, vt idem amici semper velint. Cic. Leues amicitiæ. Cic.
Mediocres amicitiæ. Cic.
Amicitiæ coniunctionisque necessitudo. Cic.
Amicitiæ sanctum & venerabile nomen. Ouid.
Nouis amicitiis indulgere. Cic.
Officiosa amicitia. Cic.
Ornamentum amicitiæ, verecundia. Cic.
Par amicitiæ. Cic. *Vne paire, ou Vne couple d'amis.*
Partæ amicitiæ. Cic. *Acquises.*
In amicitiis pestis nulla maior, quàm adulatio. Cic.
Amicitiæ præsidium firmissimum. Cic.
Pyladea amicitia. Cic. *Parfaicte amitie, semblable a celle de Pylades & Orestes.*
Amicitiarum satietates esse non debent. Cic. *On ne se doibt iamais fascher, ennuyer ou saouler d'amitie.*
Amicitiæ sempiternæ. Cic. Amicitiæ simulatio. Cic.
Amicitiæ stabiles permanent. Cic.
Amicitia suauis. Lucret.
Validus ad amicitiam alicuius. Tacit. *Qui peult aiseement paruenir a l'amitie d'aucun, Qui ha les moyens de paruenir, &c.*
Venenum amicitiæ, odium. Cic.
Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Cic.
Amicitia vetusta puer puero vinctus. Ouid.
Amicitiæ vinculum nullum est certius, quàm, &c. Cic.
Vis amicitiæ. Cic.
Vsus amicitiæ varius est & multiplex. Cic.
Vulgares amicitiæ. Cic.
¶ Accedere ad amicitiam. Cæsar.
Accipere aliquem in amicitiam. Liu. *Receuoir & admettre en son amitié.*
Accrescit amicitia. Terent. Adiungere ad amicitiã. Cic.
Adrepere ad amicitiam. Cic. *Venir petit a petit & par moyens subtils a l'amitiè d'aucun.*
Adscribere aliquem ad amicitiam. Cic.
Aggregare se ad amicitiam alicuius. Cæsar.
Allicit & attrahit ad amicitiam similitudo. Cic.
Amplecti amicitiam alicuius. Tacit.
Amicitias appetere. Cic.
Ad amicitiam alicuius se applicare. Cic. *S'approcher & adioindre a, &c.*
Ab amicitia alicuius se auertere. Cæsar. *Se destourner & diuertir de, &c.* Naturali amicitia carere. Cic.
Amicitiæ, charitate & amore cernuntur. Cic.
Amicitia claudicare videtur. Cic. Colere amicitias. Cic.
Amicitias comparare. Cic. *Acquerir.*
Concordi amicitia & charitate se complecti. Cic.
Conciliat amicitias & conseruat virtus. Cic.
Conferre se ad amicitiam alicuius. Cic.
Stabilitas amicitiæ confirmari potest. Cic.
Conglutinare amicitias. Cic.
Coniugare amicitias. Cic. Coniungere amicitias. Cic.
Amicitiam constituere & tollere, contraria. Cic.
Consequi amicitiam. Cic. *Acquerir.*
Amicitiam continere. Cic. *Conseruer & entretenir.*
Contrahit amicitiam virtus. Cic. *Attire, Acquiert.*
Conuerterant se amicitiæ in graues inimicitias. Cic.
In amicitiam conuertere aliquem. Plaut.
Amicitiæ terga dare. Ouid. *Fuir l'amitié de quelcun.*
Amicitias dat census. Ouid. *Richesse fait auoir les amis.*
Depositæ amicitiæ. Cic. Deserere ius amicitiæ. Cic.
Dimittere amicitias. Cic. Dirumpere amicitias. Cic.
Discindere amicitias. Cic.
Dissociat amicitias dissimilitudo morum. Cic.
Dissoluere amicitias. Cic. Dissuere amicitias. Cic.
Amicitiæ durant firmissimè. Quintil.

Eleuare amicitias remissione vsus. Cic. *Diminuer les amitiez par ne point hanter si souuent l'un auec l'autre.*
In amicitiam & in amicitia alicuius esse. Cic. Pli. iunior.
Amicitia mihi est cum eo. Cic. *I'ay amitié auec luy.*
Amicitiam euertere funditus. Cic.
Exardescit amicitia. Cic. Fideles amicitias excludere. Ci.
Expetenda amicitia. Cic.
Amicitiæ munus expletū est. Cic. Extinctæ amicitiæ. Ci.
Exuere amicitiam alicuius. Corn. Tacit.
Fingere amicitias vtilitatis causa. Cic.
Amicitiæ recordatione frui. Ci. Gerere amicitiā. Ci. *Aimer.*
Amicitiam & gignit & continet virtus. Cic.
Habenas amicitiæ habere laxissimas. Cic.
Amicitiæ rationem impediri, &c. Cic.
Implicari amicitiis nouis. Cic.
Amicitia incœpta à paruis. Terent. *Commencee de ieunesse.*
Incidere in amicitias malorum. Cic.
Increpuit amicitias muliebres. Tacit.
Amicitia indeclinata. Ouid. *Constante.*
Indulgere amicitiis nouis. Cic. *S'estudier a acquerir nouueaux amis.* Iniunxit amicitiam cum eo. Plin iunior.
Instituere amicitiam cū aliquo. Liu. *Commencer amitié, &c.*
Amicitias pares sibi iungere. Ouid.
Iungere amicitias & consuetudines cum aliquo. Cic.
Amicitiam manere difficile est. Cic.
Manere in amicitia. Cic.
Amicitiam metiri sua charitate. Cic.
Amicitiam nasci quidam volunt ab inopia. Cic.
Oppressæ amicitiæ. Cic.
Amicitia orta mihi videtur à natura. Cic.
Ortus amicitiæ generosus. Cic.
Amicitiam natura ipsa peperit. Cic.
Amicitiam pepigerat cum ea gente. Liu. *Il auoit faict amitié & alliance auec, &c.*
Amicitia permanet. Cic.
Amicitiam petere propter vtilitatem. Cic.
Amicitia præcurrit iudicium. Cic.
Amicitias vtilitate probat vulgus. Ouid.
Amicitiæ protectæ ab nostro beneficio. Cic.
In amicitia prouecti longius. Cic.
Quæsita amicitia vtilitatis causa. Cic.
Amicitiarum præsidia quærere. Cic.
Recipere aliquem in amicitiam. Cic.
Remouere se ab amicitia Pompeii. Cic.
Amicitia ac societas renouata. Liu.
Renuntiare amicitiam alicui. Sueto. *Denoncer a aucun qu'on n'est plus son ami.*
Repudiare amicitias gratiosorum. Cic.
Retinere amicitiam inueteratam. Cic.
Rumpere amicitiæ vincula. Lucret. Serpit amicitia. Cic.
Spernere veteres amicitias. Cic.
Amicitiam funditus tollere è vita. Cic.
Tollere amicitiæ nodum amabilissimum. Cic.
Ad tollendam amicitiam valet hoc præceptum. Cic.
Tueri amicitiam. Cic. *Garder, Conseruer.*
Vacillat stabilitas amicitiæ. Cic. *L'amitié n'est pas bien ferme.*
Venire in amicitiam alicuius. Liu.
Violare amicitiam alicuius. Liu.
Vocare amicitiam ad calculos. Cic. *Quand on ne veult faire du plaisir a son ami, sinon autant qu'on en a receu de luy.*

Amictorium. Mart. *Habit de fin lin seruant aux filles.*

Amissio, Amissus, Vide AMITTO.

Amita, amitæ, penult. corr. Cic. *La tante du costé du pere.*

Amitini, pen. prod. Nonius. *Les fils du frere & de la seur.*

Amitto, amittis, amisi, pen. prod. amissum, amittere. Ter. *Ennoyer d'auec soy, Laisser en aller.*
¶ Amittere, pro mittere. Plaut. *Ennoyer.*
¶ Amittere. Sallust. *Perdre.* Amittere & perdere. Cic.
¶ Amittere rem de manibus. Cic. *Se dessaisir de quelque chose, en vuider ses mains.*
Amittere hominem de manibus. Cic. *Le laisser aller, ou eschapper.* Amittere è manibus. Liu. Idem.
Amittere & Retinere, contraria. Terent.
Amittere amicum. Plaut. *Perdre.* Animam. Plaut. *Mourir.*
Aspectum. Cic. *Perdre la veue.* Authoritatem. Cic.
Causam. Cic. *Perdre son proces.* Ciues. Cic.
Ciuitatem. Cic. *Estre banni.* Colorem. Ouid.
Confidentiam. Plaut.
Consilium. Terent. *Estre despourueu de conseil.*
Corpus & vires. Cic. Decorem. Corn. Cels.
Dignitatem. Cic. E conspectu. Terent. *Perdre de veue.*
Egestatem, ærumnas, &c. Sallust.
Ex animo. Cic. *Iecter hors de son esprit.*
Existimationem pudoris. Cic. *Perdre, &c.*
Filium. Cic. Amittit florem arbor. Plin.
Fortunas, & omnia ornamenta. Cic. Fugam. Sallust.
Honestatem omnem. Cic. Humorem. Cic.
Imperium. Plin. Impetum. Seneca.
Ius imperii & exercitus. Cic. Laudem. Plin. iunior.
Libertatem. Cic. Libidinem omnem. Plaut.
Lumen. Cic. Oculos. Cæsar.
Memoriam alicuius. Cic. Occasionem. Cic.
Opes. Ouid. Opinionem. Cic.
Amittere oppidum, & Recipere, contraria. Cic.
Ornamenta. Cic. Patrem aut liberos. Cic.
Captum piscem amittere. Cic. Prædam. Plaut.
Receptum. Pompeius ad Domitium. *Perdre lieu auquel on se puist retirer.* Reuerentiam. Plin. iunior.
Salutem. Plaut. Amisit sensus. Ouid.
Spiritum. Cic. Tempus. Cic. Vires. Ouid.
Virtutem & fidem nunquam amiserim. Cic.
Vitam. Horat. Vitam per dedecus. Cic.
Amissio, Verbale. Cic. *Perte.*
Amissus, Participium. Virg. *Perdu.*
Amissa bis coniuge mœstus. Ouid. Amissæ leges. Lucan.
Amisso magistro errare. Virg. Amissa palma. Virg.
Amissa recuperare. Cic.
Amissam virtutem reposcere. Ouid.

Ammoneo, Vide ADMONEO.

Ammoniacum, ammoniaci, pen. cor. n. g. Plin. *Gomme ammoniac.*

Ammoniacus, Adiectiuum, pen. cor. vt Ammoniacus sal. Ouid. *Sel ammoniac.*

Ammonitrum, ammonitri, penul. corr. n. g. Massa vitri albi. Plin.

Ammoueo, pro Admoueo, vel Amoueo, scribit Sipōtin*.

Amnis, huius amnis, m. g. *Vn fleuue, Vne riuiere.*
Amnis, pro torrente. Virg. *Vn torrent.*
Amnis vetustè positum in fœminino genere. Plaut.
¶ Amnes alti. Iuuenal. *Profonds.*
Auriferi. Claud. *Qui portent de l'or.*
Cauus. Ausonius. Cæruleus. Stat.
Circunfluus. Ouid. *Qui flue & coule tout autour.*
Clementissimus. Ouid. *Qui coule tout doulcement.*
Concitus imbribus. Ouid. Frigidus. Claud.
Fumidus. Virg. Gelidus. Claudian.
Inflatus aquis. Liu.
Cælo gratissimus. Virg. Lethæus. Virgil.
Liquidissimus. Ouid. Lubricus. Ouid. Magnus. Ouid.
Maligno amne radit arenas. Senec. *Malfaisant, Rauineux.*
Mitissimus. Stat.
Nubigena. Stat. *Engendré de pluyes & nuées.*
Obliquus Lucan. Perlucidus magis vitro. Ouid.
Piscosus. Ouid. *Plein de poisson.*
Placidus. Ouid. Pronus. Virgil.
Purus. Horat. Quietus. Claud. Rapidus. Senec.
Refluus. Claud. Rigidus. Valer. Flac.
Riguus. Virgil. Sedatus. Cic. Sæuus. Claudian.
Seuerus. Virgil.
Solutus. Lucan. *Deliuré du pont, Apres que le pont est abbatu.*
Sonans. Catul. Spumans. Valer. Flac.
Spumeus. Virgil. Spumosus. Virgil.
Taciturnus. Horat. Torpens. Statius.
Tortuosi amnis sinus flexúsque. Liu.
Tumidus. Lucan. Turbidus. Lucret.
Vadosus. Virgil. Vagus. Claudian.

Vastus. Valer. Flac. Viridis Sil.
¶ Amnes deducunt vndas in mare. Ouid.
Amne eliso pellitur vapor spumeus. Claud.
Amnes epoti arebant. Claud.
Amnes euanuisse & exaruisse quosdam, aut in aliū cursum contortos & deflexos videmus. Cic.
Amnes exhausti solibus. Stat.
Amnis incurrit validis cum viribus. Lucret.
Amnes ruunt. Virgil.
Amnes rumpuntur fontibus. Virgil.
Amni secundo defluit. Virgil.
Amnibus septem surgens Ganges. Virgil.
Amnibus solutis iam nare iuuat. Stat.
Amnes sonant balatu & crebris mugitibus. Virgil.
Amnes sonuerunt cursibus. Lucret.
Amnes tranare. Virgil. *Trauerser, ou passer a nage.*
Amnicola, pen. cor. Ouid. *Qui habite es riuieres, Qui croist es riuieres.*
Amnicus, pe. cor. Adiectiuū: vt Amnica insula. Pli. *De riuiere.*
Amo, amas, amáre. *Aimer.*
Amare ex animo aliquem. Cic. *Aimer cordialement.*
Amare se sine riuali. Cic. *Quand un homme se aime & estime, & n'est aimé n'estimé de personne.*
Amo Phyllida ante alias. Virgil. *Plus que, ou sur toutes les autres.*
Amat nos, charúsque habet. Cic.
Diligere, amplecti, amare aliquem. Cic.
Amari & diligi. Cic.
Amare corde vel animo, pro Ex corde, siue ex animo. Plaut. *Aimer du bon du cueur, sans fainte, cordialement.*
Amare certa fide. Ouid.
Amant mutuis animis. Catull. *Ils s'entraiment.*
Amare certatim aliquem. Cic. *Quand deux en aiment un a qui mieulx mieulx.*
Amant inter se. Cic. *Ils s'entraiment.*
Amare amorem alicuius. Cic.
Ames constantiam meam volo. Cic.
Amo igitur voluntatem. Cic.
Amauimus nefanda. Senec.
Amare syluas. Ouid. Amare otia. Virgil.
Amare quippiam plus suis oculis. Catull.
Amabat alios turpissimé. Cic.
Amari dignus. Virgil.
Amare in matrimoniū. Quint. *Aimer pour auoir en mariage.*
¶ Amare, absolutum. Terent. *Estre amoureux.*
Amare se in aliquo. Cic. *Se plaire en quelque chose.*
Amare seipsum. Cic. *S'estimer beaucoup.*
¶ Amas quòd, pro Gaudes quòd. Horat.
¶ Ex hac officii societate amare ardentius cœpi. Plin. iunior. *Pour, ou A cause, &c.*
Multum te amo, quòd respondisti Octauio. Cic. *Ie te scay bon gré que, &c. Ie t'aime que, &c.*
Amo te de hac re. Terent. Cic. *Ie te scay bon gré de cela.*
¶ Amant consociare. Horat.
Amant iacére inter puluillos sericos. Horat.
Amat bibere toto anno palma. Plin.
¶ Amat, pro Solet. Tacit. Vt termè amat posterior adulatio. *Comme ha de coustume, &c.*
¶ Amare cautè. Ouid. Crudelius. Ouid. Inuitus amabo. Ouid. Occultè. Ouid. Patienter. Ouid. Sapienter. Ouid. Tantopere. Lucret. Tutò. Ouid.
Mirificè aliquem amare. Cic. Matrem valde amare. Cic.
Amare vnice patriam & ciues suos. Cic.
¶ Si me amas. Cic. Adduc, si me amas, Marium. *Si tu m'aimes, Si tu me veulx faire plaisir.*
Amâbo, pen prod. Interiectio blandientis & amantis. Ter. Vide, amabo, num sit domi. *Ie vous prie mon ami, Par amour ie vous prie.*
Amabo te, & Ama me, in eadem significatione. Cic.
Amans, Participium. Virg. *Aimant.*
Amans, Nomen ex participio: vt Amans patriæ. Cicero. *Qui aime son pais.*
Studiosus, amans, obseruans. Cic.
Amantes doloris. Cic. Amantior tui. Cic.
Amantior domini famulus. Columel.
Amantissimus tui. Cic. Amans cruoris. Ouid.
¶ Amans, pro Amatore. Terent. *Vn amoureux.*
Amans ardet. Virgil. Amans cupidus. Ouid.
Fictus. Ouid. Insomnis. Valer. Flac. Miser. Ouid.
Palleat omnis amans. Ouid.
Amantes teneri. Tibullus.
¶ Charissimus atque amantissimus frater. Cic.
Amantia lumina. Ouid.
Amantius indulgentiúsque nomen. Cic.
Amanter, Aduerbium qualitatis, amantius, amantissimé. *En ami, Portant signification de grand ami, Amoureusement.*
Amanter complecti aliquem. Cic.
Amanter scriptæ literæ. Cic.
Coniunctissimè & amantissimè cum aliquo viuere. Cic.
Amanter inter se discunt pueri. Cic.
Amanter diligentérque aliquid conficere. Cic.
Amantissimè aliquid cogitare. Cic.
Amanter expectare aduentum alicuius. Cic.
Amantissimè obsecrare aliquem. Cic.
Amâtus, Participium, pen. prod. Ouid.
Amâtio, amatiônis. Plaut. *Amourachement.*
Amâtor, pen. prod. & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam Cicero, Amator pacis. *Amateur de paix, Qui aime paix.* In malam: Terentius, Amatores mulierum. *Amoureux.*
Amator acer. Cic. *Qui aime fort.*
Magnus amator mulierum. Plaut. Blandus. Propert.
Cæcus. Horat. Pauper. Ouid. Pulcher. Propert.
Tener. Iuuenal. Amatores ruris. Horat.
Amatórculus, penul. corr. Diminutiuum. Plaut. *Amoureux de triquenuques.*
Amátrix, pen. prod. amatrîcis, pen. etiam prod. Verbale f. g. Plaut. *Amoureuse.*
Amatrices aquæ. Martial.
Amatorius, Adiectiuum ab Amator.
Amatorius sermo. Cic. *Propos amoureux, ou d'amours.*
Amatoriæ leuitates. Cic.
Amatoria poesis. Cic. *Qui traicte ou parle d'amours.*
Amatoria voluptate frui. Cic.
Amatorium. Plin. *Chose contraignant a amours.*
Amatoriè, Aduerbium. Cicero, Amatoriè scripta epistola. *En amoureux, d'un stile fort amoureux.*
Amábilis, Adiect. pen. corr. Cic. *Digne d'estre aimé, Attrayant les autres a son amour, Amiable.*
Amabiles mores. Cic. Amabilem sperat te sibi. Horat.
Amabile frigus præbes fessis tauris. Horat.
Amabilior, amabilissimus. Cic.
Amabilitas, pen. cor. Denominatiuū. Plaut. *Amour, Amiableté.*
Amabiliter, pen. cor. Aduerbium. Horat. *Amiablement.*
Amœnus, Adiectiuum. *Plaisant a la veue & recreatif, Amené.*
Agri amœni. Horat. Amœna concilia piorum. Virgil.
Amœnis domibus. Claud.
Amœnam effigiem tribuit. Claud.
Amœna facies hortorum. Cyprianus.
Amœnus fluuius. Virg. Fons amœnus. Lucret.
Prædiola satis amœna. Cic. Portu amœno. Stat.
Rosaria amœna. Ouid. Ruris amœni riuus. Horat.
Rosæ amœnæ flores. Horat.
Salicta amœna. Cic. Amœnissima voluptas. Cic.
Amœnitas, pen. corr. Cic. *Plaisance de lieux, Amenité.*
Amœnitas loci. Cic. Fontis amœnitas. Plin.
Fœlix ac beata amœnitas regionis. Plin.
Amœnitates studiorum quærere. Plin.
Amœniter, pen corr. Aduerbiū, pro Amœné. Gell. *Amenement.*
Amolior, amolíris, pe. prod. amolitus sum, amolíri. *Oster, ou remuer quelque chose auec grand peine.*
Hinc vos amolimini. Terent. *Ostez vous d'ici.*
Amoliri periculum. Plinius. *Preseruer du danger, ou Chasser le danger.*
Amolior & amoueo nomen meum. Liu.
Amoliri pro refellere. Quintil. *Confuter.*

Amomis, penul. prod. amomídis, herba est similis Amomo. Plin.

Amomum, pe. prod. *Vn petit arbre qui croist en Armenie, semblable a la uigne sauuage, & rend bon odeur.*

Assyrium. Virg. Crassum. Pers.
Fragrans. Sil. Mitis amomi seges. Claud.
Pingue. Stat. Spirans. Lactantius. *Qui rend bon odeur.*
Spissum. Ouid.

Amor, amóris, m. g. *Amour, Grace.*
Pietas & amor in patriam. Cic.
Charitas & amor. Cic. Amor acer. Ouid. *Vehement.*
Amorem ægrum solans testudine. Virg.
Amores amari. Virg. Antiquus. Ouid. Anxius. Cic.
Apertus. Ouid.
Ardentes amores excitaret sui, sapientia, si uideretur. Cic.
Aridus. Propert. Aduena. Ouid. *L'amour d'un estrangier.*
Auidus. Catul. Aureus. Ouid. Blandus. Lucret.
Cæcus. Claud. *Qui aueugle.*
Cæcus sui amor. Horat. Castus. Ouid.
Certus. Ouid. Clandestinus. Plaut.
Concessus. Ouid. Non cautus. Ouid.
Defecto amori uires reddere. Ouid. Dissimulatus. Ouid.
Dubius. Claud. Dulcis. Mart.
Non dubitatus. Ouid. *Certain.* Durus. Virg.
Effrænus. Ouid. Externus. Ouid. Facilis. Propert.
Fallax. Seneca. Feruidus. Horat. Ferus. Ouid.
Festiuus. Claud. Fictus. Ouid. Fidus. Ouid.
Fœdo amore affligantur. Lucret. Fœmineus. Ouid.
Fraternus amor. Cic. Fugitiuus. Ouid.
Furtiuus. Ouid. Geminatus. Ouid. Gratus. Ouid.
Graui amore perculsus Horat. Ignauus. Stat.
Immaturus. Liu. Impii amoris flãmas cõpescere. Senec.
Impotens. Catul. *Impatient, qui n'est point maistre de soymesme.*
Incestus. Horat. Incredibilis. Cic.
Incustoditus. Sil. Indigno amore perire. Virg.
Infestus. Auson. Ingeniosus. Ouid.
Ingenuus. Horat. Iniquus. Propert. Inops. Lucret.
Insanus. Virgil. Iucundus. Catul. Lasciuus. Ouid.
Legitimus. Ouid. Lenis. Ouid. Lentus. Horat.
Libidinosi amores. Cic. Longus. Virg. *De longue durée.*
Luxuriosus. Ouid. Magnus. Virg. Malus. Seneca.
Mansuetus. Propert. Nullis medicabilis herbis. Ouid.
Meretricius. Terent. Merus. Catul. Mirus. Virg.
Misero amore periturus. Ouid. Moderatus. Ouid.
Mollis. Ouid. Muliebris. Cic. Mutuus. Horat.
Naturalis. Cic. Nouus. Cic. Occultus. Ouid.
Patrius. Virg. Perditus. Catul. Peregrinus. Ouid.
Perfidus. Claud. Perpetuus. Liu.
Pestifero amore uinctus. Seneca. Pinguis. Ouid.
Pius. Valer. Flac. Placidus. Tibul. Pollutus. Virg.
Primus. Ouid. Pudendus. Ouid.
Sceleratus habendi. Ouid. Simulatus. Ouid.
Singularis amor tuus erga me. Cic.
Socii amoris desertor. Ouid. Sollicitus. Ouid. Cic.
Sterilis. Ouid. *Quand on ne peult iouir de ce qu'on aime.*
Strictus. Ouid. Stultus & improbus. Horat.
Suauis. Lucret. Surreptitius. Plaut. Suspectus. Ouid.
Tacitus. Stat. Tener. Ouid. Timidus. Ouid.
Tolerandus. Claud. Turpis. Horat. Tutus. Ouid.
Verus. Ouid. Vesanus. Propert. Vetus. Ouid.
Vilis. Claud. Viuus. Virg.
¶ Amor, pro rei ueneréæ appetitu. Virg.
Amores, pro Amico uel amica. Cic.
¶ Amor, *Conuoitise, Cupidité, Ardant desir.*
Amore argenti. Horat. Amore auri cæcus. Virg.
Amor edendi. Lucret. Amor famæ. Virgil.
Amore habendi senescit. Horat. Amor laudum. Virg.
¶ Amoris æstus. Ouid. Ardor amoris. Cic.
Amoris calcaribus ictus. Lucret.
Amoris certamen peragere. Ouid.
Amoris flammæ. Seneca. Amorum fœdera ferire. Cic.
Amoris fructu egens. Propert. Furor amoris. Cic.
Amoris irritamen. Ouid. Amoris pabula. Lucret.
Amoris pignus. Virg. Amoris poculum. Horat.
Studium & ardor quidam amoris. Cic.
Magnitudo & uis amoris. Cic.
Vincla amoris arctissima cum aliquo. Cic.
Vulnus amoris. Lucret.
¶ Abiicere amorem ab aliquo. Cic. *Ne le plus aimer, en oster son amour.*
Amores meos abstulit. Virgil.
Abundare amore. Terent.
Æquare amorem. Virg. *Aimer de pareille affection, ou autant qu'on nous aime.*
Accedere nihil potest ad amorem. Cic. *L'amour ne sçauroit estre plus grand.*
Adiutus amor fatis. Ouid.
Adolescit amor. Ouid. *S'augmente & accroist.*
Alendus amor uerbis dulcibus. Ouid.
Amittere amores. Virg. Amplecti amore. Cic. *Aimer.*
Appetit me amor. Plaut. *M'assault.*
Ardebat amore illius hospitæ. Cic.
Ardebat amore fœmineo. Virg.
Arsit amore uetito fratris. Ouid.
In amore astrictum esse. Lucret. *Estre lié en amour.*
Amore attenuatus. Ouid. *Extenué.*
Auget amorem timor. Ouid.
Bibere amorem. Virg. *Deuenir amoureux petit a petit.*
Cælare amorem. Ouid. *Tenir secret.*
Captus amore. Virg. Cecidit amor. Catul.
Cernere amorem. Terent. *Congnoistre euidemment.*
Cernere amorem, Aliter. Vide Cernere hæreditatem in CERNO.
Commendo amores meos tibi. Catul. *Ie te recommande.*
Committere amores alicui. Ouid. *Reueler.*
Componere amores. Id est, uersus de amore. Ouid.
Concedere amorem alicui. Ouid. *Permettre qu'il aime.*
Conciliare amorem alicui. Cic.
Amor conciliatur auro. Propert.
Concinnat amorem consuetudo. Lucret. *Familiere conuersation & hantise fait l'amour.*
Concipere amorem. Ouid.
Conferre amorem. Plaut. *Mettre son amour.*
Coniicere aliquem in amorem. Plaut.
Coniuncti amore. Cic. Connexus amore. Stat.
Contexere amores. Catul. Crescit amor in horas. Virg.
Dare amores. Ouid.
Amori ludum dare. Horat. *Se donner du passetemps d'amours, Aimer a son plaisir.*
Defigere amorem. Senec.
Defuncta amore leui. Senec.
Amorem deludet fallax rumor. Claud.
Demere amores. Ouid. Deponere amorem. Catul.
Desertus amor. Catul.
Ducere amores in longum. Virg.
Durat amor. Ouid. Effugere amorem. Ouid.
In amore esse alicui. Cicero. *Estre fort aimé d'aucun, Luy estre trescher & tresaimé.*
In amoribus esse alicui. Cic. Idem.
Exhauritur amor, Vide EXHAURIO.
Exit corde amor. Stat.
Excitare mirabiles amores. Cic. *Esmouuoir.*
Exorare amorem. Ouid.
Exponere amores. Ouid. *Raconter.*
Extitit tanto in me amore frater, ut, &c. Cic. *S'est monstré tant mon ami.*
Facere amorem. Ouid. *Faire, Causer.*
Fallit te amor. Ouid.
Fallere amorem infandum. Virg. *Destourner, Diuertir par penser a autre chose.*
Turpissimorum amorum fœdera quotidie ferire. Cicero. *Faire touts les iours nouuelles alliances d'amours uilaines.*
Fixus amor medullis. Senec. Flagrans amor. Horat.
Flagrare amore. Horat.
Amor flagrat in molli pectore. Ouid.
Frænare amores. Senec. *Reprimer, Refrener.*

Fugandus amor omni parte. Ouid.
Habere amorem in vel erga aliquem. Cic. *Aimer aucun.*
Hæret amor. Ouid.
Iaci in plagas amoris. Lucret. *Dedans les rets & filets, Estre surprins d'amour.*
Ignescit amor. Columel. *S'enflambe.*
Amore impulsus. Cic.
Incensus amore alicuius. Catul.
Incidere in amorem. Cic.
Inducere aliquem in amorem. Catul.
Indulgere amori. Ouid. *Aimer.*
Inflammare amore animum. Virg.
Ingenerare amorem. Cic.
Innatus in nobis amor cognitionis. Cic.
Insanire amore alicuius. Plin.
Insitus menti amor cognitionis. Cic.
Inspirat amorem tacitum. Stat.
Intendere amorem pignoribus suis. Claud.
Interrumpere iter amoris. Cic.
Inuitat amores forma. Ouid.
Irritare amores. Ouid. Lædere amores. Ouid.
Largiri amori plusculum. Cic.
Non latuisset amor quem tegi volumus. Ouid.
Leuare amorem Ouid.
Manet amor perennis coniugis castæ Senec.
Marcet amor segnis. Claud. Mederi amori. Ouid.
Mentiri amorem. Ouid. *Contrefaire, Faindre.*
Missum facere amorem. Plaut. *Delaisser.*
Modus nullus adest amori. Virg. *Il n'y a moyen ne mesure.*
Morem gerere amori. Ouid. Nutrire amorem. Ouid.
Oblitus amorum. Virgil.
Vt tibi ostenderem meum amorem. Cic.
Partiri amorem. Stat.
Te amor perdidit. Ouid.
Perspectus mihi amor Cic. *Congneu, Experimenté.*
Potiri amore. Ouid. *Iouir de ses amours.*
Præsentit amorem aliquem mente. Virg.
Præstare amorem verum. Ouid. *Se monstrer vray ami.*
Raptat me amor per deserta ardua. Virg.
Fratribus amorem reddere Senec.
Reduxit amorem. Lucan. Reparare amores. Senec.
Residet in aliquo amor erga alium. Cic.
Respondere alicui in amore. Cic. *Aimer autant qu'on nous aime, Aimer reciproquement.*
Amor resurgens. Virgil.
Reuincire mentem amore. Catul.
Sæuit amor. Virg. Saturare amorem. Catul.
Saucia amore. Lucret. Seruare amorem. Ouid.
Seruire amori aliorum. Cic.
Soluere amores cantibus. Tibul. *Dissouldre, ou rompre par enchantemens.*
Sperare amores. Horat. Spernere amores. Horat.
Subleuare amorem. Cic.
Submittere animos amori. Virg.
Succensus amore. Ouid. Suscipere amorem. Cic.
Tenet me amor. Horat. Teneri amore. Stat.
Tentari amore. Ouid. Testari amorem. Virg.
Torqueri amore. Horat. Torret me amor. Horat.
Transgredi amores. Stat. Trãslatos aliò amores. Horat.
Vinci amore. Senec. Vitare amorem. Lucret.
Vitiare amorem. Stat. Vrit amor. Virg.
Vsa amoribus dementer. Ouid. *Qui s'est folement portee en amours.*

Amotus, Vide AMOVEO.

Amoueo, ámoues, pen. corr. amóui, amôtum, pen. prod. amouêre. *Remuer de quelque lieu, & oster.*
Amouere & Admouere, contraria. Author ad Heren.
Animum studio puerili amouere. Plaut. *Distraire de, &c.*
Amouere aliquem ab officio aliquo. Cic.
Assentationem. Cic. Crapulam. Plaut. Culpam à se. Liu.
Amoto custode Propert. Iurgia amouere Cic.
Libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditatésque omnes. Cic. Amoto ludo quæramus seria. Horat.
Metum. Terent. Molestiam à foribus. Plaut.
Opinionem. Terent. *Oster le souspecon qu'il ha de nous.*
Segnitiem à se. Plaut. Sensum doloris. Cic.
Somnum ex pectore. Plaut.
Suspicionem ab aliquo. Plaut. *Faire qu'on ait plus de souspecon sur aucun.*
Amoue tactus impudicos à casto corpore. Senec.
Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorum corpore lex Porcia. Cic.
Amouere per dolum. Horat.
¶ Amoueri in insulam. Tacit. *Estre banni ou cõfiné en une isle.*
Amouere. Vlpian. *Desrobber.*
Amotus, pen. prod. Participium. Horat. *Osté.*
Amotio, Verbale: vt Amotio doloris Cic. *Ostement.*
Ampeloleuce, ampeloleuces, f. g. Vitis alba. Pli. *Couleuree.*
Amphibium. Varro. *Beste viuant en terre & en l'eau.*
Amphimallum. Plin. *Habillement velu de deux costez.*
Amphimerinus, pen. cor. Adiectiuum. Vide Amphimerina febris, in FEBRIS.
Amphisbæna, vel Amphisibæna, næ, genus serpentis. Plin. Ennoyé. dicitur & Cæcilia.
Amphitapa, Amphítapæ, pen. cor. Vlpian. Idem quod Amphimallum.
Amphitheatrum, ampitheátri, pen. prod. n. g Mart. *Le lieu enuironné d'eschaffaults pour veoir iouer des ieux.*
Amphitheatrum conspicuum. Martial.
Amphitheatrális, pen. prod. Adiectiuum, Quod ad amphitheatrum pertinet: vt, Amphitheatrales ludi.
Amphitheatrale spectaculum. Plin.
Amphitheatralis pompa Claudian.
Amphitheátricus, pe. cor Aliud adiectiuũ idem significans.
Amphora, pen. cor. Genus vasis vinarii. *Vaisseau a vin contenant la huictieme partie d'un muy de vin.*
In aridis amphora. *Vaisseau contenant trois boisseauls.*
Amphora mellis. Cic. Pretiosa amphora. Martial.
Amphora pura. Horat. *Neuf.*
Amphorális, pen. prod. Adiectiuũ: vt Amphorale vas. Plin.
Ample, Vide AMPLVS.
Amplector, amplécteris, pen. cor. amplexus sum, amplecti. Plaut. Ouid. *Embrasser, Enuironner.*
Aras amplectitur. Ouid.
Cupidis vlnis amplecti. Ouid *Par grande affection.*
Medium amplecti. Virg. *Par le milieu du corps.*
Pedes amplecti. Ouid. Dextram amplecti. Senec.
Amplexus circùm. Virgil.
¶ Amplecti spem. Ouid. Amplecti victoriam. Liu.
Virtutẽ amplecti. Iuuen. *Soy addonner a vertu, ou Aimer vertu.*
¶ Amplecti, pro Tenere. Virg. Amplector limina portæ.
¶ Amplecti artem aliquam. Cic. *S'appliquer a quelque art.*
Amplecti ius ciuile. Cic. *Soy addonner ou appliquer a l'estude de droict ciuil.*
¶ Amplecti. Virg. Cic. *Comprendre tout ensemble.*
¶ Amplecti aliquid. Cic. *Comprendre quelque chose en son esprit, & entendre.*
Amplecti cogitationem aliquam toto pectore. Cic.
Amplectitur cognitionem mens nostra. Cic.
Amplecti consilio aliquid. Cic.
¶ Amplecti aliquem. Sallust. Cic. *Fort aimer quelcun.*
Amplectitur se. Horat.
Diligere, amplecti, amare aliquem. Cic.
Amplecti amore. Cic. *Aimer.*
Tãto amore suas possessiones amplexi tenebãt, vt, &c. Ci.
Amplecti plebem. Cic. *Attirer a soy par seruices & faueurs.*
Amplecti virtutem alicuius. Cic.
Nobilitatem, dignitatésque hominum amplecti. Cic.
¶ Amplecti, *Receuoir.* vt Cic. Libenter amplector talem animum. *Ie recoy & accepte.*
Amplecti alicuius amplitudinẽ officiis. Cic. *Faire beaucoup de seruices a quelque grand personnage pour estre tousiours en sa bonne grace.*
Amplecti memoriam, fidem, religionem. Cic. *Contenir.*
Amplexus, Participium: vt Amplexa iugerũ soli quercus. Plin. *Comprenant, Contenant.*

Amplexor, amplexàris, amplexári, Frequent. Cic. *Embrasser.*
Inter se amplexari, Vide INTER.
Amplexari aliquem, & in manibus habere, ac fouere. Cic.
Amplexari ac tueri iudicium alicuius. Brutus Ciceroni.
Authoritatem Censoris. Cic. Cognitionem animi. Cic.
Otium. Cic. Virtutem. Cic. Voluptatem. Cic.
Amplexus, huius amplexus, Verbale. Plin. *Embrassement.*
Ad amplexus dulces parentum tendite. Valer. Flac.
¶ Auidi amplexus. Ouid.
Densis amplexibus. Valer. Flac.
Mollis amplexus. Virg. Pudici amplexus. Claud.
Rapidi amplexus. Sil. Turpis amplexus. Claud.
¶ Amplexus accipere. Ouid.
Ab amplexu charo arcere. Ouid. *Garder d'embrasser.*
Dare amplexus. Virgil. *Embrasser.*
Dissipare amplexus. Stat. Excutere amplexus. Ouid.
Amplexibus auidis hærere. Ouid.
Ire in amplexus. Ouid. Occupare amplexu. Ouid.
Petere amplexum Ouid. Perfrui amplexu. Ouid.
Ruit in amplexus. Senec. Satiari amplexu. Stat.
Soluere amplexus. Valer. Flac.
Subtrahere amplexu se. Virgil.
Amplexu dulci tenere. Lucret.
Amplificare, Amplio, Ampliter, Amplitudo, Amplius, Vide AMPLVS.
Amplus, Adiectiuum, *Planteureux, Spatieux:* vt Ampla domus. *Ample, Large, & de grande estendue de touts costez.* Cæs. Ci.
Ædes amplæ. Claud. Atria ampla. Virg.
Porticibus amplis. Virg. Magnitudo ampla. Plin.
Locus amplus. Author ad Heren.
Theatrum magnitudine amplissimum. Cic.
¶ Amicitia ampla. Cic. *Magnifique & honorable.*
Ampla atque potens ciuitas. Cic.
Decora ampla. Stat. Diuitiæ amplæ. Horat.
Familia ampla & honesta. Cic.
Funus amplum. Seruius ad Ciceronem. *Enterrement, ou Funerailles magnifiques.*
Gloria amplus. Cic.
Ampli homines. Cic. *Gens d'estat & d'honneur.*
Honores ampli Horat. Munus amplum. Ouid.
Occasio ampla. Cic. *Grande occasion, ou acboison.*
Amplus & grandis orator. Cic. Pignora ampla. Ouid.
Pœna ampla. Propertius.
Satis amplus oratione Pompeius. Cic.
Parum amplis præmiis afficere aliquem. Cic.
Res pecuaria ampla. Cic. *Quand un homme ha force bestail.*
Admodum amplum & excelsum signũ. Cic. *Vne statue grande & ample.*
Spolia ampla. Virgil.
Spes ampla. Propert. Status amplus. Cic.
¶ Amplior, comparatiuũ. Cic. Suos omnes per se esse ampliores volebat. *Il vouloit que les siens fussent grands & esleuez en richesses & honneurs par son moyen.*
Ampliorem honorem alteri tribuebat, quàm ipse erat consecutus. Cicero.
Amplior patrio decore. Sil. Ital.
Ampliores iræ. Terent. *Plus grands courroux.*
Si fortè morbus amplior factus sit. Terent. *Si la maladie est augmentee, rangregee.*
Præmia ampliora. Cic. Amplior victima. Senec.
¶ Amplissimus, pen. cor. Superlatiuum.
Amplissima insula. Plin. *De grande estendue.*
Arbor amplissima. Plin. *Grande & grosse a merueille.*
Fortunas amplissimas amittere. Cic. *Grands biens, ou Beaucoup de biens.*
Ciuitas amplissima. Cic.
Pecuniam amplissimam possidere. Cic.
Amplissimi ciues. Cic. Collegium amplissimum. Cic.
Amplissima Curia. Cic. *Vne cour souueraine.*
Dona amplissima. Plin. *Fort grands & riches presents.*
Familia amplissima natus. Cic. *De noble lignage.*
Gymnasium amplissimum. Cic.
Locus ad agendum amplissimus. Cic. *Lieu tresbonorable.*
Amplissimo loco natus. Cic. *De grand lignage & parenté.*
Amplissimus ordo, vocabatur ordo Senatorius, nempe omnium maximus & nobilissimus. Cic. *Le Senat.*
Res gestæ amplissimæ. Cic. Amplissima sedes. Claud.
Testimonium amplissimum. Plin. *Irrefragable.*
Vir amplissimus & ornatissimus. Cic. *Constitué en grande dignité.*
Homo virtute cognita & spectata fide amplissimus. Cic.
¶ Magnum & amplum. Cic.
Chara vobis atque ampla. Cic.
Amplè, amplius, amplissimè, Aduerbium. Cic. *Amplement.*
Elatè & amplè loqui. Cic.
Sublatè, ampléque dicere. Cic.
Exornat amplè magnificéque triclinium. Cic.
Amplius, Aduerbium cõparat. Virg. -nec iam amplius vllæ Apparent terræ. *N'apparoissent plus.*
Tibi non amplius irascor. Plaut.
Amplius non desyderamus. Cic.
Amplius non curant contendere. Virg.
Amplius morando. Sallust. *Plus longuement.*
Hoc amplius, vel etiam hoc amplius. Cic. *D'auantage que je ne dis, ou Et d'auantage, Oultre cela.*
Amplius aridus calor. Lucret.
Nihil amplius. Cic. *Rien plus, Rien d'auantage.*
Natura nihil tribuit amplius, quam vt ea, &c. Cic.
Quid vis amplius? Cic. *Que veuls tu plus, ou d'auantage?*
Quidnam amplius desyderatis Iudices? Cic.
Amplius dico. Cic. *Ie dis d'auantage.*
Amplius deliberare. Terent. Amplius deliberandũ censeo. *Ie suis d'aduis qu'on y pense mieulx.*
¶ Amplius sunt sex menses. Cic. *Il y a plus de six mois.*
Viginti amplius authores Græci veteres prodidere. Plin.
Gaudeo tibi mea opera liberorum esse amplius. Plaut. *Plus d'enfants.*
Septingentos iam annos amplius. Cic.
Amplius horas quatuor fortissimè pugnauerunt. Cæsar.
Viginti pondo, paulò amplius. Cic.
Pugnatum amplius duabus horis est. Liu.
Aliquanto amplius. Cic.
Amplius opinione morabatur. Sallust. *Il faisoit plus longue demeure qu'on n'eust pensé.*
¶ Amplius pronuntiare reũ, idẽ quod Ampliare reũ. Cic.
Amplissimè, pen. cor. Aduerbium superlat. vt, Amplissimè gerere honores. Cic. *Se gouuerner honorablement en son office.*
Amplissimè dati militibus agri. Cicero. *Fort amplement, & largement.*
Amplissimè decernere de alicuius salute & dignitate. Cic. *Magnifiquement & honorablement.*
Amplissimè ac magnificentissimè omnes honores gessit. Cic.
Amplissimè ac honestissimè triumphare. Cic. *Largement.*
Ampliter, pen. cor. Aduerbium. *Amplement.*
Ampliter acceptus. Plaut. *Receu & traicté magnifiquement.*
Ampliter apponere in cœna. Plau. *Seruir a table des viandes a foison.*
Ampliter sumptum facere. Plaut. *Faire grands despends.*
Ampliter fient saturi. Plaut.
¶ Ampliter mentiri. Plaut. *Bien mentir, Richement mentir.*
Ampliter testis. Plaut.
Ampliter occupatus. Plaut. *Fort empesché.*
Amplitudo, pen. prod. Denominatiuum, F. g. huius amplitudinis. *Largeur & grandeur, Amplitude.*
Amplitudine stadiorum sexaginta. Plin. *Qui auoit soixante stades d'estendue.*
Amplitudo corporis. Plinius. *Grandeur de corps & grosseur a l'aduenant.*
Amplitudine modica simulacrum. Cic. *Vne statue, ou simulacre, ou image de moyenne grandeur.*
Amplitudo vrbis. Plin. *Grandeur de ville, ou grande estendue.*
In amplitudinem adolescere. Plin. *Prendre son estendue en croissant, Croistre en largeur & estendue.*
Amplitudo opum. Plinius.
¶ Amplitudo. Cic. *Grande & abondante dignité & honneur,*

ou authorité.
Amplitudo & dignitas alicuius.Cic.
Amplitudinem suā retinere. Cic. Demeurer en son authorité.
Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare.Cic.
Illustrabit tuam amplitudinem hominum iniuria.Cic.
Nobilitas & amplitudo.Cic.
Amplitudinem nominis dare posteris suis.Cic.
Ad tuam amplitudinem pertinet.Cic.
Ad summam amplitudinem peruenire.Cic.
Amplitudo animi.Cic.
Honores & amplitudo alicuius.Cic.
Authoritas & amplitudo.Cic. Claritas & amplitudo.Cic.
Amplitudinē ciuitatis detrimēto afficere. Author ad Herē.
Amplitudine summa dignus.Cic.
Ad amplitudinem tuam conferimus omne nostrum studium.Cicero.
Splendor omnis & amplitudo harum rerum.Cic.
Amplio, amplias, ampliâre. Accroistre, Augmēter, Amplier. vt Ampliare ætatis spatium. Martial. Prolonger sa vie.
Ampliare vires. Plin. Ampliat vrbem. Luca. Le cerne.
Ampliare plagam. Cels. Faire la playe plus grande.
Ampliare rem. Horat. Accroistre son bien.
Ampliare seruitia. Tacit. Le nombre des serfs.
¶ Ampliare reum. Cic. Faire un auant que proceder.
Ampliâtio, Verbale. Asco. La sentence par laquelle le iuge criminel ordonne que auant que proceder au iugement diffinitif, les tesmoings mendrōt, ou qu'il sera plus a plein informé, ou autre chose semblable.
Amplifico, amplificas, pen.corr. amplificâre. Liu. Amplier, Faire ample, Eslargir & aggrandir, Amplifier.
Augere & amplificare.Cic.
Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare. Cic. Augmenter, Accroistre.
Amplificare & Minuere, contraria.Cic.
Ornare aliquem & amplificare.Cic. Luy donner accroissements en biens & honneurs.
Authoritatem amplificare.Cæsar.
Dolorem amplificare.Cic.
Facultatem differendi amplificauit tibi Academia.Cic.
Fortunam.Cic. Gloriam alicuius.Cic.
Virtutem laudibus amplificare.Cic.
Exaggerare & amplificare orationem.Cic.
Pretium amplificare.Cic. Encherir, Mettre enchere.
Amplificare rem ornando.Cic.
Rem familiarem amplificare.Cic. Augmenter son bien.
Amplificare Remp.Cic. Accroistre le bien public.
Conseruare atque amplificare Remp.Cic.
Aliquid verbis, aut dicendo amplificare.Cic. Enrichir.
Sonus amplificatur.Cic.
Amplificâtus, pen.prod. Participium Cic.
Amplificatus honore.Cic.
Amplificâtio, Verbale. Cicero. Augmentation, Accroissement, Amplification.
Amplificatio pecuniæ.Cicero.
Amplificatio honoris & gloriæ.Cic.
Amplificatio rei familiaris.Cic.
Amplificâtor, pen.prod. Verbale. Cic. Qui donne accroissement.
Amplificator dignitatis meæ. Cic. Amplificateur, Aggrandisseur, Augmentateur.
Amplificè, pen.corr. Aduerbium. Catul. Magnifiquement.
Amplustre, Vide APLVSTRE.
Ampulla, huius ampullæ, fœm.ge. Phiole, Petite bouteille, Vne ventouse.
Ampulla in balneis.Cic. Pot a huile.
Ampulla in mensa. Sueton. Vn bocal, Vne esguiere.
Ampulla potoria. Martial. Ampulla vitrea. Plin.
Ampulla, per translationem. Horat. Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba. Parolles superbes & arrogantes, grosses & enflees.
Ampullaceus, Adiectiuum, quod ex ampulla est: vt Corium ampullaceum. Columel.
Ampullacea pyra. Plin. Qui resemblent de facon a une phiole.
Ampullarius, Substātiuū. Plau. Faiseur de phiole, ou de bouteilles.
Ampullarius, Adiectiuum: vt Ampullariæ vnctiones. Plau.
Ampullor, ampullâris, ampullâri. Hora. Ampullatur in arte. Grandiloquentiam significat. Trop magnifiquement parler, Parler gros.
Amputo, ámputas, pe.cor amputâre. Rongner, Couper tout au tour, Oster & couper ce qui est superflu, Esmonder.
Amputat artus fractos rigor. Sil.
Amputat humeros trunco tenus. Senec.
Circuncidit & amputat multitudinem.Cic.
Amputare ramos miseriarum.Cic.
Amputata inanitas, pro Sublata.Cic.
Amputa longa colloquia. Senec.
Amputare quicquid est pestiferum.Cic.
Amputatio, amputatiônis, Verbale.Cic. Rongnement.
Amuletum, amulēti, pen.prod. Plin. Vn preseruatif, ou fermeillet qu'on pend au col pour preseruer de poisons, ou d'autre mal.
Amurca, huius amurcæ, f.g. Virgil. La lie de l'huile.
Amurca nigra. Virgil.
Amurca Palladia: Ab oliua arbore, quæ sacra est Palladi. Columel.
Amurcaria dolia. Cato. Dedens lesquels on met telle lie.
Amussis, huius amussis, f.g. Le cordeau, ou la ligne des charpentiers.
Ad amussim aliquid facere. Gellius. Faire une chose qu'il n'y ait que redire.
Numerus ad amussim. Varr. Quād il n'y a ne trop, ne trop peu.
Amussitâta opera. Plaut. Faicts songneusement & proprement.
Amussim, Aduerbium. Festus.
Amusus, pen.prod. Vitruuius. Qui ne scait rien, Qui n'est point propre aux lettres.
Amygdala, amygdalæ, pen.corr. Columel. Plin. Vn amandier, ou une amande.
Amygdalum, amygdali, n.g. Palladius. Vne amande.
Amygdalinus, Adiectiuum, pen.prod. vt,
Amygdalinum oleum. Huile d'amandes.
Amygdaliceus, Aliud adiectiuum. Plin. Amygdaliceo folio. Qui resemble a la fueille d'amandier.
Amygdalites, pen.prod. Herba ex genere tithymalli, à similitudine amygdali: nec vllius latiora folia. Plin. Espurge.
Rustici vocant Resueille matin.
Amylum, huius amyli, pen.prod. n.g. Colum. Amydon.

A N

An, Aduerbium est interrogatiuum. Terent. An ego toties de eadem re audiam? Orray ie tant de fois, &c.
Obsecro an is est? Terent. Est ce cestuy la?
An, Dubitandi. Terent. Haud scio an illam nunc miserè amat. Ie ne scay si, &c.
Vide vtrum vis, argentum accipere, an causam meditari tuam. Terent. Prendre argent, ou, &c.
An tu Narbonæ in mensas hospitū quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Cic. Quoy qu'il bataillast pour toy ce pendant que, &c.
Versu decurrere pugnas. Stat. *Descrire.*

Nec si cũcta velim, breuiter decurrere possim. Ouid. *Dire.*

Decúrritur, pen. corr. Impersonaliter, pro Confugitur. Cæs. Decurritur ad illud extremũ atque vltimũ S. C. quo, &c. *On ha refuge, On va au refuge, &c.*

Decurrebatur tamen eò, vt ouans vrbem iniret. Liu.

Decursum est ad calcem. Cic.

Decurrendum per capita. Quintil.

Decurrens, Participium: vt Decurrens ad Oceanum Gallicum fluuius. Plin. *Qui ha son cours.*

Decursus, Participium: vt Decursum spatium ætatis. Plaut. *Le cours de la vie qu'on a paracheué.*

Decurso spatio à calce ad carceres reuocari Cic.

Lumen vitæ decursum. Lucret. *La vie paracheuee.*

Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo. Cic.

Decursa ætate vitia. Cælius ad Ciceronem. *Qui s'en sont allez auec le temps, ou auec l'aage.*

Propè acta iam ætate decursáque. Cic.

Decursa abs te hæc sunt breuiter. Cic. *Tu as dict ces choses hastiuement, & en courant par dessus.*

Decursus, huius decursus. Liu. *Course.*

Magnus decursus aquarum. Lucret. *Grand cours d'eaue.*

Rapidus decursus. Virgil. Pronus. Catul.

Decursus mei temporis. Cic. Facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. *Mon temps me sera beaucoup plus aisé a passer.*

¶ Decursus. Gellius. *Iouster, Tournoy.*

Decursus honorum. Cic. *Quand on a passé par tous les estats, & qu'on a eu l'administration de la pluspart des offices d'une ville.*

Decursus, pro Fine cursus. Sueton.

Decúrsio, Verbale. Cic. *Courement, ou Course.*

¶ Decursio militum. Suet. *Certaine facon de course, ou volrigement, ou iousties & tournoy que les gens de guerre faisoyent anciennement, ou pour l'honneur de quelque grand personnage a ses funerailles, ou pour autres certaines causes.*

¶ Decursiones equitum. Brutus ad Ciceronem. *Courses que les gensdarmes & cheuaulx legiers font sur les terres de leurs ennemis.*

Decursorium, *Le lieu ou les gensdarmes ioustent, Les lices.*

Decurto, decurtas, decurtâre. Plin. *Accourcir, Escourter.*

Mutila quædam & quasi decurtata. Cic.

Decus, Vide DECOR.

Decussis, huius decussis, masc. gen. *Dix asses.*

Decussis. Vitruuius. *Vne dizaine.*

Decussis. Vitru. *Vne diuision faicte en croix bourguignonne.*

Decusso, decussas, decussare. Columel. *Diuiser une chose en croix bourguignonne, ou en forme d'estoille, ayant plusieurs rayons qui tous s'entrencontrent sur le poinct du milieu.*

Decussátim, pen prod. Aduerbium. Colum. *En forme de croix bourguignonne.*

Decutio, décutis, penult. corr. decussi, decussum, decútere, Ex de & Quatio quatis compositum. *Abbatre, Faire cheoir, Ruer ius.*

Murus, turrésque quædam Cumis non ictæ modò fulminibus, sed etiam decussæ. Liu.

Decutere vi. Plin. Frondes decutiuntur aqua. Ouid.

Decutit ense caput. Ouid.

Bucula decutiat rorem. Virgil.

Syluis honorem decutit December. Horat. *Fait cheoir les fueilles des arbres.*

Decussisse dicitur baculo summa capita papauerum. Liu.

Decussus, huius decussus, Actus ipse decutiendi. Plin.

Dedecet, pen. corr. aliquando personale, aliquando impersonale. Ouid. *Il messied, Il sied mal, Il est mal conuenable.*

Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare, & mente captum esse. Cic.

Comæ non dedecuere dominam. Ouid.

Vsus precum me dedecet. Ouid. *Il me sied mal d'user de prieres.*

Decere atque Dedecere, contraria. Cic.

Oratorẽ irasci minimè decet, simulare non dedecet. Cic.

Modicè & scienter vti rebus suis, & vt ne dedeceat. Cic.

Dedecet illud in eum. Cic.

Dedecus, pen. corr. dedécoris, pen. corr. Cic. *Deshonneur, Infamie.* Dedecus vitæ ac turpitudo. Cic.

Flagitium & dedecus. Cic. Probrum & dedecus. Cic.

Dedecus & infamia. Author ad Heren.

Maculosus omni dedecore. Tacit.

Adulatorium dedecus. Tacit. Grande. Horat.

Magnum. Horat.
¶ Parentum dedecus abolere. Sil.
Dedecore nullo abstinere. Cicero. *Ne se garder d'aucune meschanceté.*
Admittere dedecus. Cic. *Commettre un cas infame & reprochable, Commettre cas de deshonneur.*
Concipere dedecus. Vide CONCIPIO.
Coniungere imperii dedecus cum priuato. Cic.
Patriæ dedecus depellere. Sil.
Domus dedecori fit domino. Cic. *Fait ou porte deshonneur a celuy a qui elle est.*
Dedecus hæret infamiæ. Cic.
Imprimere dedecus Reipub. Cic.
Incurrere in dedecora. Cic. *Encourir grand deshonneur.*
Inferre dedecus alicui. Ouid.
Natus in dedecore. Cic.
Iudicia insigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia. Cic.
Cum ignominia & dedecore perire. Cic.
Propulsare dedecus solet virtus. Cic.
Dedecori esse patribus. Cic. *Leur faire deshonneur.*
Maculæ & dedecori esse suis. Author ad Heren.
Dedecori esse studiis ac literis. Cic.
Hæreditati patris dedecori esse. Cic.
Susceptum in aliquo loco, aut ex aliquo loco deportatum flagitium ac dedecus. Cic.
Testatum dedecus. Ouid. Tollere dedecus æui. Ouid.
Dedécorus, pen. corr. Adiectiuum. Tacit.
Dedécoro, dedécoras, pen. corr. dedecorâre. Plaut. *Deshonorer, Diffamer.* Faciem dedecorare. Propert.
Dedecorans, pen. corr. Participium. Cic.
Dedecorâtus, pen. prod. Nomen ex participio. Tranquillus. *Diffamé, Deshonoré.*
Dedico, dédicas, pen. corr. dedicâre. Liu. *Dedier.*
Dedicare bibliothecam. Plin. iunior.
Theatrum. Asconius.
Ædem alicui. Cic.
Ædes alicuius dedicare. Cic.
Smyrnæi delubrum Homero dedicauerunt. Cic.
Dedicaui tibi hos libellos. Plin.
Signum in aliquo loco dedicare. Cic.
Simulachrum aut aram. Cic.
Duo templa se dedicaturum vouerat. Cic.
Dedicâtus, pen. prod. Participium. Martial. *Dedié.*
Templa publicè dedicata. Cic.
Dedicati etiam dicuntur dii, quorum simulachra sunt ad religionem consecrata. Horat.
Dedicatio, Verbale. Cic. Dedicatio religiosa. Cic.
Dedignor, dedignâris, dedignâri. Plin. Virgil. *Desdaigner, Auoir en desdaing.* Amicum dedignatus. Ouid.
Dedignâtio, Verbale. Plin. iunior. *Desdaing.*
Tacita dedignatio. Quintil.
Dedisco, dediscis, dedidici, pen. corr. dediscere. Cic. *Desapprendre & oublier ce qu'on a apprins.*
Dediscere & obliuisci. Cic.
Turpe est virtutem dedidicisse datam. Propert.
Dedidicit pacem subitò feritate reuersa. Martial.
Hæc verba mutari, dediscique possunt. Cic.
Dediscere loqui. Ouid.
Vsu dediscitur amor. Ouid. *Par usance & accoustumance on oublie & desapprend on d'aimer.*
Dedititius, Deditus, Vide DEDO.
Dedo, dedis, dedidi, deditum, pen. corr. dédere. *Rendre soubs la puissance d'autruy, ou soubs la merci d'autruy.*
Dedere se hostibus. Plaut. Cæsar. *Se rendre aux ennemis.*
Constrictum aliquem dedere hostibus. Cic. *Le bailler & liurer.*
Dedo me tibi. Terent. *Ie me rends a toy, & a ta merci.*
Dedere se totum alicui. Cic. *Se donner du tout a aucun.*
Dedere se aliis. Terent. *S'addonner & estre prest aux façons & coustumes d'autruy, a faire tout ce que les autres veullent.*
Dedere se angoribus. Cic. *Ne point resister & tenir bon contre les ennuis & tristesses, ains se laisser vaincre & surmonter a eulx, & comme se rendre, S'abandonner a toute tristesse.*
Dedere se delectationi toto animo. Cic. *S'addonner a toutes voluptez.*
Dedere se lamentis muliebriter, lachrymisque. Cic. *Se donner a pleurs, S'abandonner, &c.*
Libidinibus. Cic. *S'abandonner a paillardise.*
Languori & desidiæ. Cic. *S'addonner a paresse.*
Dedere neci seipsum. Virgil. *Se tuer.*
Dedo tibi hunc diem. Plaut. *Ie te donne ceste iournee, Ie feray ce que tu vouldras pour auiourd'huy.*
Dedere se in ditionem & arbitratum hostium. Plaut. *Se rendre a la merci & volunté des vainqueurs.*
Dedere in ditionem alterius aures suas. Plaut. *L'escouter fort soingneusement.*
Vide quibus hominibus aures sint deditæ meæ. Cicero. *Addonnees.*
Dedere aures suas poetis. Cic. *Ouir voluntiers les poetes.*
Manus dedere. Lucret. *Se rendre, Confesser estre vaincu, Donner gaigné.*
Aliquem dedere morti. Seneca. *Tuer.*
Dedere noxæ. Vide NOXA.
Dedo tibi istuc negotii. Terent. *Ie te baille ceste charge.*
Dedatur nupta marito. Catul. *Qu'elle luy soit liuree, pour en faire ce qu'il vouldra.*
Dedere aliquem in pistrinum vsque ad necem. Terent.
Ad scribendum se dedere. Cic. *S'addonner a escrire.*
Dedere aliquem alteri ad supplicium. Liu. *Le liurer a aucun pour le faire mourir.*
Inimicorum crudelitati deditur vita alicuius. Cic.
Déditus, pen. corr. Participium. *Qui s'est rendu.*
Deditus amori animus. Terent. *Addonné.*
Deditus literis à pueritia. Cic.
Deditæ eò mentes cum oculis erant. Liu. *Les esprits & les yeulx estoyent addonnez, & totalement attentifs & fichez a regarder cela.*
Deditus voluptatibus, deditus Epicuro. Cic.
Addictus, deditus, obstrictus alicui. Cic.
Castra dedita. Sil. *Renduz a la merci des ennemis.*
Homo grauitati deditus. Cic.
Corpora paupertate & morbo dedita morti. Lucret.
Musæ deditus. Horat. *Addonné a la musique.*
Dedita opera. Cic. *Tout de gré, De faict a pensé, De propos deliberé, Tout expres, ou expres.*
Hoc magis sum Publio deditus, quòd me sicut alterum parentem & obseruat & diligit. Cic.
Sanguine toto tibi deditus. Stat.
Mirificè deditus aliquibus studiis. Cic.
Studio musarum deditus. Claud.
Vita vitiis flagitiisque omnibus dedita. Cic.
Voluntati bonorum & authoritati Senatus deditus. Cic.
Dedititius. Cæsar. *Qui s'est rendu a la merci d'autruy.*
Id Senatusconsultum plerique interpretantur, etiam ad suos siue captiuos, siue dedititios pertinere. Cic.
Quicquid deinde patiemur, dedititii vestri passuri. Liu.
Deditio, Verbale. Cic. *Quand on se rend a aucun, Reddition.*
Occulta deditio. Claud.
Accipere vrbem in deditionem. Vide ACCIPIO.
Facere deditionem ad hostem. Quintil. *Se rendre.*
Paratur deditio. Claud.
Ad deditionem perpellere. Liu.
Properare deditionem. Tacit. *Se haster de se rendre.*
Redigere in deditionem imperii. Cic.
Dedoceo, dédoces, pen. corr. dedócui, dedoctum, dedocêre. Quintil. *Apprendre & enseigner a aucun tout le contraire de ce qu'il auoit apprins.*
Dedoleo, dédoles, pen. corr. dedólui, dedolêre. Ouid. *Finer sa douleur.*
Dedolo, dédolas, pen. corr. dedolâre. Colum. Plin. *Couper, ou tailler, ou doler d'une doloire ou d'autre ferrement.* Budæus interpretatur *Esbaucher.*
Dedolata, inquit, tabula, *Esbauchee.* Plaut. Hunc dolum dedolaui.
Dedolare senem, per metaphoram dixit Plautus.

Deduco, dedúcis, pen. prod. deduxi, deductum, dedúcere. Virgil. *Tirer & amener du hault en bas.*

Deorsum deducere. Lucret.

Deducere de rostris conantem concionari. Cæs. *Tirer hors, ou Iecter hors.*

De capite & de oculis omnia deducet, & sanũ faciet brassica. Cato. *Attrera.*

¶ Deducere. Plin. *Mener d'un lieu en autre.*

Agmina deducere. Lucan.

Armatas deducere classes. Virgil.

Deduxisti coloniam Casilinum, quò Cæsar antè deduxerat. Cic.

¶ Deducere. Cic. *Conuoyer aucun par honneur.*

Frequentésque eum domum deduxerunt. Liu. *L'ont conuoyé, & luy ont faict compagnie iusques en sa maison.*

Deduci & Reduci, contraria. Cic. *Estre conuoyé & reconuoyé.*

Deducere ad aliquem. Terent.

Domo deducere aliquem. Cic. *Conuoyer de la maison.*

¶ Deducere. Cic. *Conduire, Mener.*

¶ Deducere adolescentem ad senem. Cic. *Mener son fils a aucun grand personnage, & luy recommander, a ce qu'il luy plaise se laisser hanter par luy.*

Deduci ad aliquam disciplinam. Cic. *Estre mené a l'apprentissage de quelque science.*

¶ Deducere sponsam marito vel ad maritum, vel Amicam ad amantem. Cic. Ouid. Tibul. *Mener l'espousée vers son mari a la forme ancienne.*

Vxorem deducit maritus domum. Terent. *Quand le mari la meine hors d'auec ses parents en sa maison: qui estoit anciennement l'accomplissement du mariage, sans lequel ils n'estimoyent qu'il y eust mariage.*

Deducere ex hortulis in academiam. Cic.

Ex aliquo loco milites. Cic. *Emmener.*

Ex præsidiis cohortes. Cæsar.

De locis præsidia. Sallust. Cic. *Oster & emmener les garnisons.*

Legiones in aciem. Tacit.

Aliquem in carcerem. Cic. *Mener.*

Furem ad præfectum. Iulian.

In insidias. Scæuola.

¶ Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus amicitiæ ius, officiúmque præstaret. Cic. *Il n'a point esté destourné, ne diuerti par la peine de la loy, qu'il n'ait faict, ou de faire office d'ami, ou de se monstrer vray ami.*

Deducere ad agnatos. Vide AGNATVS.

Aquam ad vtilitatem agri deducere. Cic. *Faire venir l'eaue de bien loing par tuyaulx.*

Cæsariem lōgæ dextra deducere barbæ. Ouid. *Manier doulcement sa barbe en menant la main contre bas.*

Deducere carbasa. Luc. *Estendre les voiles d'un nauire, Desployer.*

Perpetuum deducere carmen. Ouid. *Continuer.*

Deduxi carmina versu. Propert.

Deductus ad casum extremum. Hirtius. *Mis au plus grand danger qui soit.*

Si in eum casum deducerentur. Cæsar. *S'ils tomboyent en cest inconuenient, S'ils estoyent amenez a ceste fortune.*

Deducere causam in iudicium. Cic. *Ramener par deuant le iuge un different qu'on ha.*

Deducere in causam. Vide CAVSA.

Petebant enim ne se temerè in causam deduceret. Liu. *Qu'il ne les fist point entrer en ceste querelle.*

¶ Deducere aliquem ad Philodamum, & Collocare apud Philodamum, eodem sensu dixit Cicero. *Loger aucun en la maison de Philodamus, cōme font les fourriers ou mareschaulx des logis.* Vide Collocare aliquem apud hospitem, in COLLOCO.

¶ Deducere cibum. Terent. *Soubtraire la viande, En bailler moins, Retrencher les morceaulx, Diminuer la pitance.*

Deducere aliquem ad cibum. Cels. *Luy faire venir l'appetit de manger.*

Deduci spe ad aliquam cogitationem. Cic. *Quād espoir nous conduit ou induit a penser quelque chose.*

Deducebar ad eam cogitationem, vt te, &c. Cic.

Deducta res in controuersiam. Cæs. *Mise en differēt & debat.*

Crimen deducis ad oculos. Ouid. *Tu fais ta meschanceté deuāt mes yeulx.*

Deducere plerosque dies. Cic. *Continuer plusieurs iournees en disputant, Entretenir & continuer la disputation par plusieurs iournees.*

Deduci à dolore. Cic. *Estre amené & contrainct par douleur a confesser choses toutes contraires a celles qu'on disoit au parauant.*

Deducere fastidium dicitur herba aliqua. Plin. *Faire en aller le desgoustement, Faire reuenir l'appetit.*

Ægroto domini deduxit corpore febres. Horat. *Il a osté la fieure.*

Cuius diuitiæ me de fide deducere non potuissent. Cic. *Ne m'eussent sceu faire faulser ma foy.*

Deducere fila. Plin. *Tirer & continuer son fil, Filer.*

Filum deducens leui pollice. Ouid.

Ad fletum misericordiámque deduci. Cic.

Deduci in fraudem. Plancus ad Ciceronem. *Tomber en quelque inconuenient, & y estre mené par la mauuaistié d'autruy.*

Moribus aliquem de fundo deducere. Cic. *Le mettre hors d'aucun heritage, sans force, a la facon accoustumee anciennement entre gens qui estoyent en different sur la possession: & partant vouloyent venir a l'interdict possessoire: auquel estoit preallable que l'un mist hors l'autre du lieu contentieux, a celle fin que celuy qui seroit mis hors, veint demander au Preteur estre remis & restitué en sa terre & possession.*

Deducere funus. Plin. *Conuoyer.*

Deducere sibi galerum vel pileolum. Sueton. *Soy deffuler.*

Deducere ab humanitate, integritate, & religione aliquē. Cic. *Retirer.*

Deduci ad iudicium aliquod. Cic. *Estre mené a quelque iugement pour porter tesmoignage.*

Deducere rem aliquam in iudicium. Cic. *Contester cause sur quelque different.*

Actionem in iudicium. Triphonius.

Deduci in ius. Cic. *Estre mené en iustice.*

Lineamenta deducere. Seneca. *Pourtraire, Tirer les traicts du visage.*

Litem. Columel. *Oster le debat & different.*

Maiestatem diuinæ solertiæ. Cic. *Abbaisser.*

Deduci à mente & consilio. Cic.

Deduci periculo de animi lenitate. Cic. *Venir a estre cruel.*

Deduci ad morem patris. Cic. *Estre conduict a estre de semblables meurs que le pere, a ressembler au pere.*

Deducunt socii naues. Virgil.

Deducere in obligationem. Paulus. *Obliger.*

Oculos deducere in rem aliquam. Ouid.

Opus deduxi in tua tempora. Ouid. *I'ay continué & mené.*

Deducere rem aliquam ad otium. Cæsar. *L'accorder & appaiser.*

Pedes de lecto. Plaut. *Tirer hors.*

Deducere in periculū rem aliquam. Cæsar. *Mettre en dāger.*

Deducere in discrimen. Plancus ad Ciceronem. Idem.

De prauitate animi aliquem deducere. Cic. *Retirer, Destourner, Diuertir.*

De prouincia deduci. Cic. *Estre rappelé, ou reuoqué.*

Rationem deducere. Sueton. *Compter.*

Deducere aliquem ex regno. Hirt. *Iecter & chasser hors de son royaume.*

Deduci à re aliqua. Cic.

Ab eo deduci non potest. Cic. *On ne luy scauroit mettre cela hors de la teste, ou fantasie, On ne l'en peult destourner.*

Ad aliquem rem non casu, sed duce deo deduct. Cic.

Rem huc deduxi, vt, &c. Cic. *I'ay tant faict, que, &c.*

Deducta eò res est. Cic. *La chose est menee & cōduicte a ce poinct.*

In eum locum res deducta est, vt, &c. Cic.

Deducere riuos. Virgil. *Mener & conduire l'eaue de la fontaine par petits ruisseaulx.*

Sēsum deducere mēbris. Lucret. *Oster le sentimēt aux mēbres.*

Deducere aliquem de sententia. Cic. *Destourner & diuertir de son opinion.*

Deducere aliquem in sentētiam. Plin. iun. *L'amener a quelque opinion.*

Deducere aliquem de statu vitæ. Cic. *Faire tant qu'on le tire*

hors de son propos, & qu'on luy face faire chose contraire a ce qu'il a esté accoustumé, Le desuoyer.
Deducere in stipulationem. Vlpian.
Perterritos à timore deducere. Cic. *Oster la paour.*
A tristitia & acerbitate commodè ac hilarè dicto deduci. Cic.
Vela deducere. Ouid. *Desployer, Estendre, Desuelopper.*
Versum deducere. Ouid.
Deducere vestes à pectore. Ouidius. *Descouurir sa poictrine, Oster les habillemens de deuant la poictrine.*
Deducere aliquem in viam. Cic. *Le mettre en la voye, L'addresser au chemin, L'auoyer, L'acheminer.*
Deducere vocem. Pomponius. *Agresler, Amenuiser, Parler cler & greslement, comme une femme.*
Dicendo voluntates impellere quò velis, vnde autem velis deducere. Cic.
¶ Deducere. Africanus. Cic. *Deduire & rabbatre d'une somme, Diminuer.* De his diuitiis sibi deducant drachmam. Cic.
Addere & Deducere, contraria. Cic.
Deductus, Participium: vt Homo deductus ex vltimis gentibus. Cic. *Amené.*
Deductum carmen, pro Tenui & subtili eleganter positum est à Virgilio.
Frons deducta. Ouid. *Le front descouuert.*
Martia sacrifico deductum nomen ab Anco. Ouid. *Deriué, Deduict, Du nom d'Ancus Martius elle a esté appelee Martia.*
Oratio deducta atque circunlata. Quintil.
Deducti viri ab Eriphilo. Cels. *Venuz & deriuez ou descenduz d'Eriphilus, Qui ont suiuy la doctrine & maniere de mediciner d'Eriphilus.*
Deductior, cōparatiuum: vt Nasus ab imo deductior. Suet. *Rauallé, Abbaissé.*
Deductio, Verbale. Cic. *La conduitte.*
Misera & crudelis militum in oppida deductio. Cic. *Logement par fourriers & mareschaulx des logis.*
Deductionem facere moribus. Cic. *Quand on mettoit aucun hors d'une terre ou maison a la forme accoustumee, & pour ce faict venir au Preteur pour requerir l'interdict possessionnaire.* Vide Deducere moribus.
Deductio aquæ. Cic. *Deriuement, Deriuation.*
Riuorum à fonte deductio. Cic.
Rationis deductio in causæ constitutione. Cic.
Deductio, pro Diminutione. Seneca. *Deduction, Diminution.*
Deductor, deductōris, Verbale. Q. Cicero ad M. Ciceronem. *Qui a accoustumé de conuoyer un grand seigneur ou magistrat quand il part hors de son logis.*
Deeram, Vide DESVM.
Deerro, deerras, deerrare, *Se fouruoyer, Errer, Se tordre, ou destordre.*
Itinere deerrare. Quintil. idem.
Angiporto toto deerrare. Author ad Heren.
Deerrare dicuntur iaculantium ictus. Plin. *Quand l'archer fault a tirer droict.*
Deerrauit à patre puer. Plaut. *Il s'est esgaré d'auec son pere.*
¶ Deerrare. Columel. *Faillir.*
Deerrare ab eo quod cœpimus exponere. Author ad Herennium. *Extrauaguer, & sortir hors de propos.*
Sors deerrabat ad parum idoneos. Tacit. *Le sort par malheur escheoit aux plus meschans.*
Sic & sententia & visu deerrasse, vt, &c. Columel. *Auoir si lourdement failli & a son opinion, & a veoir.*
Defæco, defæcas, defæcāre: vt Defæcare vinum. Plin. *Laisser rasseoir un vin, & reposer tant que le gros & espez descende au fond, & le cler & pur demeure dessus, Oster la lie, Purifier.*
Defæcātus, Participium: vt Defæcatus animus, per translationem. Plaut. *L'esprit bien net & purgé.*
Defatigo, defatigas, pen. prod. defatigāre. Terent. *Lasser.*
Non conquiescere, neque defatigari. Cic. *Ne cesser, & ne se lasser point.*
Defatigati cursu & spatio pugnæ. Cæsar.
Defatigare aliquem assiduo labore. Cæsar.
Animi defatigati ab aduersariis multitudine verborum. Author ad Herennium.
Nec animi, nec corporis laboribus defatigari. Cic.
Defatigari satietate alicuius rei. Cic.
Noli in conseruandis bonis viris defatigari. Cic. *Ne te lasse point de conseruer les gents de bien.*
Iudices defatigare. Cic.
Defatigor, cum infinitiuo. Lentulus Ciceroni, Nec defatigabor permanere in studio libertatis.
Defatigatus in Repub. conseruanda. Cic.
Defatigatio, Verbale. Cic. *Lasseté, Lassement.*
Corpora exercitationum defatigatione ingrauescūt. Cic.
Defatigatio equorum. Cæs. Defatigatio & satietas. Cic.
Morbum metuere ex defatigatione membrorum. Cic.
Defatiscor, Vide DEFETISCOR.
Defectio, Defectiuus, Defectus, Vide DEFICIO.
Defendo, defendis, defendi, defensum, defendere, *Defendre.*
Clypeo defendere aliquem. Claud.
Præsidio & periculo suo defendere aliquid. Cic.
Pro virili parte aliquid defendere. Cic. *Defendre de tout son pouoir.*
Defendere aliquem contra iniquos. Cic.
Æstatem defendere capellis. Horat. *Garder & preseruer les cheures de trop grand chauld & de l'ardeur du soleil.*
Defendere aliquem de ambitu. Cic.
Studio defendis amicum. Ouid.
A calamitate defendere aliquem. Cic. *Preseruer.*
Defendere caput & famam. Cic.
Caput domini defendere. Cic. *Defendre la vie de son maistre & seigneur.*
Ab omni casu defendere aliquem. Valer. Flac. *Preseruer de toute infortune.* Causas defendere. Cic.
Tueri ac defendere causas. Cic.
Causas reorum copiose defendere. Vide COPIA.
Præsidio legis causam defendere. Cic.
Defendere ciuem à periculo. Cic.
Crimen defendere. Ouid.
Audacter sua decreta defendere. Cic.
Delictum defendere. Horat.
Defendere dignitatem ab inimicis. Cæsar.
Domū ac deos penates aliquo oppugnāte defendere. Cic.
Excusatione adolescentiæ se defendere. Cic.
Fortiter defendere. Ouid.
Amici fortunas defendere. Cic.
Toga frigus defendere. Horat. *Chasser & repoulser le froid, Engarder qu'on ait froid, Engarder du froid par le moyen d'une robbe longue, Obuier au froid.*
Defendere à frigore. Virgil. *Garder d'auoir froid.*
Hunc defende furorem. Virgil. *Empesche.*
Defendere honorem suum. Cic.
Defendere hostes. Ennius. *Repoulser.*
Defendere iniuriam alicui. Plaut. *Garder qu'on ne luy face desplaisir.*
Defendere iniuriam alicuius. Cæsar. *Venger l'oultrage qu'on luy a faicte.*
Defendere & obsistere iniuriæ. Cic.
Defendere ac propulsare iniuriam. Cic.
Locum suum honestissimè defendere. Cic.
Mores defendere. Ouid.
Muros longo bello defendere. Virgil.
Defendere noxiam. Terent.
Armis ac virtute patriam defendere. Lucret.
Pacem defendere. Cic.
Defendere perfractè. Cic.
Pericula defendere ciuium. Cic. *Empescher, Engarder.*
Pudor defendit aliquem. Metellus Ciceroni.
Publicè, priuatimque aliquem defendere. Cic.
Rationem defendere. Cic.
Rectè ac iure defendere aliquid. Cic.
Defendere rectum. Horat. *Soustenir droicture.*
Reos. Ouid. Salutem Reipub. Cic.
Defendere ac tegere scelus. Cic.
Se acri animo defendere. Cic.
Defendere se manu. Cæs. Se telo defendere. Cic.
Æquitate & fide socios defendere. Cic.

Defendit solis ardores. Cic. *Il garde du hasle.*
Defendere solem. Plin. Idem.
Solstitium pecori defendite. Virgil. *Gardez que l'ardeur du soleil ne nuise au bestail.*
Defendere & protegere spoliatum. Cic.
Tecta sua defendere. Cic.
Valetudinem bonam defendere. Cels. *Contregarder, Entretenir, Maintenir.*
Vestes à tineis defendit hæc herba. Plin. *Contregarde.*
Defendere vim. Plaut. *Repoulser les aduersaires.*
Defendere vitam ab inimicis. Cic.
Vitam suam noctis & fugæ præsidio, non iuris, iudiciorúmque defendere. Cic. *Sauuer sa vie par la fuite.*
Vocem defendere. Ouid.
Vrbem bello defendere. Claudian.
Vrbem à vastatione. Plācus ad Ciceronem. *Engarder qu'elle ne soit gastee.*
¶ Defendere. Cic. *Defendre & soustenir quelque querelle.*
Defendere & Præuaricari, diuersa. Cic.
Verisimile nonnunquam, etiam si minus sit verum, defendere, est patroni. Cic.
Defendor, Passiuum. Cic.
Ab hostibus defendi altitudine montium. Cic.
Arte defendi. Valer. Flac. Liberè defendi. Cic.
Defendi per aduocatum. Plin.
Defensus, Participium. Cic. *Defendu.*
Causa pluribus argumentis defensa viriliter. Quintil.
Prouincia ab hostium populatione defensa. Cic. *Defendue & contregardee du pillage, ou Engardee d'estre pillee des ennemis.*
Defensúrus, pen. prod. Participium. *Qui defendra.*
Defensura reos facundia. Ouid.
Defenso, defensas, defensare, Frequentatiuum. Plaut.
Defensare ab hostibus. Sallust.
Defensat patrem. Stat.
Defensare se iniuria. Plaut. *Se garder d'estre oultragé.*
Defénsito, defénsitas, pen. corr. defensitáre, A Defenso, frequentatiuo. Cic. Defensitare causas. Cic.
Defensor, Verbale. Cic. *Defendeur, Defenseur.*
Defensor necis. Cic. *Qui engarde & empesche qu'un autre ne soit tué, ou qu'on ne tue aucun.*
Custos defensórque iuris & libertatis. Cic.
Vltor, propugnator, defensor, patronus. Cic.
Acerrimum defensorem alicuius in re aliqua se ostendere. Cic.
Assiduus defensor & propugnator fortunarum alicuius. Cicero. Bonus defensor. Quintil.
Non defensoribus istis tempus eget. Virgil.
Idoneus suæ rei defensor. Quintil.
Defénsio, Verbale. Cic. *Defense.*
Propugnatio & defensio. Cic.
Criminis defensio. Cic.
Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate interclusa respirat. Cic.
Breuis defensio. Cic. Facilis & prompta defensio. Cic.
Fortis & inuicta defensio salutis meæ. Cic.
Iniquior defensio. Cic. Mala & improba. Cic.
Magnifica & præclara. Cic.
Præclara defensio facinoris. Cic.
Timida defensio. Quintil.
¶ Accipere vultu truci defensionem. Tacit.
Afferre ad defensionem. Cic.
Comparabit defensionem ex constitutionibus ab actore inductis defensor. Cic.
Dare defensionem. Cic. *Permettre de se defendre.*
Habere defensionem in iudicio. Cic.
Patefacere defensionem. Cic.
Polliceri defensioni alicuius auxilium & silentium. Cic.
Probare defensionem suam aliquibus. Cic.
Suscipere defensionem dignitatis alicuius. Cic. *Se charger de le defendre, En prendre la charge.*
Rationem defensionis tentare. Cic.
Vti defensione aliqua. Cic.
Deferbeo, Vide DEFERVEO.

Defero, defers, détuli, pen. corr. delâtum, pen. prod. deferre. Plaut. *Porter.*
Deferri naui ad vlterioris Rheni litus. Plin. *Estre porté.*
Deferre literas alicui. Plaut.
Literas ad aliquem. Cæsar.
Deferre dotem viro dicitur vxor. Plaut. *Apporter grand dost.*
Deferre aliquid ad aliquem. Plaut.
Deferre in aliquem locum. Cic.
In portum. Plin.
In abruptum barathrum. Cic.
In terram deferri. Quintil. *Cheoir, ou tomber a terre.*
Deferar in vicum. Horat. *Ie seray porté.*
Deferri in vndas. Virgil. *Estre precipité en l'eaue.*
Per præcipitia deferri. Quintil.
¶ Deferri in errorem. Cic. *Estre mis en erreur.*
Deferri in præceps. Liu. *Estre rué par terre.*
¶ Defertur Moganus in Rhenum. Plin. iunior. *Coule, Flue, Entre, Se rend dedens le Rhin.*
¶ Ad quancunque disciplinā quasi tēpestate deferri. Cic.
¶ Deferre studium suum & laborem ad aliquem. Cic. *Offrir & presenter son seruice.*
Authoritatem, gratiam, copias, opes ad aliquod negotium conficiendum deferre alicui. Cic.
Deferre aliquid in beneficii loco. Cic. *Luy faire present de quelque chose, pensant luy faire grand plaisir.*
¶ Deferre causam ad patronū dicitur litigator. Cic. *Quand une partie vient a un aduocat, ou homme de conseil, luy conter son affaire, & le prier de plaider pour luy, ou de luy donner conseil.*
Querelas ad aliquem per alium deferre. Cic. *Enuoyer quelqu'un vers autruy porter parolles contenant les plainctes de quelques torts faicts.*
Deferre querelas ad aliquem. Liu. *Se plaindre ou complaindre a aucun.*
¶ Deferre ad aliquem quæ audiuimus. Cæs. *Luy conter & rapporter.*
Detulit fama armari classem, cursúmque parari. Virgil.
Insidias alicui paratas ei deferre. Cic.
Deferre consilia ad aduersarios. Cic.
Deferre mandata vel postulata alicuius ad alterum. Cæs. *Faire un message, Porter parolle pour autruy de quelque chose dont il a donné charge.*
Mandata ab aliquo deferre. Cic.
Acerbum nuntium alicui deferre. Cic.
Deferre ad coniectorem. Cic. *Aller au deuin, & luy conter son affaire, & demander conseil.*
¶ In censum deferre. Vlpian. *Bailler par declaration & denombrement.* Vide Census in CENSEO.
¶ Polliceri & deferre quicquid possumus. Cic. *Promettre & offrir ou presenter a aucun tout ce qui est en nostre puissance.*
Denegare & Deferre, contraria. Cic. *Refuser & offrir.*
Ad vnum omnia delata sunt. Cic. *Toutes choses sont remises en la main d'un qui ha toute puissance.*
Vltrò deferre aliquid alicui. Cic.
In beneficiis ad ærarium aliquem deferre. Cic.
Honorem alicui deferre. Cic. *Luy donner quelque grand estat & office.*
Honorē & imperiū rogatione sua ad aliquē deferre. Cic.
Aliquod publicum munus ad aliquem deferre. Cic.
Quibus omnia pop. Romani beneficia dormiētibus deferuntur. Cic. *On leur apporte les bienfaicts en dormant.*
Deferre facultates alicui. Cic. *Luy faire present de ce qu'on peult faire, Luy offrir sa puissance.*
Optionem eligendi. Cic. *Donner le choix.*
Pacem. Liu. *Presenter paix.*
Palmam alicuius rei deferre alicui. Cic. *Luy en donner le loz.*
Potestatem alicui. Cic. *Bailler.*
Præconium alicui. Cic. *Luy bailler la charge de faire les criees, & subhaster.* Præmium dignitatis alicui. Cic.
Primas alicui. Cic. *Luy donner le premier lieu.*
Triumphum. Cic. *Luy octroyer le triomphe.*
Deferre aliquid ad alterum. Cic. *Luy faire quelque bien.*
Negotium ad aliquem. Cic. *Employer aucun en quelque affaire, Luy apporter quelque charge pour l'expedier.*

Iudicia iam facta, domo ad causas deferre. Cic. *Apporter.*

¶ Deferre iudicium ad Prætores. Liu. *Quand un malfaicteur vient au magistrat descouvrir son faict, & encuser soy & ses compaignons.* Rationes deferre. Cic.

Regnum alicui. Liu. *Luy faire present de la couronne, Luy offrir le royaulme.*

Studium & beneuolentiam ad aliquem deferre. Cic. *Offrir, Presenter.*

Voluntatem suam ad aliquem. Cic. *Luy dire & descouurir.*

¶ Deferre aliquem, pro Accusare. Cic. *Accuser.*

Impietatis deferri. Tacit. *Estre accusé de, &c.*

Deferre nomen alicuius. Cic. *Deferer aucun & denoncer a iustice qu'il a commis quelque forfaict, Enderer, Empaicer, Encuser.*

Nomen amici mei de ambitu detulit. Cic.

Deferre nomen alicuius de repetundis. Cic.

Crimina de aliquo ad Senatum. Liu.

Sermones de aliquo ad alterum. Cic. *Rapporter.*

Cupiditatem alicuius ad Senatum. Cic.

Furem ad Senatum per indicem. Sueton.

Maleficium alicuius ad iudicem. Cic.

Deferre de aliquo apud alios. Cic. *Faire quelque rapport.*

¶ Deferre. Seneca, Videamus hoc quod concupiscimus, quanti deferatur. *Combien on le fait, on le prise, on l'estime, Combien on le veult vendre.*

Delâtus, pen. prod. Participium. Cic. *Accusé.*

Diuinitus ad nos delatus vir. Cic. *Amené, Apporté.*

Delatus honor. Sil. *Offert, Presenté.*

Delatio, Verbale, Actus ipse deferendi aliquem: vt Delatio nominis. Cic. *Denonciation faicte a la iustice, ou au magistrat, Delation, Empaicement, Encusement, Accusation.*

Dare delationem. Cic.

Dare aliquam delationem alicui. Cic.

Factitare delationes. Tacit. *Faire mestier d'empaicer & encuser a iustice, ou au magistrat, Estre delateur.*

Subire delationem. Tacit.

Delâtor, penul. prod. Verbale, m. g. Suet. *Delateur & denonciateur a iustice, Empaiceur, Encuseur.*

Deferueo, deferues, deferbui & deferui, deferuêre: vel Deferuesco, deferuescis, deferuéscere. Columel. *Se refroidir. Il est proprement dict d'une chose qui parauant bouilloit.*

Æstus deferuescunt. Varro. *Les grandes chaleurs s'abbatent & refroidissent.*

¶ Deferuere, ad hominem trãsfertur. Plin. iunior, Quum iam satis ille primus impetus deferuisset. *Quand ceste premiere vehemence fut racoisee & refroidie, Quand ceste premiere cholere fut passee.*

Deferuere & mitigare. Cic.

Deferbuit adolescentia. Terent. *La chaleur de ieunesse est refroidie.*

Cupiditates adolescentiæ deferbuerunt. Cic. *Se sont moderees & refroidies.*

Deferuescit ira. Cic. *Se refroidit & racoise ou appaise, Se passe.*

Studia hominum deferbuere. Cic. *L'ardeur que les hommes auoyent est refroidie.*

Deferuefácio, deferuéfacis, penult. corr. deferuefêci, penult. prod. deferuefácere. Cato. *Faire boullir.*

Radix caprifici deferuefacta in vino. Plin. *Boullue en vin.*

Defetiscor, defetísceris, pen. corr. defessus sum, vt ait Priscianus, defetisci. Terent. *Se lasser de trauailler.*

Languens & defessus. Cic.

Omnibus medullis defessus. Catul.

Satietate defessus. Cic. Defessus sum quærere. Plaut.

Defessus sum quæritando. Plaut.

Defessus sum ab gerunda aqua. Plaut. *Ie suis lassé de porter de l'eaue.* Defessus sum de te ridendo. Terent.

Iubendo defessus. Ouid. Defessus malis. Seneca.

Defessus recreatur. Plin. Defessus acie. Stat.

Defessus cultu agrorum. Cic.

Defessus labore disputationis. Cic.

¶ Defessa ac refrigerata accusatio. Cic.

Animi forensibus negotiis atq; vrbano opere defessi. Cic.

Artus defessi. Ouid. Aures conuitio defessæ. Cic.

Membra defessa labore. Catul.

Quum iam tortor atque essent tormenta ipsa defessa. Cic.

Deficio, déficis, pen. corr. defêci, pen. prod. defectum, deficere, quando pro Relinquere & deserere accipitur, habet passiuum: quando verò pro Defetiscor, neutrum est. Est autem à De & Facio compositum.

Deficere, pro Deesse. Cic. Vererer ne mihi vox viresque deficerent. *Que la force ne me defaillist.*

Æquor deficit puppibus. Stat.

Anima deficit per æstum. Cels. *Le cueur default, On s'esuanouit.*

Animantes, quum calor defecerit, tum intereunt. Cic.

In causa aliquem deficiunt omnia. Cic. *Toutes choses luy defaillent.* Deficiunt artes, deficiúntque doli. Tibul.

Dolor me non deficit. Cic. *Ma douleur ne cesse point, Ne me laisse point.* Linguæ defecerat humor. Ouid.

Improbitas aliquem defecit. Cic. *Luy a defailli.*

Deficit ingenium. Ouid.

Deficiunt te Latina. Cic.

Deficit luna nocturno tempore. Plin. *La lune eclipse ou default par nuict.*

Interpositu interiectúque terræ repentè Luna deficit. Cic.

Membra deficiunt. Lucret. *Defaillent & perdent toute force & vertu.* Ad cœpta manus deficiunt. Ouid.

Memoria deficit. Cic.

Hominem deficit omnis motus animi. Cic.

Neruj deficiunt. Horat.

Deficit illum prudentia. Cic. *Il ha faulte de prudence.*

Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Cic.

Res frumentaria ipsos deficere cœpit. Cæsar.

Deficiunt illum sanguis & vires. Cæs.

Vndique sensus deficit. Lucret.

Deficit & extinguitur Sol. Cic. *Le soleil eclipse & default.*

Deficiunt me solatia. Cic. *I'ay faulte de soulagemẽs, ou de soulas.*

Spes deficit, non voluntas. Cic.

Studia cuncta ætate exacta deficiunt. Cic.

Deficiunt syluæ glandes. Virg. *Les forests n'ont point de gland.*

Tempus deficit ad bellum gerendum. Cæs.

Tempus hercule te citius, quàm oratio, deficeret. Cic. *Tu auroys plus tost faulte de temps, que de parolle.*

Deficiunt mihi tela. Cæsar. Vires deficiũt aliquem. Cic.

Discentes vita deficit. Cic. *Ils meurent en apprenant, Leur vie n'est point assez longue pour apprendre, La vie leur default.*

Vox eum defecit. Cic. *La voix luy est faillie.*

Dies, latera, & vox me deficiunt. Cic.

¶ Deficit in mucronem figura. Plin. *Elle va en aguisant, en poincte.*

¶ Deficere. Sallust. *Se rendre du parti contraire, Se reuolter.*

Planè ab aliquo deficere. Cic.

Deficere à principe aliquo ad alium. Liu. *Abandonner le seruice ou l'alliance d'un prince, & se mettre au seruice ou en l'alliance de son ennemi.*

A dignitate sua deficere. Cic.

Quid ages, si vtilitas ab amicitia defecerit? Cic. *Si prouffit se depart d'auec amitié? Si l'amitié d'autruy te meine a dommage, t'est dommageable, ou, Si l'amitié d'autruy ne te porte point de prouffit*

Deficere à virtute. Cic. *Delaisser vertu.*

A seipso deficere, Est mores mutare. Cic. *N'estre plus semblable a soymesme, Changer de conditions.*

Deficere à vita. Cic. *Se tuer.*

¶ Deficere, pro Defetisci, neutrũ. Mart. Cic. *Estre si las qu'on n'en puisse plus.*

Cõcidere & deficere. Cic. *Tomber & defaillir, Perdre toute force & vertu.* Consenescere & deficere. Cic.

Deficere animo, animis, viribus. Cic. *Defaillir de courage & de force.*

Animo non deficiam. Cic. *Le cueur ne me fauldra point, I'auray tousiours bon courage.*

Deficere animum, pro Animo. Varro.

Deficere alimento. Colum. *Auoir faulte de nourriture.*

Deficere cœptis. Valer. Flac. *Ne point poursuyure & continuer son entreprinse, ou ce qu'on a commencé.*

Discursibus deficere. Valer. Flac.

Mente deficere. Ouid. *Perdre le sens & l'entendement.*

Deficere visu. Sueton. *Perdre la veue, Quand la veue default.*

¶ Deficior, passiuè. Colum. Si memoria deficitur. *Si la memoire luy default, S'il ha faulte de memoire.*

Mulier abundat audacia, cõsilio & ratione deficitur. Cic. *Elle est desprouueue, ou Elle ha faulte de bon sens & de raison.*

Deficitur aqua salienti hæc amœnitas. Plin. iunior. *Elle ha faulte d'eaue viue.*

Deficiens, Participium. Cic. Quum acriter oculis deficientem solem intuerentur. *Defaillant, Eclipsant.*

Deficiens animo mœsto. Lucret. *Defaillant, S'esuanouissant, Se pasmant.*

Ales deficiens cadit. Seneca.

Cibus deficiens. Ouid.

Sermoni deficiente die. Ouid. *Quand le iour n'est point long assez pour acheuer le propos.*

Defectus, Participium à Deficio vel Deficior, habet interdum significationem actiuam in voce passiua.

Defecta labore senectus. Quintil. *Qui default, & n'en peult plus, Cassee de peine & de trauail.*

Defecta senio arbor. Columel. *Vn arbre qui ne porte plus, Qui default.*

Defectæ senectutis homo. Vlpian. *Tout cassé de vieillesse.*

¶ Defectus, Passiuè, pro Destitutus. Ouid. Fauore defectus. *A qui on ne fauorise point, Destitué de faueur.*

Defectus animo. Plin. *Qui default de courage.*

Aqua, cibóque defecti. Quintil. *Destituez de boire & de manger, Qui ont faulte de, &c.*

Defectus ætate. Vlpian. *Cassé de vieillesse.*

Solo mœret defecta cubili. Valer. Flac. *Delaissee.*

Dentibus defecti, id est Edétuli. Plin. *Qui n'ont point de dents.*

Genibus defectus. Stat. *A qui les genoulx defaillent.*

Sol defectus lumine. Tibul. *Priué de sa lumiere.*

Viribus defectus. Seneca. *Qui a perdu toute force.*

Defecta à menstruis mulier. Cels. *Qui a perdu son temps.*

Defectus, Nomen ex participio. Columel. Defectissimum quenque annis & viribus in agrum relegat. *Cassé.*

Defectus, huius defectus. Liu. *Default, Defaillance.*

Defectus velox. Plin. *Quand une chose ne dure guere long temps, Petite duree.*

Defectus stomachi præcipuè excitat inula. Plin.

Defectus animi. Plin. *Defaillance de cueur.*

Defectus solis & lunæ. Plin. *Eclipse de lune & de soleil, Defaillance.*

Defectu medicorum multi perierunt. Valla. *Par default de medecins.*

Laborat luna defectu. Claud. *Quand elle eclipse.*

Defectio. Liu. *Reuoltement, Quand une ville, un pays, une armee se met du parti contraire, laisse son seigneur ou capitaine, & se rend du parti des ennemis.*

Defectio à recta ratione. Cic. *Abandonnement, Delaissement de raison.*

Defectio mulierum à conceptu. Plin. *Defaillance de cueur.*

Animi defectio. Cic. *Defaillance de cueur, Pasmoison, Esuanouissement.* Animæ. Celsus.

Virium Cic. *Foiblesse & diminution de force.*

Defectio solis & lunæ. Cic. *Eclipse de soleil & de lune.*

¶ Defectio, pro Debilitate. Sueton. *Defaillãce & debilitation.*

Defector, Verbale. Sueton. *Celuy qui s'est reuolté.*

Defigo, defigis, pen. prod. defixi, defixum, defigere. Colum. *Ficher, Attacher a cloulx, ou autre chose.*

Aciem defixere in his vestigiis, in quibus, &c. Cic. *Ils ont planté leur armee, &c.*

Terræ defigitur arbos. Virgil.

Tacita mœstitia ita defixit omnium animos, vt, &c. Liu. *Perça, ou arresta & estonna tellement le cueur de touts, que, &c.*

Defigere animos & intendere. Cic.

Defigere audaciam in mẽtibus atque oculis omniũ. Cic.

Defigere aliquem colaphis in terram. Plaut.

Defigere columnellas in trabibus. Cæsar.

Crucem defigere. Cic. *Dresser, ou planter un gibet.*

Defigere cultrum in corde. Liu. *Ficher, Planter dedans.*

Sicam in corpore alicuius. Cic.

Omnes suas curas in Reip. salute defigunt. Cic.

Defigi diris deprecationibus nemo non metuit. Plinius. *Estre mauldict.* Defigere ensem. Sil.

Defigere furta alicuius in oculis populi. Cic. *Les mettre en euidence, en sorte que tout le monde les congnoisse, & quasi les attacher & ficher a cloulx en lieu public.*

In eo mentem, orationémque defigit. Cic. *Il fiche sa fantasie, &c.*

Ocellos in aliquem defigere. Ouid.

Defigere oculos spe & mente in rem aliquam. Cic. *Ficher ses yeulx a quelque chose par pensee, & tascher a l'auoir.*

Defigere oculorum aciem in terram. Plin.

Aliquid intueri, in eóque defixum esse. Cic.

Defixerat pauor cum admiratione Gallos. Liu. *Ils estoyent demourez & arrestez touts plantez de crainte & esbahissement.*

Plantam defigere in hortis. Ouid.

Defigere in animis aliquam sententiam iudicum. Cic. Quam populi sermo in animis vestris iam antè defixerat. *Que le cõmun bruit auoit ia fiché & planté en noz cueurs.*

Crabrones spicula defigunt. Ouid.

Defixus, Participium. *Fiché, Planté.*

Obtutu hæret defixus in vno. Virgil.

Defixi ora tenebant. Virgil. *Sans bouger ne parler, Sans se remuer & ne sonner mot.*

Stat cuneo defixa acies. Stat.

Animus defixus malis. Claud. *Tout estonné pour les aduersitez qui luy suruiennent.*

Aratra defixa. Virgil.

Defixa humi mens. Cic. *Qui s'arreste a penser aux choses terriennes.*

Videre defixis oculis. Horat.

Posita & defixa spes omnium in te. Cic.

Virtus est altissimis defixa radicibus. Cic.

Definio, definis, definiui, definitum, pen. prod. definire. Cic. *Limiter & borner, Enceindre & enclorre quelque chose dedans certains fins & limites.*

Eius fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. Cic. *Il y a des oliues plantees a la ligne, qui seruent de bornes & limites.*

Bene dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur. Cic.

Vnamquanque rem certo naturæ termino definire. Author ad Heren. Circunscribere & definire. Cic.

Definire & complecti. Cic.

Concludere ac definire orationem. Cic. *Conclure & mettre fin a un propos.*

Aliquid breuiter illustrare, verbisque definire. Cic.

Ædes sibi optimas definire Cic.

Definire alicui quid faciat. Cic. *Luy determiner & prefire ce qu'il fault qu'il face, Ordonner, Reigler & mesurer.*

Horizon nostrum aspectum definit. Cic. *Limite.*

Definire diem. Cæsar. *Determiner le iour.*

Imperium, orbis terrarum terminis definire. Cic. *Limiter.*

Definire in quinquennium. Cic. *Bailler cinq ans de terme, & de duree.*

Definire legem alicui. Cic. *Assigner & bailler une condition.*

Certus ac definitus locus. Cic. *Vn certain lieu & a part.*

Lucidè ac breuiter definire. Cic.

Mala dolore, bona voluptate definiunt Cic. *Ils definissent & expliquent la nature du mal, estre auoir douleur: & du bien, d'auoir plaisir.*

Definita animi moderatio. Author ad Heren.

Modum vitæ suæ animi æquitate definire. Cic.

Definire numerum & magnitudinem alicuius rei. Cic. *Dire precisement.*

Res quas Romani gesserunt, orbis terræ regionibus definiuntur. Cic. Constituta & definita res. Cic.

Quam vitam ingrediar, definias. Cic. *Monstre moy & m'assigne quel chemin de viure ie doibs prendre.*

¶ Definire. Quintil. *Definir un mot, Faire la definition, Declarer briefuement la nature, condition & vertu de quelque chose sans rien delaisser, & sans y adiouster choses superflues, & ne seruants rien au propos.*

¶ Definitum est. Plaut. Non remittam, definitum est. *C'est un poinct uuidé, un compte arresté.*

Definitum ac certum. Cic.
Definitum & constitutum. Cic.

Definitio, Verbale. Quintil. *Vne briefue declaration de la nature, condition & uertu de quelque chose sans rien delaisser, & sans y adiouster choses estrangeres & hors de propos.*
In definitionibus neque abesse quicquam decet, neque redundare. Cic.
Hominis definitio vna in omnes valet. Cic.
Propriam cuiusque vim definitione declarare. Cic.
Vera definitio Cic.
¶ Hominum & temporum definitione sublata. Cic. *Sans particularizer ne specifier les hommes ne le temps, Sans dire a quels hommes, ne en quel temps.*

Definitiuus, pen prod. Adiect. vt Constitutio definitiua. Cic.

Definitè, penult. prod. Aduerbium. Cic. *Expressement, Nommeement, Par exprez.*
Definitè dicere Cic. *Par reigle & mesure, Auec limitation.*

Definitè ac distinctè designare. Plin. iunior. *Particulierement & specialement, Precisement.*

Desit, Impersonale, pro Deest: non nisi in aliquot tertiis personis, & in infinitiuo reperitur. *Il y a faulte, ou default.*
Neque desiat, neque supersit. Plaut.
Nihil apud me tibi desieri patiar. Terent. *Ie ne souffriray point que tu ayes default de, &c.*
Nihil desit. Terent. *Rien ne me default.*
Desit animus mihi. Plaut.
Vt desiat dies. Plaut. *A fin que le iour se passe en cela.*
Desit mihi fortuna. Cic.
Non desit mihi lac. Virgil. *Ie n'ay point faulte de laict.*
Vitæ copia desit. Lucret.

Desióculus, pen. corr. dicitur à Martiale pro Lusco. *Borgne.*

Defixus, Vide DEFIGO.

Deflagro, deflagras, penul. corr. deflagrâre. Cic. *Estre ars & bruslé.*
Deflagrare ardore. Cic.
Deflagrare flamma. Cic.
Communi incendio deflagrare. Cic. *Perir auec les autres, Estre destruict parmi ce que les autres le soyent.*
Phaethon ictu fulminis deflagrauit. Cic.
¶ Deflagrare, Deferuescere, Lãguescere Lucan. *Se refroidir.*
Spes animum subibat, deflagrare iras vestras posse. Liu. *Que nostre courroux s'appaiseroit & s'esteindroit.*
Seditione paulatim deflagrante. Tacit.

Deflagrátio, Verbale. Cic. *Bruslement, ou Embrasement.*

Deflecto, deflectis, deflexi, deflexum, deflectere. Colum. *Flechir & ployer quelque chose.*
Ex itinere ad visendum aliquem deflectere. Sueton. *Se destourner du chemin, pour aller ueoir aucun.*
Carinam deflectere aliquó. Lucan *Tourner, Destourner.*
Deflexit cõsuetudo maiorum de spatio & curriculo. Cic. *La maniere de faire de noz ancestres a un peu flechi, & s'est un peu esgaree hors de son chemin & de sa lice, S'est un peu changee & muee.*
Deflexit de via consuetudo. Cic. *La coustume a flechi, & costoyé hors le chemin.*
Deflectere se de curriculo petitionis, & animum ad accusandum transferre. Cic. *Delaisser la uoye qu'on auoit prinse de poursuyure & briguer un estat, & se tourner & entrer au chemin d'accusation, Laisser la poursuite des estats, & se tourner & appliquer a accuser.*
Deflectere de cursu suarum actionum. Cælius ad Ciceronem. *Se departir de sa maniere accoustumee de faire es choses concernantes la republique.*
Interpretationem nominum deflectere. Seneca.
Deflectemus in Thuscos. Plin. iunior. *Nous tournerõs chemin & costoyerons uers, &c.*
Aliquem ab ira in se deflectere. Stat.
Deflectere ex itinere. Plin. iunior.
Iter deflectere. Lucan.
Lumina. Ouid. *Destourner ses yeulx, Tourner ses yeulx arriere.*
Oculos à cura. Valer. Flac.
Oratio redeat illuc vnde deflexit. Cic.
In peius deflectere. Ouid.
Deflectere de recto. Fic. *Se iecter ou mettre hors du droict chemin.*
Deflectere rem ad verba. Cic. *Ployer & faire reuenir les choses aux mots.*
Declinare à proposito, & deflectere sententiam. Cic.
Belli deflectere tumultus. Stat. *Tourner la guerre ailleurs.*
A veritate deflectere. Cic.
A virtute patris. Cic.

Deflexus, Participium. Plin. *Flechi & ployé.*
Amnes in aliũ cursum contorti & deflexi. Cic. *Destournez.*
Deflexa ætas à laboribus ad otium. Cic. *Tournee a oysiueté.*
Est in obscœnos deflexa tragœdia risus. Ouid.

Deflexus, huius deflexus. Colum. *Ployement, Flechissement.*

Defleo, defles, defléui, deflêtum, pen. prod. deflêre. Plaut. *Plaindre quelque chose en plourant.*
Deflere cœnas. Plaut. *Regretter les banquets.*
Insatiabiliter deflere. Lucret.
Deflere in sinu amici. Plin. iunior. *Se complaindre familierement a son ami.*
Vanos labores deflere. Claud.
Deflere immaturam mortem alicuius in sinu amici. Plin. iunior.
Grauibus cogor deflere querelis. Propert.
Voce deflere quempiam. Tacit.
Suprema deflere. Tacit.

Deflendus, Participium: vt Genitrix deflenda. Seneca.

Deflêtus, penul. prod. Aliud participium. Cic. *Qui a esté plouré & plainct.* Domus defleta. Claud.
Mors à multis sæpe defleta. Cic. Nomen defletum. Sil.

Deflexus, Vide DEFLECTO.

Deflo, deflas, deflâre. Plin. *Souffler.*

Defloccati senes, apud Plautũ. *Qui ont perdu leur grãde force.*

Defloro, deflóras, penult. prod. defloràre, Verbum formatum à Flos, floris. Liu. *Defleurer, Entamer & gaster en faisant quelque chose, Oster la fleur, Effleurer.*
Futurum gaudii fructum spes iam deflorauit. Gel.
Gloria victoriæ deflorata. Liu. *Diminuee, Amoindrie.*

Defloresco, deflorescis, deflórui, deflorescere. Plin. *Se defleurer, Perdre sa fleur.*
Flos tenui carptus defloruit vngui. Catul.
Gratia oris defloruit. Claud. *La beaulté & grace du uisage est defleuree.*
Deflorescit formæ dignitas, per translationem. Author ad Heren. *La fleur de beaulté se perd.*
Cum corporibus vigent & deflorescunt animi. Liuius. *Le cueur est alaigre & abbatu a mesure que le corps l'est.*
Deflorescunt amores. Cic. *Se perdent & se passent legierement.*
¶ Deflorescere. Columel. *Fleurir, Iecter fleurs, Estre en fleur.*

Deflorescens, Participium. Cic. *Qui ua en abbaissant & en empirant, Qui perd sa uigueur.*

Defluo, défluis, penult. prod. defluxi, defluxum, defluere. Virgil. *Decouler.*
Segnis aqua secundo defluit amni. Virgil.
Defluere ad terram, vel in terrã. Liu. *Tomber ou cheoir a terre.*
Defluit in Lagoum amnem Opharus. Plin. *Coule, Tombe.*
Coronæ defluunt. Cic. *Tombent.*
In latus à dextro paulatim defluit armo. Ouid.
Aut cruor, aut alto defluxit ab æthere tabes. Lucan.
Defluunt hæc à superis in terram. Cic.
Hoc totum è sophistarum fontibus defluxit in forũ. Cic.
Pedes vestis defluxit ad imos. Virgil.
Ignauus defluxit pectore somnus. Tibul.
¶ Defluere. Quintil. Tantúmque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat. *S'eslongnoyent, Se reculoyent.*
Defluere ex aliquo numero. Cic. Vnus me absente defluxit. *L'un m'a laissé, & s'en est allé de l'autre part, I'en ay perdu l'un, Il s'est escoulé de moy.*
Errâtum,errâti,pen.prod.Idem quod Error. Cic. *Faulte prouenant par ignorance, Erreur.*
Erratum & Rectè factum,contraria.Cic.
Errata ætatis.Cic. Commune erratum.Cic.
Obtegere errata.Plautus.
Petere veniam errato alicuius.Cic.
Erratio,Verbale.Plaut. *Fourvoyement, Torſe, Deſtorſe.*

Minor est erratio. Terentius. *Il y a moins de destorse, ou fourvoyement.*

Errabundus. Liu. *Qui va errant par ci par la, Vagabond.*

Errabunda vestigia. Virgil. *Qui ne vont point droict.*

Errabundæ naues. Hirtius.

Erráticus, pen. corr. Adiectiuũ, Qui errat & vagatur. Gellius. *Errant, Vagant ca & la.*

Lapsu multiplici & erratico serpens vitis. Cic.

Herba erratica. Plin. *Herbe sauvage qui croist par tout.*

Error, erroris, masc. gen. Cic. *Ignorance, Erreur.*

Error & insania. Horat.

Virtus & Error opponuntur. Horat.

In magnis tenebris erroris & inscientiæ. Cic.

Nebula erroris. Iuuenal.

Nominum error manet. Liu. *On erre aux noms, & ignore lon qui la faict.*

¶ Ambiguus error. Stat.

Cæcus. Seneca. Dubius. Virgil.

Falsus. Plin. Grauis. Seneca.

Fanaticus. Horat. Honestus error. Quintil.

Infandus error. Valer. Flac.

Ingens. Quintil. Irreuocandus. Claud.

Malus. Virgil. Nubilus inscitiæ error. Boethius.

Perplexus. Stat. Profanus error animi. Claud.

Sacri vatum errores. Silius.

Simplex error. Quintil.

Temerarius error. Ouid.

Turbulenti errores. Cic. Vagus. Lucan.

Vanus error. Stat.

¶ Adiuuare alterius errorem. Cic. *Faire errer d'adavantage.*

Afficere mentis errore. Cic.

Suus cuique attributus est error. Catul.

Auferre errores alicuius. Ouid. *Luy declarer & donner a entendre en quoy il erre.*

Erroribus cæcari aut cupiditate. Cic. *Estre aveuglé par erreurs & cupidité.* Captus errore. Cic.

Coarguere errorem alicuius. Cic.

Confiteri errores suos. Quintil.

Errorem creat similitudo. Cic. *Similitude fait errer.*

Decipit error. Ouid.

Deferri in errorem. Cic. *Tomber en erreur.*

Demere alicui mentis errorem. Horat.

Depellere errorem. Cic.

Deponere errorem suum. Cic.

Detrahere errorem alicui. Ouid.

Duci errore. Cic. *Errer.*

Effugere errorem aliorum. Lucretius. *Fuir & eviter l'erreur des autres.*

Eripere errorem alicui. Cic.

Ab errore euellere aliquem. Cic.

Fluctuat incertis erroribus ardor amantum. Lucret.

Fluitans errore. Lucret.

Illudit error. Horat.

Mentes imbutæ prauitatis erroribus. Cic.

Erroribus implicari. Cic.

Incutere errorem. Cic. *Faire errer.*

Inducere in errorem. Cic. *Faire errer.*

Inflatus errore. Cic.

Quantum animis erroris inest. Ouid.

Lapsus errore. Quintil. *Qui a failli par ignorance.*

Lapsum esse per errorem. Cic.

Liberare animos errore. Cic.

Erroribus mederi. Plin. Natus error. Cic.

Nocens error. Seneca.

Obiectus error alicui. Cic.

Pendêre ex errore imperitæ multitudinis. Cic.

Opinionibus vulgi rapimur in errorem. Cic.

Recipere errorem. Quintil.

Sublato errore. Lucan.

Cum mulieris lacte suximus errorem. Cic.

In magno errore sunt qui sandaracon vocant. Plin. *Errent & faillent grandement.*

Tardare errorem aliqua re. Propert.

Tantus tenet error amantem. Ouid.

Teneri malo errore. Virgil.

Errore aliquo trahi. Ouid.

In summo errore, atque in maxima rerum ignoratione versari. Cic.

Versatur magnus error. Cic.

¶ Error. Virgil. *Tromperie.*

¶ Errores Vlyssis. Cicero. *Fourvoyemens, Erremens, Desvoyemens, Esgaremens.*

Errore viarum. Liu. *Par faulte de sçavoir les chemins, Par s'estre abusé aux chemins, Par fourvoyement, ou torse, ou destorse.*

Feri errores nemorum. Stat.

Indeprehensus & irremeabilis error Labyrinthi. Virgil. *Fourvoyement dont on ne peult retourner.*

Inexplicabilis viarum error. Plin.

Inextricabilis error. Virgil.

Inobseruabilis error Labyrinthi. Catul.

Vagus error. Valer. Flac.

Longis agi erroribus. Ouid.

Diffugiunt quò quenque agit error. Ouid.

Viæ errore actus. Virgil.

Deceptus nouo errore veterum locorum. Virgil.

Ducere in errorem. Ouid. *Faire fourvoyer.*

Implicita errore via. Lucan.

Palanteis error in syluis certo de tramite pellit. Horat.

Erro, errónis, penult. prod. masc. gen. Vlpianus. *Vagabond, Qui n'ha ne maistre ne adveu.*

Fugitiuus vt erro. Horat.

Admittere erronem. Ouid.

Vocare erronem sub sua signa. Tibul.

Erroneus, Idem quod Erro. Colum.

Erubesco, erubescis, erubui, erubéscere. Terent. *Rougir de honte, Se hontoyer.*

In aliqua re erubescere. Cic.

Epistola non erubescit. Cic.

Genæ erubuêre. Ouid.

Erubescere ora alicuius. Cic. *Avoir honte de se trouver devant aucun, ou en sa presence.*

Preces erubescere. Claud. *Avoir honte de prier.*

Non erubescere voluptates. Cic.

¶ Erubesco, cum infinitiuo: vt Erubesco loqui. Cic. *I'ay honte de parler.*

Erubescere, cum genitiuo. Curt. Qui erubesceret fortunæ. *Qui avoit honte de sa fortune.*

Erubescere, cum ablatiuo. Seneca, Nunquid iam illa repudio erubescit &c.

Genis erubuit. Ouid. *Les ioues luy sont rougies de honte.*

Malis alterius erubescere. Ouid *Avoir honte du mal d'autruy.*

Erubescendus, Nomen ex participio: vt Amor erubescendus, id est turpis. Horat. *Dont on doibt avoir honte.*

Eruca, huius erucæ, pen. prod. Columel. *Chenille.*

¶ Eruca, herba. Columel. *De la roquette.*

Venerem reuocans eruca morantem. Virgil.

Frigorum contemptrix eruca. Plin.

Salaces erucæ. Ouid.

Virides erucæ. Horat.

Eructo, eructas, eructâre, Frequẽtatiuum ab Erugo, erugis. Cic. *Souvent router.*

Eructare. Colum. *Iecter & mettre hors, Desgorger.*

Eructare odorem pestilentem. Varro.

Eructat Bosphorus amnes. Valer. Flac.

Arenam eructare fluuii dicuntur. Virgil.

Eructans, Participium: vt Tartarus horriferos eructans faucibus æstus. Lucret. *Desgorgeant, Iectant hors.*

Saniem eructans. Virgil.

Erudero, erúderas, pen. corr. eruderâre: vt. Eruderare solum. Varro. *Curer & nettoyer une place de toutes ordures, comme de pierres, plastras, & autres.*

Erudio, érudis, pen. corr. erudiui, eruditum, pen. prod. erudíre. Cic. *Enseigner, Endoctriner, Instruire.*

Erudire atque docere. Cic.

Scripta erudiunt. Ouid.

Ad rationem vitæ exemplis erudimur. Plin. iunior. *Par les*

exéples des autres nous sommes instruicts cõment nous debuons viure.
Obuiæ mihi velim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de omni Republica.Cic. *Qui me facent a sçauoir comment il va de toute la Republique.*
Oratorem erudire in iure ciuili.Cic.
Erudire aliquem artes.Ouid.
Institutis & præceptis suis aliquem erudire.Cic.
Instituere atque erudire filios ad maiorum instituta.Cic.
Erudire laboribus iuuẽtutem venando, currẽdo, &c. Cic.
Erudire puerum artibus.Liuius.
Oculos erudire vt fleant.Ouid. *Apprendre a ses yeulx a plourer.*
Erudiuit te vsus.Cic.
Erudio, cũ infinitiuo.Silius, Erudiunt cõponere mentem.
In scholis erudiri. Quintil.
Erudiendus, Participium.Ouid. In patrias artes erudiendus erat. *Debuoit estre enseigné & apprins, ou endoctriné & instruict aux arts & sciences de son pere.*
Erudĭtus, pen.prod. Aliud particip. vt Eruditus Græcis literis.Cic. *Sçauant en Grec.*
Doctus atque eruditus.Cic.
Diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi, Cic.
Leuiter eruditus.Cic.
Liberaliter eruditus.Cic.
Subtilius eruditus.Cic.
Doctrina atque optimarum artium studiis eruditi.Cic.
Institutionibus Græcis eruditus.Cic.
Literis primis eruditus.Quintil.
Homo à magistro eruditus.Cic.
Stipendiis & legationibus bellicis eruditus.Cic.
Eruditus, Nomen ex participio: vt Erudita operatio. Plin. *Besongne bien faicte & auec grand art.*
Disciplina iuris ciuilis eruditissimus.Cicero. *Fort sçauant en droict ciuil.*
Ciuitas disciplinis erudita.Author ad Heren.
Habere oculos eruditos.Cic.
Oratio erudita.Cic.
Eruditum palatum. Colum. *Qui se congnoist en bonnes & delicates uiandes, Vn friand.*
Tempora Ciceronis erudita.Cic.
Eruditius. Quintil.
Eruditulus, erudituli, penul.corr. Diminutiuum.Catul. *Aucunement sçauant.*
Eruditio, Verbale.Cic. *Sçauoir, Erudition.*
Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Cic. *Sans sçauoir en Grec.*
Homo præclara eruditione atque doctrina.Cic.
Homo ingenio præstanti & eruditione perfecta.Cic.
Omnis eruditionis expers atque ignarus.Cic.
Altissima eruditio ac scientia Quintil.
Liberalis eruditio & doctrina.Cic.
Potior eruditio in scholis, quàm domi. Quintil.
Exercere eruditionem.Quintil.
Eruditione varia repletus homo Suet.
Intendere eruditionem suam.Plin.iunior.
Erugo, erugis, erugire, Vide RVCTO.
Erugo, erũgas, pen.prod. erugâre. Plin. *Oster & faire en aller les plis & rides, Desrider, Estendre.*
Erugare cutem.Plin.
Erugant corpora.Plin.
Erugatio, Verbale: vt Erugatio cutis. Pin. *Desridement.*
Erumna, Vide AERVMNA.
Erumpo, erumpis, erũpi, penul prod. eruptum, erúmpere. Cæs. *Saillir ou sortir auec uiolence & impetuosité, faire une saillie d'une uille sur les ennemis.*
Erumpere ad pugnam.Colum.
Erumpere ab aliquo loco.Ouid.
Scatêre atque erumpere plano campo.Lucret.
Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit.Cic.
Erumpere in actum.Cic. *Sortir a effect.*
In aliquem erumpere.Stat.
Erumpere in nauim.Lucan. *Saillir dedens la nauire.*
Efferuescere atque erumpere in aliquam regionem.Cic.
Omnia quæ per hoc triennium agitata sunt, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Cic. *Sortent & font leur effort.*
Erumpere in affectum.Quintil.
In occulto colloqui, quod mox in omnium perniciem erupturum esset.Liu. *Qui sortiroit son effect.*
Inter nubila sese erumpunt radii.Virgil.
Erumpunt se portis foras.Cæs.
Erumpere per castra hostium.Plin.
Foras erumpere.Lucret.
Erumpere loco aliquo.Cæs.
Portis erumpere.Virgil.
Subito clamore erumpunt.Virgil.
Illustrantur & erumpunt omnia.Cic. *Sortent hors & uiennent en congnoissance, ou euidence, Se manifestent.*
Hæc quò eruptura sint, timeo. Cic. *Ie crains fort quelle en sera la fin.*
Vt odia occulta ciuiũ in fortunas optimi cuiusque erumperent.Cic.
Clades erumpit in ipsos medicos.Ouid. *La maladie assault les medecins mesme.*
Hæc dominatio quorsum eruptura sit, horremus.Cic.
Erumpit furor & indignatio.Liu.
Gemitus erumpunt.Stat. *S'escreuent.*
Ignes ex Ætnæ vertice erumpunt.Cic. *Sortent, S'escreuent.*
Erumpit ignis ex vaporario.Cic.
Ignis erumpit oculis.Seneca.
Erumpit lachryma, Erumpit fœtus, Erumpit liquoris plusculum.Plin.
Malum erumpit ad perniciem ciuitatis.Cic.
Mugitus erupit fluuio.Silius.
Nubes erumpit.Virgil. *Se rompt, S'escreue.*
Risus repentè erumpit.Cic.
Sagittæ neruo pulsante erumpunt.Virgil. *Se descochent.*
Erumpunt sermones iniquorum in tuum nomen.Cic.
Terra fontibus erumpit liquores.Tibul. *Iecte hors.*
Ventus erumpit.Lucan.
Vndæ per fontem erumpunt.Lucret.
Erumpat aliquando vera & me digna vox.Cic.
Attonitum erumpit subita formidine vulgus.Sil.
¶ Erumpere stomachum in aliquem. Cic. *Se courroucer contre aucun.*
Erumpere gaudium.Terent. *Dire & descouurir sa ioye a aucun.*
¶ Vereor ne isthæc fortitudo in neruum erumpat denique. Terent. *I'ay paour que ceste hardiesse & haulte entreprinse ne te face mettre en prison, I'ay paour que tu bandras si fort ton arc, que tu en romperas la chorde.*
Eruptio, Verbale. Plin. *Saillie auec impetuosité.*
¶ Eruptiones.Cæs. *Saillies de gensdarmes du camp, des garnisons, ou d'une uille sur leurs ennemis.*
Inopinatæ eruptiones. Quintil.
Pugnâre velut eruptione. Quintil.
Erunco, erúncas, eruncâre.Colum. *Arracher.*
Herbas eruncare.Colum. *Arracher les herbes.*
Eruo, éruis, érui, érutum, pen.corr. erúere.Colum. *Tirer hors*
Eruere & ostendere populis aliquid.Ouid.
Eruere atque proferre in lucem.Horat.
Protrahere & eruere aliquid in luminis oras. Lucret. *Mettre en lumiere, & donner a congnoistre.*
Eruere ex tenebris.Cic.
Media turba aliquem eruere.Horat.
Prudenter aliquid eruere. Quintil.
¶ Bipennibus arborem eruere.Virgil. *Abbatre, Ruer ius.*
Aurum terra eruere.Ouid. *Tirer hors de terre.*
Ciuitatem eruere.Tacit. *Ruiner.*
Eruere curam. Plaut. *Oster.*
Antiquas domos auium eruere, Id est arbores.Virgil.
Boreæ quercum flatibus eruunt. Virgil. *Arrachent hors de terre, Renuersent, Abbatent.*
Genas vngue eruere. Propert. *Esgratigner & arracher.*
Latus hasta eruere.Ouid.
Lumina eruere.Seneca. *Arracher les yeulx.*
Eruere memoriã alicuius rei ex venustate annalium. Cic. *La tirer des liures, La cercher & prendre es liures, Extraire.*

Obrutum eruere. Cic. *Tirer hors.* Eruere oculum. Plin.
Opes & regnum alicuius eruere. Virgil. *Ruer ius, Abbatre, Renuerser, Destruire.*
Segetem ab radicibus imis eruere. Virgil. *Arracher.*
Sus rostro semina eruit. Ouidius. *Arrache & tire hors en fouillant du groin.*
Syluas manu eruere. Virgil.
Vrbem aut aliquem virum eruere. Virgil. *Ruiner.*
Vrbem è sedibus eruere. Virgil.
¶ Eruere, pro Perscrutari & inuestigādo elicere. Stat. *Trouuer en cerchant, ou fouillant.*
Scrutari vetera, & ex his ea, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere. Cic.
Cura & cogitatione aliquid eruere. Cic.
E'rutus, pen. corr. Participium. Cic. *Tiré hors.*
Eruta genas vngue. Stat. *Qui s'est arraché les ioues en s'esgratignant.* Aqua eruta remis canet. Ouid.
Aurum erutum. Stat. Cæpa eruta. Ouid.
Freta eruta. Ouid.
Oppida eruta conuulsis muris. Sillius. *Ruez ius, Abbatuz.*
Radicibus eruta pinus. Virgil.
Sacra eruta priscis annalibus. Ouid.
Eruptio, Vide ERVMPO.
Erutus, Vide ERVO.
Eruum, erui. Plin. *Vne sorte de petit grain, plus petit que vesse, dequoy on nourrit les pigeons en Languedoc, & l'appelle on des Ers.*
Fresum & aqua maceratū eruū bubus dare couenit. Colu.
Grauedinosum eruum. Plin. *Qui engendre aux boeufs pesanteur de teste.*
Pingue eruum. Virgilius. *Qui engresse fort les boeufs, & les bestes cheualines.*
Tenue eruum. Horatius.
Eruum lætatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerunque corrumpitur. Columel.
Eruum mēse Februario satum, pecori est noxium, & præcipuè bubus, quos pabulo suo cerebrosos reddit. Colu.
Eruum bubus iumentisque vtilissimum. Plin.
Eryngc, siue Eryngion, Herba aliàs dicta Centumcapita. Plin. *Du panycault.*
Erynge dura est, fruticosa, spinosis foliis, caule geniculato, cubitali, & maiore aliquando: alia albicans, alia nigra, radice odorata: & satiua quidem est. Plin.
Erythace, erythaces. Varro. *Vne espece de cire.*
Erythacem aliqui sandaracam, alii cerinthum vocant. Hic erit apum, dum operantur, cibus, qui sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis. Gignitur autem rore verno, & arborum succo, gummi modo. Plin.
Erythinus, seu Erythrinus, aut Erythricus. Plin. *Vne espece de poisson marin.* Sunt autem Erythini (hoc est, vt Latini interpretantur, rubelli siue rubelliones, & rubri à colore dicti:) pisces qui nunc à Græcis corrupto nomine Lethrini, quasi Erythrini, à Venetis Arbores, à Romanis Phragolini, ab Hispanis Pagellæ vocantur, à Gallis *Pageots.*
Erythrodanus, seu Erythrodanū, Herba quam nos Rubiam vocamus. Plin. Officinis Rubia tinctorum dicitur. *De la Garense.*

E S

Esca, huius escæ, ab edendo dicta. Plaut. *Viande.*
Contemptissimæ escæ. Cic. Dulcis esca. Virgil.
Mollicula esca. Plaut. *Viande mollette, Doulcette, Delicate.*
Simplex esca. Horat.
Temperatæ escæ, modicæque potiones. Cic.
Hoc est esca mihi. Ouid. *Cela est ma viande.*
Conficere escas. Cic.
Vesci escis. Cic. *Manger.*
¶ Esca. Cic. *Mangeaille des bestes.*
¶ Esca. Cic. *Amorce, Appast.*
¶ Ignis esca. Liu. *Amorce à feu, Toute chose fort seiche, à quoy le feu se prend incontinent.*
Escarius, Adiectiuum. *Appartenant à la viande.*
Escaria vasa. Plin. *Vaisselle à mettre la viande.*
Escàlis, & hoc escâle, pen. prod. Paulus, Escale vel potorium argentum non deberi. *Vaisselle d'argent à mettre viande.*
Esculentus, Adiectiuum. Cic. *Qui est bon à manger.*
Esculenta animalia. Plin. *Qu'on mange, Bestes bonnes à manger.*
Esculenta frusta. Cic. *Morceaulx qu'on a mangez.*
Esculenta merx. Columella. *Marchandise de gueule.*
Esculento ore homo. Plin. *Qui ha tousiours des restes de viande entre les dents.*
Esculentum, absoluté. Cic. *Viande.*
Nihil esculenti. Plin. *Nulle viande.*
Esculus, Vide AESCVLVS.
Esito, Vide EDO, es.
Esse, Infinitiuus à Sum, es, est, Vide SVM.
Esse, Infinitiuus ab Edo, es, Vide EDO.
Essedum, essedi, pen. corr. Cic. *Vne sorte de chariot.*
Belgica esseda. Virgil.
Britanna esseda. Propert.
Multisonora esseda. Claud.
Stridentia esseda. Sidonius.
Esseda festinant. Horat.
Trahit equus esseda. Silius.
¶ Esseda, etiam genere fœminino legitur apud Senecam.
Essedarius, essedarii. Cic. *Homme de guerre monté sur tel chariot.*
Esto, Vide SVM.
Estrix, Vide EDO, es.
Esurio, Esuritio, Esuritor, Vide EDO, es.

E T

Et, Coniunctio copulatiua. Cic. Quod tum explosum & eiectum est, nunc retulisse demiror.
Et, duplicatur interdum, ac complectiua est in diuersis rebus: vt -multum ille & terris iactatus & alto. Virgil.
Homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multùm & sæpe versatus. Cic.
Et copiosè & grauiter. Cic.
Et properare loco, & cessare, & quærere, & vti. Horat.
Et, Causalis, pro Etiam. Virgil.
Siquid aduersus te ipse commisit adolescens, sit hostis & meus. Quintil. *Aussi le mien.*
Et, Interrogatiua, seu Expletiua. Virgil. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
Et, Indignatiua. Virgil -& quisquam numen Iunonis adoret? *Vouldriez vous que, &c. Seroit ce raison que, &c.*
Et, Confirmatiua. Cic. Et dubita, si potes, quin ille, seu victus, seu victor redierit, cædem facturus sit.
Et deseruit etiam affectui, & quasi interrogandi vim habet. Cicero, Et postea miramur quare ferat molestè Po. Romanus.
Et, pro Id est. Plautus, Annos natus sexaginta, & senex. *C'est à dire vieil.*
Et, pro Nam, vel Quia. Virgil. Audieras, & fama fuit.
Et, plerunque sententiarum initiis competit. Terent. Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.
Et, pro Deinde, ordinandi aduerbio. Virgil. -corpúsque lauant frigentis & vngunt.
Et, pro Quanuis. Cic. Defendi legem Voconiam magna voce, bonisque lateribus, & videtis annos meos. *Nonobstant & vous voyez l'aage que i'ay.*
Et ille, pro Tunc. Varro. Dic, inquit Agrius de fructibus maturis capiendis. Et ille, primùm. *Lors il respondit.*
¶ Et certè. Terent. Sed éstne ille noster Parmeno? & certè ipsus est. *Et vrayement ouy.*
Et profectò aut hoc remedium est ægrotæ, ac propè desperatæ Reipub. aut, &c. Cicero.
Et ecce. Virgilius,
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo.
Et hercle ita fecit. Cicero.
Et non, pro Ne quidem. Cic. Non & legatum argentum est, & non est legata numerata pecunia.
Et etiam. Cic. Vt & te viserem, & cœnarem etiam. *Et encore ou, Et aussi pour souper auec toy.*
Authoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Cic.
Et item. Lucretius, Et superantur item.

Et iam. Virgilius, Et iam finis erat quum, &c.

Et quidem. Cic. Rarum genus, & quidem omnia præclara rara.

Et id quidem, in principio periodi. Cic. Et id quidem nemini Græcorum video adhuc contigisse.

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Egóne illam? quæ illum? quæ me? Terẽt. *Quant a ce que, &c.*
-& quod dicendum nunc siet,
Tu quoque perparcè nimium- non laudo. Terent. *Pour dire la verité.*

Et tamen. Lucretius.

Et verò. Cic. Sæpe præsens & illi ostendisti, & verò etiam mihi.

Etenim, pen. corr. pro Quia, vel Certè. Cic. Etenim est primus ciuitatis. *Car.*

Etenim, Similiter etiam. Terẽtius, Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas. *Semblablement, Pareillement, Aussi.*

Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudentes intelligit. Cic.

Etenim mulieres? Plaut. *Voire mais des femmes, quoy?*

Etenim, pro At. Terentius,
Assequere & retine, dum ego huc seruos euoco.
c. Etenim nequeo solus, accurre huc. *Ouy mais, Voire mais, ie ne puis pas tout seul.*

Etenim si illud est tam flagitiosum, &c. Cic. *Or si.*

Etenim deinceps videamus, Herbitensis ciuitas honesta, &c. Cic. *Et qu'il soit ainsi, voyons, &c.*

Etenimuerò, penult. prod. Plaut.

Ethice, éthices, penul. corr. fœm. gen. Cic. *La partie de philosophie qui enseigne la maniere de bien & sagemẽt se gouuerner & maintenir, Philosophie morale.*

Ethicus, pen. corr. Adiect. Cic. *Appartenant a telle philosophie.*

Ethnicus, pen. corr. Latinè dicitur Gentilis.

Etiam, Coniunctio. Cic. *Aussi.*

Quoque etiam. Terẽt. Ego pol quoque etiam timida sum.

Stultus atque etiam insanus. Horat.

Etiam, Adhuc. Terẽtius, Non satis me pernosti etiam qualis sim Simo. Iam nunc, mox etiam. Horat.

Pudore etiam, non misericordia solùm moti. Liuius.

Da operam si vlla ratione etiam nunc efficere potes vt, &c. Cicero.

Etiam tu hoc respondes? Terent. *Comment me respons tu cela?*

¶ Etiam, respõsio pro ita. Plinius iunior, Studes inquam? respondit etiam: vbi? Mediolani. *Ouy.*

¶ Etiam, Præterea. Terent. Etiam puerum inde abiẽs conueni Chremis. *D'aduantage, Auec ce, Oultre ce.*

Etiam, pro Quin potius. Plin. iunior, Nullius ab eo magistratus ius, nullius authoritas imminuta est, aucta etiã. *Mais plustost.*

Etiam, Aduerbiũ affirmantis: cui NON opponitur. Cic. Si non, quomodo tabulas conficis? si etiam, quamobrem quum extera nomina, &c. *Si tu respons que non, si tu respons que ouy.* Iam verò etiam. Cic.

Et illi ostendisti, & verò etiam mihi. Cic.

An mentita es? etiam rides? Terent. *Encore t'en ris tu?*

Etiam sententias loqueris carnufex? Terent.

Etiam clamat carnufex? Plaut.

Etiam negas? Plaut. *Comment, le nies tu encore?*

Amphitruonis ego sum seruus Sosia. M. etiã denuò? Plaut. *T'ou te encore?*

¶ Etiam atque etiam. Terent. Dum est tempus, etiam atque etiam cogita. *Pense & repense, Pense soigneusement, Pense y a deux fois.*

Vide quæso etiam atque etiam, ne, &c. Cic.

¶ Etiam dum. Terẽt. Neque etiam dum scit pater. *Encore.*

¶ Etiámne? Plaut. Age, age, excrea. D. etiámne? *Encore? N'est ce point assez?*

Etiámne amplius? T. nihil. Terent. *N'y a il plus rien?*

Etiámne si in Capitolium faces ferre vellet? Cicero. *Encore qu'il voulsist, &c.*

¶ Etiam insuper defrudet? Terent. *Encore d'aduantage?*

¶ Non etiam, Vide NON.

¶ An nondum etiam? Terent. *Ou point encore aussi?*

¶ Etiamnum. Plaut. *Encore.*

Quum etiamnum platanus nouella esset. Varr. *Encore lors.*

¶ Etiam nunc. Plaut. *Iusques a present, ou Maintenant, ou Encore de present, Encore maintenant.*

Etiam nunc hic stas Parmeno? *T'arrestes tu encore icy?*

Abscede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam ohe. Plaut. *Tout a ceste heure, Vistement.*

¶ Etiamsi, pro Quanuis, Subiunctiuo iunctum. Terẽtius, Etiam si tu neges, certò scio. *Ia soit.*

Etiam si id assequi nequeas. Cic.

Etiam si timidi essemus, tamen omnem timorem abiiceremus. Cic.

Etiam si non prius, attamen clarius fuisse in Scipione Æmiliano videntur. Plin.

¶ Etiam tum, pro Vsque tunc, vel Vsque ad illud tempus. Cicero, Quum etiam tum in lecto Crassus esset. *Encore lors.*

Etsi, Coniunctio: id est Quanuis, Indicatiuo iũgitur. Terẽt. Ibo, etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. *Combien que, Ia soit, Toutesfois que, &c.*

Etsi illis planè orbatus essem, magnum tamẽ afferret ætas ipsa mihi solatium. Cic.

Etsi quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Cic. *Ia soit.*

Etsi, cum interrogatione. Cic. Do, do pœnas temeritatis meæ, etsi quæ fuit illa temeritas?

E V

Euacuo, euácuas, euacuâre. *Euacuer, Vuider.*

Euacuare aluum. Plinius.

Euado, euâdis, pen. prod. euâsi, euâsum, euádere. Plin. iun. *Sortir dehors, Eschapper, Euader.*

Ab improbis iudicibus euadere. Cic.

E custodia. Quintil.

E manibus hostium. Liu.

E morbo. Cic. *Estre deliuré de maladie, Reschapper.*

Euasit ex hoc aere animus. Cic.

Euadere ex iudicio aliquo. Cic.

Euadere in terram. Liu. *Sortir d'une nauire ou batteau sur terre.*

Euadere in tutum. Liu.

¶ Amnem euadere. Tacit. *Passer oultre, Trauerser.*

Casum euadere. Propert.

Claustris euadere. Valer. Flac. *Eschapper.*

Cursu euadere pugna. Virgil. *S'enfuir de la bataille.*

Discrimen euadere. Tacit. *Euiter, Euader.*

Facinus alicuius. Tacit. *Euiter.* Diuos iniquos. Silius.

Flammam euasit classis. Virg. Hostes euadere. Virgil.

Loca mortis. Ouid. Manus alicuius. Virgil.

Pestem belli. Virgil.

Sermonem malignorum. Plin. iunior. Tela. Silius.

Perpetuam valetudinem. Plin. iunior. *Estre deliuré d'une continuelle maladie.*

Vincla. Silius. *Euiter, Euader.*

Vndis euadere. Virgil. *Sortir hors de l'eaue.*

Voces alicuius euadere. Valer. Flac. *Euiter.*

¶ Euadere ad, vel in muros. Liu. *Monter sur les murailles auec grande peine & difficulté, Escheler les murs.*

Euadere ad bonam frugem. Vide FRVGES.

In cacumina vites euadunt. Quintil. *Montent.*

Euadere in summum. Liuius.

Euadere ardua. Liuius.

Gradus altos euadere. Virgil. *Monter les degrez.*

¶ Euado, pro Vado. Virgil. *Aller.*

Euadere aduersus aciem. Liu.

Omnem viam euadere. Virgil.

¶ Vana euasit spes. Liuius. *L'esperance est perdue.*

Si quando aliquod somnium verum euaserit. Cic. *Si quelque songe aduient.*

Pestilentia grauis incidit in vrbem, quæ tamen magis in morbos longos, quàm perniciales euasit. Liuius. *Est deuenue & tournee en longues maladies.*

¶ Euadere ante oculos. Virgil. *Venir en la presence.*

¶ Euadere, Fieri. Cic. Perfectus Epicureus euaserat. *Il estoit deuenu parfaict Epicurien.*

Minutatim ex fucosis firmi suffragatores euadunt. Cic. *Deuiennent petit a petit.*
In dicendo pauci digni nomine euadunt. Cic.
E` philosophorum scholis tales ferè euadunt. Cic.
Summus euasit. Cic.
¶ Núquã euades, ne te sacrificé. Plaut. *Iamais tu n'eschapperas.*
¶ Quò euadas, nescio. Plaut. *Ie ne scay que tu pretends par tes parolles, ie ne scay ou tu veulx tomber.*
Vbi friget, huc euasit quampridem pater, &c. Terent. *Il se vient rendre a ce propos, & me vient demander combien, &c.*
Timui semper quorsum euaderet. Teréc. *I'ay tousiours craint qu'il en aduiendroit, que deuiendroit cela.*
Euadet in aliquod magnum malum. Terent. *Cela viendra a quelque grand mal.*
Ne in infinitum quæstio euadat. Quintil.
Euagor, pen. cor. euagâris, euagári. Liu. *Sortir hors de son ordre, Vaguer.* Euagátur aquæ. Plin. *Se desbordent & s'espandent.*
Euagatur longius appetitus. Cic.
Euagatur in luxuriam præualens vitis. Columel.
Euagatur capparis per agros. Plin. *Elle s'espand.*
Euagata est latè vis morbi. Liu. *S'est esparse.*
¶ Euagari. Quintil. *Sortir hors de propos, Extrauaguer.*
Euagátio, Verbale. Plin. *Euagation.*
Eualeo, éuales, pen. corr. euálui, eualêre. Stat. *Pouoir.*
Eualesco, eualescis, euálui, eualéscere. Plinius. *Venir en vigueur, Croistre.* Adiuta cura natura magis eualescit. Quintil.
Euallo, euallis, euállere. Plin. *Esmonder.*
Euanesco, euanéscis, euánui, euanéscere. Plin. *Deuenir a neát, S'esuanouir, Se perdre, Se disparoir.*
Euanescere ac defluere. Plin.
Ex oculis euanuit in tenuem auram. Virgil. *Se disparut.*
Paulatim euanescere. Lucret.
¶ Euanuerunt & exaruerunt amnes. Cic.
Ardor animi euanuit. Ouid.
Cornua extremæ lunæ euanescunt. Ouid.
Dolor euanescit. Ouid.
Omnis eorũ memoria sensim obscurata est & euanuit. Ci.
Nubes incipiunt euanescere. Ouid.
Euanuerunt opera eius. Cic. *Sont perdus.*
Euanuit pruina, ac colliquefacta est glacies. Varro.
Rubor euanuit. Ouid. Euanescit sententia. Cic.
Extenuatur & euanescit spes. Cic.
Virtus herbarum euanuit. Ouid.
¶ Vetustate euanescere aliquid dicitur. Cic.
¶ Homo euanescere dicitur. Cic.
Euanescẽs, Particip. vt Euanescẽs memoria alicuiꝰ rei. Senec.
Euánidus, pen. corr. Adiect. Columel. Plin. *Inutile, Qui n'ha plus de vertu, Qui deuient a neant, & s'esuanouit.*
Leue & euanidum gaudium. Seneca.
Viriditas euanida. Plin. *Qui se passe.*
Euangelium, euangélii. *Bonne nouuelle.*
Euangelia, euangeliorum, plural. & neut. g. Cic. Vlpian. *Processions ou sacrifices qu'on fait a Dieu, pour aucunes bonnes nouuelles receues. C'est aussi le don & present qu'on fait a celuy qui ha apporté les bonnes nouuelles, comme d'une victoire ou autre.*
Euángelus, euángeli, pen. corr. Vitru. *Porteur de bõnes nouuelles.*
Euanno, euãnas, euãnâre. Varro. *Vāner, Ietter hors en vannant.*
Euaporatio, euaporatiônis. Seneca. *Vapeur, Euaporation.*
Euasto, euastas, euastâre. Liu. *Destruire, Gaster.*
Euax, Interiectio exultantis. Plaut. *Vn escri portant signification de ioye.*
Eucæria, eucæriæ, Opportunitas dicitur. Cic.
Eucharistia, Latinè gratiarum actio.
Eudoxia, Latinè bona fama dicitur. Cic. *Bõ bruit & renõmee.*
Eueho, éuehis, euexi, euectum, euéhere. Varro. *Porter hors, soit par chariot, nauire, ou autrement.*
Euehere angusto tramite. Plin.
Euehere suas merces. Plin.
Euehere aquas ex planis locis. Liu. *Emporter ou faire escouler les eaues hors des plaines.*
Euehi equo extra aciem. Liu. *Estre emporté a cheual hors la bataille.* Virtus euehit ad æthera. Virgil. *Esleue.*
Euehere in altum. Liu. *Esleuer, Esleuer, Leuer en hault.*
In cælum euehere aliquem. Iuuenal. *L'esleuer en tres hault degré de richesses.*
Euectus, Participium. Cic. *Porté hors.*
In auras æthereas euectus. Claud. *Esleué.*
Aliquid plostris euectum & asportatum esse. Cic.
Euectus, huius euectus. Plin. *Charroy par eaue ou par terre, Portement dehors.*
Euectio, Verbale. *Portement, ou Portage dehors.*
Euectiones. Iustinianus. *Permission & puissance de pouoir user des cheuaulx destinez & ordonnez aux postes publiques, desquels nul ne pouoit user sans puissance & permission de l'Empereur, ou son lieutenant en la prouince.*
Euello, euellis, euelli & euulsi, euulsum, euéllere. Cic. *Arracher.* Euellere sese ex cœno. Plin. *Se tirer hors.*
Euellere arborem radicitus. Vlpian.
Euellere ex cõplexu. Cic. *Oster a force & difficulté hors des bras.*
Castra obsessa euellere. Sil. *Deliurer le camp du siege duquel il est assiegé.* Linguam alicui euellere. Cic.
Plantam cœno euellere. Horat. Radices euellere. Cic.
Tela confixis membris euellere. Lucan.
¶ Femur puellæ pulex euellit. Ouid. *Picque.*
¶ Euellere, per translationem: vt Euellere sibi scrupulum ex animo. Cic.
Ex memoria euellere. Cic. *En abolir la memoire & souuenance.*
Euellere ex intimis mentibus. Cic.
Euelli ex ordine. Cic.
Euellere aculeum seueritatis. Cic.
Mala radicitus euellere. Lucret.
Odorem è thuris glebis euellere. Lucret.
Euellere opinionem aliquam ex animis hominum. Cic.
Spinas animo euellere. Horat. *Arracher les maux qui poignent & blessent l'ame.*
Euulsus, Particip. Seneca. Palus euulsa. Catul. *Arraché.*
Trunci euulsi. Horat.
Euulsio, Verbale: vt Euulsio dentis. Cic. *Arrachement.*
Euenio, éuenis, pen. corr. euéni, pen. prod. euentum, euenire. Plaut. *Reuenir.*
¶ Euenire. Plaut. *Aduenir.*
Si eueniũt quæ opto. Plaut. *Si les choses que ie desire adviennent.*
Accidere & euenire. Cic.
Euenit ex sententia. Terent. *Il est aduenu comme ie vouloye.*
Euenit præter sententiam & spem. Plaut. *Il est aduenu autrement que ie ne vouloye, & que ie n'esperoye.*
Vereor ne idem eueniat in meas literas. Cic. *Ie crains que le mesme n'aduienne a mes lettres, ou au desauantage de mes lettres: c'est a sçauoir, que par la negligence des messagiers, elles ne te soyent point baillees, comme par mesme faulte ie n'ay receu les tiennes.*
Euenire aliter. Terent.
Bene atque fœliciter euenire. Cic. Euenit facile. Liu.
Fortè euênit vt in Priuernati essemus. Cic.
Malè euenire: cui opponitur Optimè euenire. Cic.
Malè illis eueniat. Plaut. Prosperè euenire. Cic.
Euênit vt moreretur ille. Cic.
Vt plerunque euenit. Cic. *Comme souuent il aduient.*
¶ Eueniunt ea à me tibi. Plaut.
Id euenit ob eam rem, quòd, &c. Cic.
Omnia ferè contrà, ac dicta sunt, euenisse. Cic.
Nihil aduersi euenit Brutus Ciceroni.
Auspicia secunda euenerunt. Cic.
Amor faciendorum carminum euênit Neroni. Tacit.
Euenit illi commodum. Terent.
Damnum maximum illi euenit. Plaut.
Discessio euenit. Terent.
Habitatio bona, fausta, fœlix euenit. Plaut.
Hostibus eueniat lenta puella meis. Propert.
Incommoda eueniunt improbis. Cic.
Illis item incommodum euênit. Terent.
Occasio euenit. Plaut. Optata eueniunt. Ouid.
Partus euenit. Terent.
Potestas alicuius rei faciundæ euenit. Plaut.
Vsu hoc euenit, vt, &c. Cic. *Cela aduient souuent, ou communement que, &c.*
¶ Hæc blanda dicta quò eueniant, madeo metu. Plaut. Ou

neullent tomber toutes ces belles parolles.

¶ Merses profundo, pulchrior euenit. Horat. *Plonge le dedens la mer, il en deuient plus beau, ou il en reuient & sort plus beau.*

¶ Metello Numidia euênit. Sallust. *Luy escheut.*

¶ Euênit, Impersonale, pro Ita cecidit. Terentius, Quid tu Athenas insolens? e. euênit. *C'est cas d'aduenture, Il est ainsi aduenu.*

Euentûrus, pen. prod Participium. *Qui aduiendra.*

Precari euentura. Tibul.

Videre procul euentura. Tibul.

Euentus, huius euentus, euentui, gen. masc. & declinationis quartæ est tam in singulari, quàm in plurali. Cic. *La fin & issue de quelque chose, Euenement.* Euentus accidit. Cic.

Euentu aliquid coniectare. Liu.

Casus euentúsque rerum. Cic.

Formæ euentum timere. Propert. *Quelle sera la fin & issue de la beaulté.* Orationis. Cic. Rerum. Cic.

Senectutis. Cic. Euentus futuri temporis incerti. Cic.

Temporis euentus. Ouid.

¶ Cæci euentus. Virgil. *Qu'on ignore.*

Deterior euentus. Ouid. Fatalis. Cic.

Fœlix. Claud. Grauis. Ouid.

Hyberni euentus. Tacit. Incerti rerum euentus. Sil.

Secundus euentus. Stat. *Bonne issue.*

Varii belli euentus. Virgil.

¶ Animus qui sit deprehensus euentu. Quintil.

Fortiter quemuis euentum ferre. Cic.

Ad euentum festinare. Horat.

Merere aliquos euentus. Ouid. *Meriter ou desseruir telle fin & issue.* Ad omnem euentum paratus sum. Cic.

Non euẽtis, sed factis, cuiusque fortunam ponderari. Cic.

Dicendi euentum non satis ex sententia procedere. Cic.

Spei fructum euentui reseruare. Cic.

Scire rerum euentus. Lucan. Secundare euentus. Virg.

Pugnæ euentu suspensum esse. Sil.

Euentum, euenti: Pluraliter, euenta, euentorum, Idem. Cic.

Prædicta aliquorum, re & euentis refelluntur.

Videre rerum euenta. Lucret.

Euentilo, euéntilas, pen. corr. euẽtilâre. Plin. *Esuéter, Esuétiler.*

Euerbero, euérberas, pen. corr. euerberâre. Quintil. *Batre.*

Euergo, euergis, euérgere. Liu. Quia nullos apertos euergerent riuos. *Ne iectoyent nulles sources.*

Euerro, euerris, euerri, euersum, euérrere. Columel. Cic. *Balier & nettoyer.*

Euerrere sermones. Seneca. *Esplucher & examiner curieusement.*

Euerriculum, euerriculi, pen. corr. Cic. *Vn filé a prendre poissons, Vne seine, Vn uerueil.*

Actio de dolo malo, euerriculum omnium malitiarũ. Cic. *L'action de dol uient empoigner & comme balier toutes les especes de dol, pour l'amendement desquelles il n'y a nulle autre action. C'est le balay de toute malice.*

Euerto, euertis, euerti, euersum, euértere. Cic. *Renuerser ce que dessus dessoubs, Euertir.* Ab imo euertere summa. Lucret.

Aliquem euertere. Lucan. *Ruiner, Ruer ius, Destruire.*

Euertere aliquem bonis, siue fortunis. Cic. *Le destruire.*

Euertere aliquem vi & impressione. Cic.

Funditus euertere amicitiam. Cic.

Funditus arces euertere. Sil.

Ciuitates miseras funditus euertere. Cic.

Odiis atque dissidiis ciuitas funditus euertitur. Cic.

Definitionem euertere. Cic.

Dialecticam. Cicero. Domum. Seneca.

Firmamenta Reipub. Cic. Leges. Cicero. *Renuerser, Abolir.*

Nauiculam. Cicero.

Nemora ignaua euertere. Virgil. *Abbatre les arbres inutiles, & ne portans aucun fruict.* Opes. Virgil.

Pietatem. Lucret. Pinum in syluis. Virgil.

Fluctus euertit puppim. Lucan. *Le flot a renuersé la nauire.*

Euertere rationem. Cic. Rempublicam. Cic.

Res & gentem. Virgil. Statuam. Cic.

Vitam. Cic. *Mettre a perdition, Renuerser.*

Vrbes euertere. Ouid.

Euersus, Particip. vt Euersa vrbs. Plin. *Destruicte, Ruinee, Euertie.*

Euersus fortunis. Cic.

Aquæ euersæ. Ouid. *Renuersées & esmeues.*

Campus euersus. Valer. Flac. *Labouré.*

Euersæ ceruices. Terent. *Le col abbaissé & pendant.*

Columen euersum. Seneca.

Impetu fortunæ euersa domus. Seneca.

Domus funditus euersa. Seneca. *Renuersee.*

Equus cuspide euersus. Propert. *Rẽuersé de la poincte de la lãce.*

Fasces euersi. Ouid *Les enseignes du Consulat tournez le dessus dessoubs, en signe de dueil de la mort du Consul.*

Foci euersi generis alicuius. Propert.

Homo euersus. Seneca. *Tué.*

Pharetra euersa. Ouid. *Renuersée.*

Populi euersi. Seneca.

Euersa vi tempestatis quercus. Plin. *Iectee par terre, Arrachee.*

Rates euersæ. Seneca.

Euerso succurrere seclo. Virgil.

Spes euersa. Ouid. *Perdue.*

Vrbs excisa & euersa. Cic. *Rasee.*

Euersio, Verbale: vt Euersiones vehiculorũ. Plin. *Rẽuersement.*

Rerumpublicarum euersiones. Cic. *Destruction, Euersion, Subuersion, Ruine.* Euersio vitæ. Cic.

Excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem tectis & agris inferre. Cic.

Euersor, Aliud verbale: vt Euersor ciuitatis. Cic. *Destruiseur, Euerseur, Euertisseur.*

Decoris euersor. Seneca.

Euersor iuris humani. Plin. Regnorum euersor. Virgil.

Euestigio, Vide E præpositionem.

Euge, Plaut. *Vn mot d'enhortement ou de ioye.*

Euhoe, Interiectio dolentis aut exclamantis. Plaut. *Vn escri d'un furieux.*

Euibro, euibras, penult. corr. euibrâre. Gel. *Faire trembler & crosler, comme quand on bransle une picque.*

Euictio, Euictus, Vide EVINCO.

Euidens, pen. corr. om gen. Cic. *Descouuert, Qu'on uoit a l'oeil, Oculaire, Euident.*

¶ Authores euidentissimi. Plin.

Euidentissimum id fuit, quod quacunque, &c. Liu.

Quid enim est hoc illo euidentius? Cic.

Narrationes euidentes. Cic.

Euidens ratio, Euidens argumentum. Plin.

Perspicuæ & euidentes res. Cic.

Euidentia, euidentiæ, Denominatiuum. Cic. *Euidence.*

Euidenter, Aduerbium. Liu. *Euidemment, Oculairement.*

Euigilo, euigilas, pen. corr. euigilâre. Plin. iunior. *Esueiller, Veiller.*

In quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ? Cic. *Ont ueillé.*

Euigilare in studio. Cicero. *Estre soingneux & ueillant a quelque estude.*

Excidit, & mediis miser euigilauit in vndis. Stat. *Se resueilla quand il fut cheut dedens l'eaue.*

¶ Euigilare, pro Elucubrare: vt Euigilare aliquod opus. Ouid. *Faire quelque chose de nuict a la chandelle.*

Nox euigilanda multis modis. Tibul. *Nuict qui fault ueiller & passer sans dormir.*

Euigilatus, Particip. vt Euigilata consilia. Cic. *Bien pourpensez.*

Euilesco, euilescis, euilui, euiléscere. Suet. *Estre mesprisé & tenu a uil, Estre auilé.*

Euincio, euincis, euinxi, euinctum, euincîre. Virgil. *Lier & serrer.*

Insigni regio aliquem euincire. Tacit. *Luy mettre autour de la teste un diademe royal.*

Euinctus, Participium: vt Vitta crines euinctus. Ouid. *Qui ha les cheueulx serrez & troussez dedens une coeffe.*

Caput foliis euinctus. Virgil. *Qui ha sur la teste un chappeau de fueilles.*

Ducuntur euincti geminas ad sua terga manus. Ouid. *Ayãt les deux mains liees sur le dos.*

Vittis, coronísque euinctus. Tacit.

Comæ euinctæ. Ouid.

Suræ euinctæ cothurno. Virgil.

Euinco, euincis, euíci, penult. prod. euictum, euincere. Liu. *Vaincre & surmonter.*
Instando euincere vt aliquid fiat. Liu. *Vaincre aucun par importunité, & impetrer de luy que quelque chose se face.*
Precibus euincere aliqué. Seneca. Fretú euincere. Ouid.
Amnis oppositas euincit gurgite moles. Virg. *Iecte par terre, Renuerse.* Euincere morbum. Colum.
Arbor celso vertice euincit nemus. Seneca. *Passe oultre, Surmonte, Surpasse, Est plus haulte.*
Solis imago nubes oppositas euincit. Ouid.
Ratio euincit. Horat.
Somnos euincere. Ouid. *Vaincre le sommeil.*
Platanus euincit vlmos. Horat. *Surpasse, Oultrepasse.*
¶ Euincere. Vlpian. *Quand nous faisons condamner par sentence du iuge un acheteur a nous rendre quelque chose a nous appartenant, laquelle luy auoit esté uendue par un faulx uendeur, & qui n'auoit aucun droict en ladicte chose, Euincer.*
Euictus, Participium. Cic. Tam multis testibus euictus. *Conuaincu, Vaincu, surmonté, Euincé.*
Dolore euictus. Virg. Lachrymis alicuius euictus. Seneca.
Longo tempore euictum esse. Ouid.
Æquora euicta. Ouid.
Arbor vulneribus paulatim euicta. Virg.
Virtus paulatim euicta senescit. Sil.
Euictus. Vlpian. *Euincé.*
Euictio, euictiônis, Verbale, f.g. Vlpian. *Quand un acheteur ou autre acquereur est contrainct de uuider ses mains de la chose par luy acquise, au moyen de ce qu'il n'auoit cause du uray seigneur, ou d'autre ayant droict en la chose, Euiction.*
Euiratio, Vide E V I R O, euiras.
Euiresco, euirescis, euiréscere. Varro. *Verdir, Deuenir uerd, Verdoyer.*
Euiro, éuiras, pen. corr. euirâre. Varro. *Chastrer.*
Euirâtus, pen. prod. adolescens. Plaut. *Chastré, Effeminé.*
Euiratior spadone. Mart. *Plus effeminé.*
Euiratio. Plin. Euiratio bonæ spei. Seneca.
Euiscero, euisceras, penult corr. euiscerâre. Virgil. *Oster les entrailles a aucun, Euentrer.*
Euito, euitas, pen prod. euitâre. *Oster la uie.* Verbum vetus, & planè poeticum. Cic.
¶ Euitare. Cic. *Fuir, Euiter, Escheuer.*
Fugere & euitare. Cic. Dolorem euitare. Cic.
Personam quæ officit euitare. Horat.
Pugnam euitare. Ouid.
Amictu euitare tela alicuius. Catul.
Euitâtio, Verbale. Quintil. *Euitement, Euitation, Escheuement.*
Euitabilis, pen. corr. Adiectiuum: vt Euitabile telum. Ouid. *Qu'on peult euiter & escheuer.*
Eulogia, eulógiæ. Cic. *Benisson, Commodité probable.*
Eunuchus, pen. prod. *Qui est chastré des son ieune aage.*
Imbelles eunuchi. Iuuenal.
Eunuchum se facere. Iuuen.
Euoco, éuocas, pen. corr. euocâre. Plaut. *Appeler, Hucher aucun pour uenir dehors.* Euocate huc Dauum. Terent.
Accersere & euocare. Cic.
Euocare aliquem foras. Terent.
Euocare aliquem foras verbis alicuius. Plaut.
Intus aliquem euocare foras. Plaut.
Euocate huc Sosiam, accersat Blepharonem. Plaut. *Appelez moy Sosia, qu'il aille querir Blepharo.*
Iuuenes stare ad ianuá duos quosdam, qui eum magnopere euocarent. Cic. *Fort instamment.*
¶ A naui huc euoca meis verbis Blepharonem. Plaut.
Euocati è patria. Cic. *Qu'on a enuoyé querir de leur pais.*
Euocari à Deo. Cic.
¶ Euocare ad cœnam. Plaut. *Appeler a souper.*
Euocare ad colloquium. Liu. *Trouuer moyen de faire uenir aucun parler a soy, Attraire.*
Euocare hostes ad pugnam. Cæs. *Attraire les ennemis au combat.*
Euocat ad se Centuripinú magistratum. Cic. *Fait uenir a soy.*
Euocare ad causam dicendam. Liu. *Adiourner quelqu'un pour uenir se defendre & purger.*
Euocare aliquem accitu alterius. Cic. *Adiourner.*
Euocare in concilium. Liu. *Assembler.*
¶ Euocare aliquem Romam, aut ad aliam vrbē. Cic. *L'appeler & faire adiourner pour comparoir en personne a Rome deuant quelque Magistrat.*
Euocari ex insula Cyprios non licet. Cic. *Les habitants de Cypre ne peuuent estre traicts ou tirez hors de leur resort & leur isle pour plaider.*
¶ Euocare aliquem literis. Cic.
¶ Inuitare & euocare. Cic.
Præmiis aliquem euocare. Quintil.
¶ Piscem esca euocare. Sil. *Attraire.*
Zephyrus vernas euocat herbas. Seneca. *Fait sortir.*
¶ Euocare deos. Plin. *Les faire uenir parler a soy.*
¶ Euocare ad arma. Cic. *Faire crier qu'un chascun prenne les armes, & qu'on s'assemble, Crier ban & arriere ban.*
¶ Euocare testes. Plin. iunior. *Faire uenir tesmoings qui sont de loing.*
¶ Euocare animum à negotio. Cic. *Retirer, Distraire.*
Euocare mentem ab oculis. Cic.
¶ Vis vitium omnis euocatur in palmites. Plinius. *Toute la force de la uigne sort & s'en ua en, &c.*
Euocans, pen. corr. Participium. Cic. *Qui appelle.*
Euocâtus, pen. prod. Aliud participium, & Nomen ex participio. *Appelé.* Euocati milites. Sueton.
Euocâtor, pen. prod. Verbale. Cic. *Qui concite & esmeut & fait assemblees illicites, Qui fait esmeutes.*
Euocatio, Verbale. Plin.
Euohe, pen. corr. Virgil. *Vn escri d'un furieux.*
Euœ dissyllabum, Idem. Catul.
Euolo, éuolas, pen. corr. euolâre. Plin. *S'enuoler.*
Euolare & Inuolare, contraria. Varro.
Altius euolare. Cic. Cursu præpeti euolat. Seneca.
Ex arbore euolat ales. Cic.
Nusquam è nostro pectore euolat. Propert.
Euolant & excurrunt foras animi spretis corporibus. Cic.
Madidis Notus euolat alis. Ouid.
¶ Euolare, per translationem. Cic. *S'ensuir legierement.*
Euolare ad belli aut fugæ societatem. Cic.
Euolarat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis. Cic.
Euolare ex corporum vinculis, tanquam ex carcere. Cic.
Euolare ex flamma. Cic.
Eripi atque euolare ex insidiis aliquorum. Cic.
Euolare ex seueritate iudicis. Cic. *S'eschapper.*
Euolare rus ex vrbe, tanquam ex vinculis. Cic.
¶ Euolare pœnam. Cic. *Eschapper.*
¶ Euolauit oratio. Cic. *Est passee legierement, & n'a point arresté.*
Euolito, euólitas, pen. corr. euolitâre, Frequentatiuú. Colum.
Euolaticus, penult. corr. Adiectiuum: vt Euolatici homines. Plaut. *Volages, ou Qui uolent.*
Euolo, éuolas, euolâre, à vola, volæ. Plaut. *Desrobber, Voler.*
Impunè aliquid euolare. Cic.
Euoluo, euoluis, euolui, euolútum, penult. prod. euoluere. *Desployer & desrouler, Rouler de quelque lieu.*
Inuolutum euoluere. Cic.
Orbes euoluere sedibus cauis. Lucan. *Arracher les yeulx.*
Saxa euoluere. Lucan.
Iactas euoluere sylvas. Ouid. *Reiecter les arbres ou buschés contre ceulx qui les auoyent iectees.*
Mundus nitidus certas euoluit vices. Seneca.
¶ In mare fluuii se euoluunt. Virgil. *Tombent, Coulent.*
Euoluitur in Pontum sex fluminibus Danubius. Plin.
¶ Questus euoluere pectore. Valer. Flac. *Iecter hors, & dire ses complainctes, Se complaindre.*
¶ Euoluere alicunde argentum sibi: per translationem dictum. Plaut.
Euoluere se turba, & ex turba, pro Expedire & liberare. Terent. *Se deliurer de quelque trouble, noise & debat, se desuelopper.*
¶ Euoluere librum. Cic. *Fueilleter un liure.*
Arcana deûm euoluere. Sil.
Deliberationem aliquam accuratius euoluere in literis. Cicero. *Cercher.*
Fastos euoluere. Ouid. Poetas. Cic. *Lire.*

Seriem fati euoluere. Ouid. *Declarer, Exposer.*
Tempora & fastos mundi euoluere. Horat.
Versus euoluere. Ouid. *Lire.* Volumina. Quintil.
¶ Euoluere aliqua, pro explicare & exponere. Cic. *Expliquer, Exposer, Declarer.*
¶ Euoluere, Meditari. Virgil. *Mediter, Pourpenser.*
Non possum euoluere exitum rei. Cic. *Ie ne peulx trouuer le bout & l'issue.*
Euoluere natura rerum. Cic. *Y prendre garde & la considerer.*
Complicatam notionem animi sui euoluere. Cic.
Promissa somni euoluere. Sil. *Penser a ce qu'on a songé.*
¶ Euoluere. Ouid. *Separer.*
Euolûtus, pen. prod. Participium. Liu. *Desployé, Desroulé, Desmaillotté.*
Fluctus euoluti. Seneca.
Euolutum furfure panicum pinsitum. Colum. *Sassé, Desueloppé & separé du son.*
Euolutus & nudatus integumentis dissimulationis. Cic. *Desueloppé & desnué.*
Euolutus bonis. Seneca. *Deiecté de touts ses biens.*
Euolutio, euolutiônis, Verbale. Cic. *Desueloppement, Desmaillottement, Desployement, Fueilletement.*
Euomo, éuomis, penul. corr. euómui, euómitum, euómere. Plin. *Vomir.* Vesbius euomit ignes. Sil.
Euomere pestem, foráſque proiicere. Cic.
Euomere aliquid in aliquem. Cic. *Se desgorger.*
Euomere iram in aliquem. Terent. *Descharger son courroux contre aucun.*
Euomere virus acerbitatis apud aliquem. Cic.
¶ Euomit se Nilus multis faucibus in Ægyptium mare. Plin.
Eupatoria, vel Eupatorium. Plin. *Herbe, laquelle vulgairement on appelle Aygremoine.*
Euphonia, pen. corr. Sonoritas, bona vox, sonitus vocum iucundior. Quintilianus Vocalitatem vertit.
Euphorbia, Herba, & Euphorbium, neutro genere. Plin. *Euphorbe.*
Euphrosynum, pen. corr. Herba. Plin. *De la buglosse.*
Euripi, penul. prod. Plin. *Canaulx & conduictz de fleuue & autre eaue allans en tournoyant, Ruisseau qui entoure & enuironne ou enceind tout un lieu.*
Euripus. Cic. *Mer ou riuiere allant tousiours en tournoyant, qui va* [illegible]*rement.* Fretum & euripus. Cic.
[illegible]ans euripus. Boetius.
Instabilis euripus. Seneca.
Vicibus alterius fugax euripus. Seneca.
Euulgo, euulgas, euulgâre. Liu. *Publier quelque chose par tout, Diuulguer quelque secret.*
Euulsio, Euulsus, Vide Euello.

E X

Ex, Præpositio ablatiuo casui seruiens, variis verbis iungitur: vnde & variam accipit significationem.
Ex diuitiis iuuentutem luxuria atque auaritia vnà cum superbia inuasere. Sallust. *A cause des richesses, ou Par les richesses.*
Resinam ex melle Ægyptiam vorato. Plaut. *Auec du miel.*
Et ex aliis Gallis maximam fidem habebat. Cæsar. *Entre touts, &c. ou Plus que a touts les autres.*
¶ Ex abundanti. Quintil. *D'abondant.*
Ex aduersum ei loco tonstrina erat quædam. Terent. *De l'autre costé, Vis a vis.*
Ex aduerso, vel ex aduorso, antiquè, Idem. Terent.
Ex altera parte, Idem. Cic.
Ex aduerso rem aliquam proponere. Quintil.
Ex aduerso dicere aut respondere. Quintil.
Ex aduerso, id est, Per antiphrasim. Plin.
Abire ex matrimonio. Plaut.
Ex æquo. Liu. *Selon equité, Equitablement.*
Partiri discrimen ac periculum ex æquo. Tacit. *Egualement.*
Ex æquo & bono non fit. Terent. *A la vraye equité & raison.*
Ex æquo fertilis. Plin. *Aussi fertile que l'autre.*
Ex æquo viuere cu aliquo. Id est, æqua conditione. Plin. *Per a compaignon.*

Alia ex alia facies ætáſque sequitur. Lucret.
Ex alto repetere aliquid. Sallust. *Commencer un propos de bien loing, de bien hault.*
Ex animo miser. Plaut. *Fasché & trauaillé en son esprit.*
Ex animo amicus. Cic. *De cueur.*
Ex animo, & Simulatè, contraria. Cic.
Ex animo solicitus. Plaut. *Chagrin en soymesme.*
Ex animo dicere. Terent. *De cueur, Sans faintise, Naifuement.*
Ex animo velle factum. Terent. *De bon cueur.*
Ex animo amare. Cic. *Du bon du cueur, Sans fiction, Cordialement.*
Ex animo facere. Terent. *De bon cueur, De courage.*
Verè & ex animo. Liu.
Ex animi sententia. Cic. *A ma conscience, Selon que ie le pense.*
Ex ante. Liu. Annona ex ante conuecta copia nihil mutauit. *Qui auoit esté apporté deuant.*
Ex ante diem Nonarum Iuniarum. hoc est, ex Nonis Iuniis. Cic. *Depuis le cinquiesme iour de Iuing.*
Ex aperto. Liu. *A descouuert.*
Ex argumento. Plin. *Pour raison de ce, En signifiance de ce.*
Ex arte dicere. Cic. *Par art, Selon l'art.*
Audiui te ex hoc. Plaut. *Ie t'ay desia ouy dire cela.*
Audiui ex eo. Plaut. *Ie luy ay ouy dire.*
Ex Alide Philocrates. Plaut. *Qui est de ce pays la.*
Valerius Cato, Bursenii cuiusdã libertus ex Gallia. Pli. iun.
Ex authoritate Pontificum. Plin. iunior. *Par l'ordonnance des prelats.*
¶ Ex bono & æquo. Iulianus. *Selon l'equité, & sans garder la rigueur.*
¶ Ex ea causa. Plin. *Pour ceste cause.*
¶ Ex commodo mandere. Colum. *Manger a loisir.*
Ex compacto. Sueton. *De faict a pensé, Ainsi qu'ils auoyent accordé, Par complot, Selon qu'ils estoyent conuenuz.*
Ex composito, Idem. Liu.
¶ Capere dolorem ex aliquo. Terent. *D'aucun.*
Ex malo principio, magna familiaritas conflata est. Terent. *D'un mauuais commencement.*
Condemnatus ex inuidia. Plin. iunior. *Par enuie.*
Ex aliis cognoscere aliquem. Cic. *Par le recit & rapport des autres.*
¶ Gurges, per translationem: vt Gurges & vorago vitiorum. Cic.
Nepotum omnium altissimus gurges Apicius. Plin.
Gurges & vorago patrimonii. Cic.

Gurgulio, Vide CVRCVLIO. nam c & g inuicē cedūt.

Gurgustium, huius gurgustii. Cic. *Logette bien estroitte.*

Gusto, gustas, gustâre. Cæsar. *Gouster.*
Gustare aquam. Cic. Herbam. Cic.
Pabula. Virgil.
¶ Gustare, per translationē. Cic. Non gustarat illam tuam philosophiam.
Gustare aliquam partem liquidæ voluptatis. Cic.
Istorum omnium summatim causas & genera ipsa gustaui. Cicero.
Attingere & gustare sensu nostro. Cic.
Gustare salutæ Reip. partem. Cic.
Gustare labris primoribus aliquod genus vitæ. Cic.
Gustare sermonem alicuius. Plaut.
De aliquo gustare. Horat.

Gustâtus, huius gustátus, pen. prod. m. g. Cic. *Le goust.*

Gustus, huius gustus, Idem. Plin.
Acer gustus. Plin.
Gustus acutus & odoratus. Plin.
Gustus amarus cum astrictione. Plin.
Gustus astrictus. Plin. Austerior. Columel.
Calidus. Plin.
Libidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent. Cic.

Gustatorium, huius gustatorii. Plin. iunior. *Vn lieu a gouster, Ou on prend son repas.*

Gutta, huius guttæ, f. g. Plaut. *Vne goutte.*
Cruentæ guttæ. Ouid. Frigida gutta. Ouid.
Grandes guttæ. Virgil.
Liquentes humorum. Lucret.
Lucida gutta. Ouid. Sanguineæ guttæ. Ouid.
¶ Instillant guttæ saxa. Cic. Teretes guttæ. Virgil.
Guttæ sanguineæ manant. Ouid.
Leuibus guttis manantia antra. Ouid.
Cadentes guttæ pertundunt saxa. Lucret.
Saxa stillant guttis. Lucret.
Cæruleis variantur corpora guttis. Ouid. *De taches ou mouschetures.*
Gutta consilii. Plaut.
Dulcedinis gutta in cor stillauit. Lucret.

Guttula, huius guttulæ, pen. corr. Diminut. Plaut. *Gouttelette.*

Guttâtim, pen. prod. Aduerbium Plaut. *Goutte a goutte.*

Guttâtus, pen. prod. Adiectiuum. Mart. *Tacheté, Mouscheté.*

Guttans, guttantis. Plin. *Qui degoutte.*

Guttur, huius gútturis, pen. corr. neut. gen. Plin. *Le gosier.*
Cauum guttur. Silius.
Mobile guttur. Persius.
Patulum guttur. Silius. Tumidum guttur. Iuuenal.
¶ Tenui gutture cantat auis. Ouid.
Colluere guttur liquido plasmate. Pers.
Elisa guttura laqueo fregit. Lucan.
Pandere guttur. Virgil.
Radere guttur. Iuuenal.
R[illegible]t mihi guttura pugno. Ouid.
Tra[illegible]ere amnem gutture. Ouid. *Boire de l'eaue de riuiere.*
Plenis tumuerunt guttura venis. Ouid.
Vincire guttura alicuius. Ouid.

Gutturôsus, pen. prod. Adiectiuum. Vlpian. *Qui ha gros gosier, Goitreux.*

Guttus, huius gutti, m. g. Plin. *Vn goutteron, ou Burette.*
Guttus. Gell. *Pot a huile, Buire, ou Burette.*

Gúttulus, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. *Esguiere, ou Biberon.*

G Y

Gymnas, gýmnadis, pen. corr. fœ. g. Stat. *Exercice.*

Gymnasium, gymnasii. Plaut. *Lieu de tout exercice, soit a luicter, courir, disputer & traicter des lettres.*
Gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ. Cic.
Gymnasium plenum pueris. Quintil.
Flos gymnasii. Catull.
Virgineum gymnasium. Propert.
Indulgere gymnasiis. Plin. iunior.

Gymnásticus, pen. corr. Adiectiuum: vt Gymnasticum exercitium. Plaut.

Gýmnicus, pen. corr. Aliud adiectiuum, Idem. Plin.
Ludi gymnici. Plin. *Ou les gents couroyent touts nuds.*

Gymnasiarchus, huius gymnasiarchi: & Gymnasiarcha, gymnasiarchæ. Cicero. *Qui ha la principale charge du lieu de l'exercice, Le concierge.*

Gymnosophistæ, Philosophi Indorum. Plin.

Gynæceum, huius gynæcei, pen. prod. Terent. Cic. *Vn lieu recule & a part en la maison, ou les femmes se tenoyent & besongnoyét, Vn cabinet.*

Gypsum, huius gypsi. Plin. *Plastre.*

Gypso, gypsas, gypsâre. Tibull. *Plastrer.*

Gypsâtus, pen. prod. Participium. Colum. *Plastré.*
Pes gypsatus. Ouid. Gypsata manus. Cic.

Gyrus, gyri, mascul. gen. Virgil. *Vn tournoyement & entortillement, comme d'un serpent qui se plie en rond, Tour, Circuit, Reuolution, Virement, Pirouettement.*
Ex ingenti quodam Oratorem immensóque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Cic.
Homines secundis rebus effrænatos, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. Cic.
Aerius gyrus. Catull. *Vn tour ou circuit faict en l'air, Vn virement en l'air.*
¶ Equus abrumpit gyros medios tremulo poplite. Lucan. *Quand un cheual tombe en voltigeant, ou virant.*
Agere gyros. Seneca. *Tournoyer en rond, Voltiger, Vireuouster, Pirouetter, Toupier, Virer.*
Curuo contendere gyro. Tibull.
Ducit per aera gyros miluius. Ouid. *Vole en rond.*
Exiguos format per prima volumina gyros. Silius.
Ire in gyros coactus equus. Ouid.
Patulus gyrus. Valer. Flac.
Bruma niualem interiore diem gyro trahit. Horat. *Quand en hyuer les iours sont les plus courts, & que le soleil fait plus petit circuit.*
Lunatus gyrus. Silius.
Volat ingenti gyro. Virgil.
Ancipiti gyro volui. Stat.
Rotatiles gyri. Sidonius.

Gyrâtus, pen. prod. Adiectiuū. Plin. Orbe gyrato laciniosam.

H

HA, Interiectio corripientis. Plaut. *Vn mot qui se dit quand on reprend aucun, ou qu'on l'admoneste de ne faire aucune chose, ou ne poursuyure ce qu'il a commencé.*

Ha ha he, Interiectio risus. Plaut. *Mots qu'on dit quand on rit.*

Ha ha he. THR. quid rides? G. istuc quod dixti modó. Terent.

Habena, habénæ, pe. prod. Virgil. *La resne d'une bride.*

Liber habenis equus. Virgil. *Sans bride, Qui n'est point bridé.*

Grauidæ habenæ balearis fundæ. Stat. *Les deux courroyes, ou chordes d'une fonde.*

Pressæ habenæ. Virgil. *Quand on tient la bride courte a un cheual & serree.*

Angustis habenis equum compescere. Tibull. *Arrester un cheual en luy tenant la bride courte.*

Validæ habenæ. Lucret.

Comprimere habenas cursus. Ouid. *Arrester sa course, Cesser de courir.*

Laxas dare habenas. Virgil. *Lascher la bride.*

Effusis habenis equum agere. Silius. *A bride auallee.*

Flectere habenas aliquã. Ouid. *Tourner bride de quelque costé.*

Immittit habenas classi. Virg. *Baille ou lasche la bride a ses nauires, & commence a nauiger.*

Moliri habenas. Virgil.

¶ Habena. Horat. *Laniere de cuir, Vne escourgee, Vne laisse.*

Habena vel ferula cæli. Vlpian.

¶ Laxissimæ habenæ amicitiæ. Cic.

Rerum habenæ traduntur Hasdrubali. Sil. *Le gouuernement des affaires.*

¶ Habena, pro potestate & facultate. Virgil.

Irarum omnes effundit habenas. Virgil.

Exultantem te repriment valde legum habenæ. Cic.

Habenas adducere vel remittere. Cic. *Retirer la bride, ou la lascher, Retirer ou lascher les resnes.*

Immissis habenis furit Vulcanus. Virgil. *Le feu brusle a bride auallee, a bride abbatue, Le feu brusle impetueusement, & va par tout sans aucun empeschement.*

Regere habenas. Ouid.

Habenula, pen. corr. Diminutiuum. Cels. *Vne petite leiche.*

Habeo, habes, hábui, hábitum, pen. cor. habêre. Plaut. *Auoir.*

¶ Habere. Plaut. *Traicter.*

Is vti tu me hic habueris, perinde illum illic curauerit. Plaut. *Ainsi que tu me traicteras, Ainsi que tu me feras.*

Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata. Terẽt. *Iamais ie ne la traictay autrement, que si elle eust esté ma fille.*

-semper parcè ac duriter Se habere. Terent. *Viure chichement.*

Nimium te habui delicatam. Plaut. *Ie t'ay traictee trop delicatement.*

¶ Ægrè habere. Liu. *Estre marri.*

Habet illum arctè, contentéque. Plaut. *Elle le tient de court, En subiection.*

¶ Quæ res eos magno diuturnóque bello inter se habuit. Sallust. *Les entretient en guerre.*

Habet eos somnus. Ouid. *Ils dorment.*

¶ Antiqui tales ægros in tenebris habebant. Celsus. *Les tenoyent en lieux obscurs.*

Habere aliquem in luce, vel lumine. Cels. *Le tenir en lieu cler & au iour.*

¶ Habere. *Habiter, Demourer.*

Qui mortales in initio Africam habuerint. Sallust. *Ont habité en Afrique au commencement.*

Habet se erga ædem. Plaut. *Elle demeure, &c.*

-meretrix Quæ hic habet. Plaut. *Qui demeure ci.*

¶ De Rep. nihil habeo ad te scribere. Cic. *Ie n'ay rien que ie te puisse escrire.*

¶ Habere, *Reputer, Estimer.* Quintil. An habendum sit adulterium in lupanari.

¶ Hæc habui de amicitia quæ dicerem. Cicero. *Voila ce que ie sçauoye pour vous dire, touchant le faict d'amitié.*

¶ Sicuti pleraque mortalium habentur. Sallust. *Comme la plus part des choses mortelles se conduisent, ou comme aduient le plus souuent aux choses humaines, ou es choses de ce monde.*

¶ Quid habeo aliud deos immortales precari, quàm vt &c. Sueton. *Quelle autre requeste ay ie a faire a Dieu, Qu'ay ie autre chose a prier a Dieu, Que doy ie autre chose prier a Dieu, sinon, que, &c.*

Audire habeo quid hic sentiat. Cic. *I'ay a ouir.*

¶ Quũ deponendũ haberet. Pli. *Quãd il falloit qu'elle l'ostast.*

Præcipiendum habeo. Colum. *I'ay a commander.*

Respondendum habere. Tacit. *Auoir a respondre.*

¶ Vt ante Cal. Sex. omnes decumas ad aquam deportatas haberent. Cic. *Qu'ils eussent porté sur le bord.*

¶ Habere accessum ad aliquem. Colum. *Auoir accez & entree.*

Eo die acerbum habuimus Curionem. Cicero. *Nous fut fort contraire.*

Aditum habere dicitur locus. Cæs. *Auoir passage pour entrer.*

Aditum habere ad pastum. Cic.

Aditum ad aliquem, per translationem. Cæs. *Auoir entree & facile accez.* Adiutorem. Horat.

Habet hæc res admirationem. Plin. *Elle ha quelque cas dont on s'esmerueille.*

Habere ætatem procul à Rep. Sallust. *Passer son aage sans se mesler des affaires publiques.*

Habere bene ætatem suam. Plaut. *Se bien traicter.*

Amicum habere. Cic.

Quos habuit amantissimos sui. Cic. *Qui ont esté grandement ses amis.*

Habere pro ancilla. Plaut. Ne hanc ille habeat pro ancilla sibi. *Qu'il ne s'en serue pour chambriere.*

Animum alienum ab aliquo habere. Cic. *Estre courroucé contre quelqu'un.* Bonum animum. Liu. *Auoir bon courage.*

Magnum animum & spem bonam. Cic.

Habe quietum animum. Plaut. *Ne te soulcie.*

Tantummodo in animis habetote, non me, &c. Sallust. *Estimez & pensez.*

Hoc neque transire habebat in animo, neque, &c. Cæs. *Il n'auoit point d'affection de, &c.*

Istum exhæredare in animo habebat. Cic. *Il auoit en la fantasie de, &c. Il auoit affection & volunté de, &c.*

Sic in animo habeto, vti ne cupidè emas. Cato. *Ayes ceste fantasie de, &c. Ayes en memoire & souuenance de, &c.*

Intentum animum tanquam arcum habebat. Cic.

Annos habet triginta. Quintil.

Anxium me hæc res habet. Plin. iunior. *Me chagrine & me tient en soulci.*

Semper eos accolæ Galli in armis habebant. Liu. *Les contraignoyent d'estre tousiours en armes & se tenir sur leurs gardes.*

Differendi artem nullam habuit. Cicero. *Il ne sçauoit point l'art de disputer.*

Vana sunt ista, quæ nos attonitos habent. Seneca. *Qui nous rendent esbahiz & estonnez, Qui nous estonnent.*

Auratam mulierem habere. Plaut. *La bien garnir de dorures.*

Authorem habere aliquem. Terent. *Ensuyure.*

Quo maiorem authoritatem haberet oratio. Cic. *Qu'elle fust plus graue & de plus d'authorité.*

Authoritatem apud aliquem habere. Cæs. *Auoir credit enuers aucun, Estre prisé & estimé par aucun.*

Minimam authoritatem habere. Cic. *Estre en fort petite estime, N'auoir point d'authorité enuers aucun.*
Habet auunculum C. Septitium, quo nihil verius, nihil simplicius. Plin. iunior.
¶ Bellè habere. Cic. *Se porter bien.*
Terentia minus bellè habuit. Dolabella Ciceroni.
Bene habet. Liu. *Tout va bien, Tout se porte bien, C'est bien faict.*
Pro beneficio habere. Brutus Ciceroni. *Estimer plaisir ou bien faict.*
Quæ nihil aliud in bonis habet, nisi honestum. Cic. *Qui parmi les biens ne met autre chose, fors ce qui est honneste.*
Voluptas in rebus bonis habenda non est. Cic. *Il ne la fault pas compter au nombre des bonnes choses, Ne doibt pas estre comptee, &c.*
¶ Bonum cælum ager habere dicitur. Cato. *Quand l'air en est sain.*
Quum Cæsar ad oppidum castra haberet. Cic. *Pendant qu'il auoit son camp, ou campoit deuant, &c.*
Castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum. Cic. *Nous campasmes.*
Prope muros castra habere. Cic.
Casum habere, dicitur res aliqua. Cic. *Estre en dangier.*
Causam habere. Cæs. *Auoir occasion & cause.*
Censum. Cæsar. Cic. *Faire le denombrement des hommes, Mettre par compte & denombrement combien il y a de gens en une ville ou contree.*
Certandum habere. Plin. iunior. *Auoir a debatre & demesler quelque chose.*
Certamen cum aliquo. Liu. Magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt causam. *Apres auoir long temps debatu auec le Preteur, ils gaignerent leur cause.*
Certi aliquid habere. Cic. *Auoir quelque certitude & asseurance de quelque chose.*
Certam rem habere Cic. *Scauoir certainement.*
Pro certo. Cic. *Scauoir certainement.*
Charum aliquem habere. Terent. *L'aimer.*
Bonum ciuem. Cic.
Quæ in præsens Tiberius ciuiliter habuit. Tacit. *Porta & endura ciuilement.*
Nullam mei cogitationem habuit. Seneca. *Il n'ha point eu d'esgard a moy.*
Cognomen sapientis habere. Cic.
Cognitam amicitiam. Cic. Quam nec vsu, nec ratione habent cognitam. *De laquelle n'ont aucune congnoissance, ne par usage, ne par apprentissage.*
Crebra inter se colloquia milites habebant. Cæs. *Ils parlementoyent souuent ensemble.*
Comitia habere. Sallust. *Faire assemblee de peuple pour traicter des affaires publiques, ou pour eslire quelque Magistrat.*
Matrem meósque tibi commendatos habe. Trebonius ad Ciceronem. *Ayes les pour recommandez.*
Commercium cum aliquo habere. Cic. *Auoir quelque affaire, accointance, trafique, ou intelligence auec aucun.*
Quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet. Plin. *C'est sa tasche d'emplir, &c, il doibt emplir, &c.*
Compertum habere. Liu. *Scauoir certainement.*
Pro comperto, Idem quod Habere compertum. Liu.
Comprehensam animo sententiam aliquam. Cic. *Tenir & embrasser une opinion.*
Nihil comprehensi habere Cic. *N'auoir rien sceu comprendre.*
Concilium habere. Plaut. *Quand le magistrat assemble une partie du peuple pour traicter des affaires publiques.*
Extemplò Gallorum & Ligurum concilium habuit. Liu. *Il assembla les, &c.*
Concionem habere, Vide CONCIO.
Concordiam cum aliquo. Plin.
Conscientiam conditionis suæ. Traianus ad Plinium. *Auoir congnoissance de son estat.*
Nequem conscium suorum haberet. Liu. *A fin que nul des siens ne sceust son secret.*
Consilium habere Cæs. *Consulter.*
Consilium de summis rebus regni. Tacit.
In consilio aliquem habere. Plin. iunior. *Auoir aucun au nombre de son conseil, ou pour son conseil.*
Vt intrantium, exeuntiumque cõspectum habeat. Colum. *A fin qu'il voye ceulx qui entreront & sortiront.*
Constitutum habere. Cælius ad Ciceronem. *Auoir proposé, deliberé & arresté.*
Continenter aliquem habere, Vide CONTINEO.
Controuersias habere. Cæs. *Auoir debat, & estre en different de quelque chose auec aucun.*
Ii perpetuas controuersias inter se habebant, vter alteri anteferretur. Cæs. *Ils auoyent continuelle noise & debat sans cesse entre eulx qui, &c.*
Controuersiam cum aliquo. Cic.
Controuersiam cum aliquo de re aliqua. Cic.
Conuiuium. Plin. *Faire banquet a autruy.*
Eos conuenire habeo, quos cognoui. Cic. *Il fault que ie parle a ceulx que i'ay congneu, ou i'ay a parler a, &c.*
Cornua habere. Propert.
Meam culpam habeto, nisi perexcruciauero. Plaut. *Di que c'est ma faulte si, &c.*
Cultu liberali aliquem habere. Liu. *Le vestir & traicter honnestement, & en enfant de bonne maison.*
Curæ rem aliquam habere. Plautus. *Soigner d'elle, En auoir soing, L'auoir pour recommandee.*
Boues maxima diligentia curatos habeto. Cato. *Ayes soing que les boeufs soyent bien pensez soingneusement.*
Curam vestri habeo. Gell. *I'ay soing de vous.*
Curam plebis. Liu.
Nam & Asiæ reges serendi curam habuerunt. Plin. *Ils se sont meslez eulx mesmes, & ont eu soing de semer.*
In cura aliquid habere. Plin. *Auoir soing de quelque chose.*
Inter curas. Quintil.
Cursum secundum habere dicuntur naues. Cæs. *Quand elles ne trouuent point d'empeschement en leur nauigation.*
In custodia aliquem. Liu. *Le tenir en prison.*
Militari custodia haberi. Tacit.
¶ Aliquid de aliquo habere. Terentius,
-ibi agrum de nostro patre Colendum habebat.
Neque te in decurionibus habebam. Cic. *Ie ne pensoye pas que tu fusse Decurio.*
Delectum habere. Cic. *Auoir le choix, Eslire, Choisir.*
Delectum habere. Cæs. *Faire amas de gens de guerre, & prendre d'entre eulx ceulx qui sont les plus propres pour la guerre.*
In deliciis habere. Cic. *Aimer fort, & y prendre grand plaisir.*
Habere in deliciis. Seneca. *Traicter delicatement.*
Derelictui vineam habere. Gell. *Ne tenir compte de sa vigne, & la laisser sans labourer.*
Pro derelicto. Cic. *Tenir aucune chose pour delaissee.*
Despicatum. Terent. *Despriser & ne tenir compte d'aucun.*
Despicatui habere, Idem. Plaut.
Deum præsentem habere. Terent.
De Cæsare satis dictum habeo. Cic. *I'ay assez dict.*
Hæc ferè dicere habui de natura deorum. Cic. *Voila que ie scauoye pour vous dire quant a la nature des dieux.*
Quid habes igitur de causa dicere? Cic.
Pro non dicto habere. Liu. *Tenir pour non dict, Estimer autant que s'il n'en auoit esté rien dict.*
Diem habere acerbum. Virgil.
-is me dignum cui concrederet Habuit. Plaut. *Il m'a estimé digne.*
Currenti atque properanti, haud quisquam dignum habet decedere. Plaut. *Il n'y a nul qui daigne, &c.*
Dignitatem alicui habere. Plin. *Faire estime d'aucun, L'auoir en estime & reputation.*
Verbum ipsum voluptatis non habet dignitatem. Cicero. *N'est pas honneste.*
Diligentiam in re aliqua. Cic. *Auoir soing de quelque chose.*
Antiqua disciplina milites habuerat. Tacit. *Il auoit traicté & entretenu ses gens d'armes selon l'ancienne discipline militaire.*
Disputationem habere. Cic. *Disputer.*
Habeat meipsum sibi documento. Cic. *Qu'il me prenne pour exemple.*
Magnos articulorum dolores habet. Cic.
Dolorem capitis habet. Quintil.

An tu dubium habebis, etiam sanctè quum ego iurem tibi? Plaut. *Doubteras tu, &c.*
Non habuit dubium quin, &c. Hirtius. *Il ne doubta point.*
Hæc autem habere dubia, neque, &c. Cic. *Auoir en doubte.*
In dubiis habere. Quintil.
Pro haud dubio habere. Liu. *Croire pour tout certain.*
¶ Habere alicui editionem. Plaut. *Luy faire un edict.*
¶ Psilothri effectum habet. Plin. *Il ha l'effect & la vertu de Psilothrum.*
Habere effectum. Participium. Cæsar. *Auoir faict.*
Foliorũ latitudo peltæ effigiem Amazonicæ habet. Plin. *Resemble a, &c.*
Excusationem habere. Cic. *Auoir excuse.*
Habet bonorum exemplum. Terent. *Il ha les bons pour exemple & patron.*
Cuius rei exemplum si non haberemus, tamen, &c. Cæs. *Si nous n'en auions point d'exemple.*
Magnarum initia rerum celerem & facilem exitum habuerunt. Cæsar.
Experimentum habeatur. Quintil.
Expertem consiliorum habere aliquem. Liu. *Luy celer son secret, Ne se descouurir point a luy de son secret, Ne luy communiquer rien de son conseil, & l'estranger.*
Exploratũ habere. Cic. *Estre seur & asseuré, Sçauoir certainement.*
De numero eorum omnia se habere explorata Rhemi dicebant. Cæsar.
Quid habemus in rebus bonis & malis explorati? Cic.
Expositionem suam vtraque pars habet. Quintil.
Expurgationem habere. Plaut. *S'excuser & purger.*
¶ Vt aliquã Cæsar ad insequendũ facultatẽ haberet. Cæs.
Factionem testamenti habere. Cic. *Auoir pouoir par les loix de faire testament.*
Facta similia alicuius habere in se. Plaut.
In iudiciis vulgo fas habetur indulgere aliquid studio suo. Quintil. *On estime licite.*
Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Tacit.
Febrem habere. Cic. *Auoir la fieure.*
Habere fidem apud aliquem. Plin. *Luy apporter seureté, L'asseurer, Donner asseurance.*
Fidem alicui. Cic. *Croire aucun & se fier en luy.*
Neque in hac, neque in illa parte fidem habens. Sallust. *Ne se fiant ne d'un costé ne d'autre.*
Si fidem habeat, se iri præpositum tibi Apud me. Terent. *S'il sçauoit certainement que, &c.*
Tibi eam fiduciam diligentiæ habeo, vt credam te omni ratione id acturum. Plin. iunior. *Ie suis si asseuré de ta diligence, que, &c.*
Fiduciam alicuius rei faciẽdæ habere. Cæsar. *Esperer de pouuoir faire quelque chose.*
Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam, nisi, &c. Liu. *La chose fust venue a bien, si, &c.*
Habeo te fratrem. Terent.
¶ Gloriam cum modo habere. Tacit. *Garder mesure & moyen en gloire, Ne se glorifier oultre mesure.*
Habere gratiam dicuntur lapilli & gemmæ pretiosissimæ. Plin. *Auoir grace, Plaire & auoir une singuliere excellence.*
Gratiam apud aliquem. Plin.
Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Plin. *Laquelle chose plaist aux uns, & desplaist aux autres.*
Gratiam habere alicui. Quintil. *Luy sçauoir bon gré.*
Habeo grates Neptuno. Plaut. *Ie remercie, ou ie rends grace a Neptune.*
Gratiam, vel gratias habere, Vide GRATIA.
Quicquid est quod dabitur, gratum habebo. Plaut. *Ie l'auray pour aggreable.*
Gratissimum habere debitorem. Plin iunior. *Recongnoissant.*
Grauitatem habere. Cic.
Grauem rem aliquam habere. Cic. *L'estimer grande.*
¶ Habemus hominem ipsum. Terent. *Nous le tenons.*
Honorẽ alicui habere. Cic. *Le priser, Luy faire & porter hõneur.*
Deo honorem. Cic. *Le remercier, & luy rendre graces.*
Quos præcipuo semper honore Cæsar habuit. Cæsar. *Ausquels Cesar portoit le plus d'honneur.*

Honores alicui habere. Cic. *Luy adiuger quelque honneur: comme de pouoir triompher, ou autre chose.*
In honore habere. Cic. *Auoir en honneur, Estimer & priser.*
Pro hoste habere. Sallust. *Tenir pour son ennemi.*
Habeo huic, non tibi. Terent. *C'est pour cestuy ci que ie l'ay, non pas pour toy.*
¶ Immunitatem habere. Cæs. *Auoir exemption, Estre exempt.*
Imperium in beluas. Terent. *En auoir le gouuernement.*
Impetrandũmque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Plin. iunior. *Qu'il impetre par nostre moyen, Nous voulons impetrer de toy pour luy.*
Impunè aliquid habere. Terent. *En demourer impuni.*
Incerta pro certis. Cic. Incompertum habere. Plin.
Etsi semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos, &c. Liu. *Auoyent tousiours estimé chose indigne.*
Infamiam habere. Cæsar, Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusque ciuitatis fiunt. *Ne sont point blasmez & estimez meschants.*
Vias latrocinijs, pascuáque publica infesta habuerant. Liu. *Auoyent infesté & gasté, & rendu dangereux a passer.*
Mihi quale ingeniũ haberes, fuit indicio oratio tua. Terẽt.
Ingrata bona habere. Plaut. *Ne prendre point en gré.*
Inimicitias cum aliquo. Cæsar. Inimicos. Plaut.
Potius quàm te inimicum habeam, faciam vt iusseris. Terent. *Plustost que d'auoir ta male grace.*
Ea tum cura maximè intentos habebat Romanos. Liu. *Les chagrignoit bien & soulcioit.*
Intimum aliquem habere. Terent. *Faire grande priuaulté a aucun, & luy monstrer grand signe de familiarité.*
- nihil est quod dicas mihi
Alium quærebam, iter hac habui. Terẽt. *Ie passoye par ci.*
Iter ad legiones habebat. Cæsar. *Il s'en alloit, &c.*
Dixerunt Cæsarem iter habere Capuam. Cic. *Que Cesar vouloit aller en Capue.*
Propterea quòd iter haberent nullum aliud. Cæsar. *Ils n'auoyent point d'autre chemin pour passer.*
Iudicium non habere. Cic. Ius actionis habeo. Quintil.
Ius abdicandi habere. Quintil.
Ius habere in omnes. Lucan.
¶ Lachrymas ex miseratione habere. Quintil.
Laudem habere de aliquo. Ouid. *Auoir louange.*
Habeto laudationem istam tibi. Cic. *Pren ceste louãge pour toy.*
Habere alicui laudem. Tacit. *Le louer & collauder.*
Buprestim magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere. Plin. *L'ont compté entre les bõnes viandes.*
Liberaliter habere. Cic. Licentiam habere. Plaut.
Lites cum aliquo. Cic.
Nullas adhuc à te literas habebamus. Cic. *Nous n'auions point encores receu lettres de toy.*
Si literas ad Sycionios habes, aduola in Formianum. Cic.
Habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci. Cic.
Loco filii habere aliquem. Plancus Ciceroni. *Le tenir pour filz, L'aimer autant que son propre filz.*
Mercis loco habebatur. Plin. *Estoit estimé pour marchandise.*
Nullo loco habere rem aliquam. Cic. *Ne l'estimer rien.*
Cur eos habes in loco patrum? Cic. *Pourquoy les estimes tu, &c.*
Loco patris habere. Brutus ad Atticum. *Estimer pour pere.*
Luculentè diem aliquem habere. Plau. *Viure un iour magnifiquement, Faire grande chere.*
Ludibrio aliquem habere. Liu. *Se mocquer de quelqu'un.*
¶ Tu magnum malum habebis, si hic suum officium facit. Plaut.
Habere mandata à Pompeio ad Cæsarem. Cæs. *Auoir creance de par Pompee, Auoir quelque creance d'un seigneur a autre, Auoir mandement & charge de luy dire aucune chose de par Pompee.*
Ad manum aliquid habere. Tacit.
Ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo. Cic. *Que i'ay entre les mains, & que i'escri.*
Habebamus in manibus Antonii concionem habitam decimo Cal. Cic. *Ie lisoye, &c.*
Semper in manibus librum aliquem habere. Cic.
In manu & tutela, non in seruitio vxores habere. Liu.

In matrimonio mulierem aliquam habere. Cic. *Auoir espousé une femme, Auoir en mariage.*
Si ita me haberem, vt, &c. Cicero. *Si mon cas se portoit tellement que, &c.*
Ni ita se haberet, vt animi immortales essent, &c. Cic. *Si ce n'estoit que, &c. S'il n'estoit ainsi que, &c.*
Hoc malè habet virum. Terent. *C'est cela dequoy il est marri.*
Vnus scrupulus restat, qui me malè habet. Terent. *Qui me grieue & tormente, Me chagrine, Me fasche.*
Quæ te nunc habet solicitudo? Plautus. *Dequoy te soulcie tu maintenant? Quel chagrin as tu?*
Ita me habuit. Plaut. *Tellement m'a traicté.*
Me sibi habeto. Plaut. *Ie suis content d'estre son seruiteur.*
An melius quis habet suadere? Horat. *Est il aucun qui puisse donner meilleur conseil?*
Habeo in memoria. Plaut. *Il m'en souuient.*
Mentem habere. Cic. *Auoir entendement.*
Mentionem. Liu. *Faire mention.*
Aliquem miserum habere. Plaut. *Faire grand ennuy a aucun, & le rendre ou faire miserable.*
Omnes molestias & solicitudines, quibus te miserrimam habui, deposui. Cic.
Habeo mittēdos legatos. Senec. *I'ay a enuoyer des ambassadeurs.*
Modum habere. Terent. *Auoir & tenir moyen.*
Molestiam. Cic.
Quum ad beatā vitam nullum momentū res haberet. Cic. *N'eust aucune importance, & n'y seruist de rien, ou n'y feist rien.*
Moram. Cassius Ciceroni. *Estre retardé.*
Habet sibi moræ imperium herile. Plaut. *Il est long a faire le commandement de son maistre.*
Aliquem mortuum habere. Cic. *Tenir pour mort.*
Habeo hunc morem, vel hoc moris. Plaut. Plin. iunior. *C'est ma maniere de faire.*
Nouos omnes mores habeo, veteres perdidi. Plaut.
Multa habere. Gell. *Estre riche.*
¶ Narrationem habere. Quintil.
Habere naturam alicuius. Plin. *Estre de sa nature.*
Necesse habere. Cic. *Estre contrainct.*
Necesse habet dicere. Quintil.
Quem Ægyptii nefas habent nominare. Cic. *Reputent illicite & mal faict de le nommer.*
De pueris quid agā non habeo. Cic. *Ie ne scay que i'en doy faire.*
Notam impudentiæ. Plin. *Auoir ou porter un signe ou marque d'estre effronté & eshonté.*
Negotium. Plaut. *Auoir quelque affaire, Estre empesché.*
In magno negotio habuit obligare semper annuos magistratus. Sueton. *Il fut fort soigneux de, &c.*
Noctē plenam timoribus habere. Cic. *Craindre toute la nuict.*
Quum res vtraque habeat suum nomen. Quintil.
Notum habere. Plin. iunior. *Congnoistre & scauoir.*
Ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. Cic. *Qui aye congnoissance de Dieu.*
Notitiam fœminæ habere. Cæsar. *Congnoistre charnellement une femme.*
Ea res capitali noxæ habetur. Liuius. *C'est un cas capital ou la vie pend.*
Numerum habere. Plaut. *Auoir memoire du nombre, Se souuenir du nombre.*
Haberi aliquo numero. Varro. *Estre aucunement prisé & estimé.*
Habere aliquem in hostium numero. Cic. *L'estimer & tenir nostre ennemi.*
Eos in numero sapientum non habent. Cic. *Ils ne les comptent pas au nombre des sages.*
¶ Indagatio ipsa rerum habet oblectationem. Cic. *Resiouit.*
Obstrictos suo beneficio habere. Cæsar. *Tenir obligez.*
Obtentum aliquem habere. Tacitus. *Auoir quelque couleur & couuerture.* Habere obuiam. Gell. *Rencontrer.*
Non habeo vllā occasionē, vt apud te falsa fabuler. Plaut.
Oculos suos in oculis alterius habere. Plaut. *Auoir l'oeil sur autruy.*
Ante oculos habere aliquem. Ouid. *Penser tousiours a luy.*
Odium in aliquem. Cic. *Hair, Auoir en haine.*

Sibi odio habere aliquid. Plaut *Hair.*
Quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Plin. *Desplaist aux autres.*
Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis. Plin. iunior. *I'ay faict mon debuoir enuers elles, Ie leur ay aydé.*
Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil quum est, nihil desit tamen. Terent. Onus habere. Cic.
Opinionem aliquam de moribus alicuius habere. Cic.
Orationem habere apud aliquem. Quintil.
Orationem ad populum. Cic. *Faire une harangue, ou oraison.*
Orationem cum aliquo. Cæs. *Tenir quelque propos auec aucun.*
Ornata cuncta in ordine habere. Plaut.
In ore aliquid habere. Cic. *Tousiours parler d'une chose.*
Ab aliquo otium ad aliquid faciendum habere. Terent. *Auoir loisir.*
¶ Expositis quæ pacta iam cum Marcello haberent, &c. Liu. *Qu'ils auoyent accordé & arresté auec Marcel.*
Palmam habere. Plin. *Emporter le bruit, Estre le plus renommé.*
Habet partes in hac comœdia seruus. Plaut. *Il est du ieu, il tient son rolle.*
In partibus aliquem habere. Tacit. *L'auoir de sa bande.*
Parum habuit hoc facere. Sallust. *Il ne se contenta pas d'auoir faict cela.*
Pecuniam numeratam non habere in præsentia. Cic. *Ne point auoir argent comptant pour le present.*
Prorsus neque dicere, neque facere, quicquam pensi habebat. Sallust. *Il ne luy challoit qu'il dist, ne qu'il feist, Il n'auoit point d'esgard, ne de consideration a ce qu'il disoit ou faisoit.*
In perditis & desperatis habere. Cicero. *Estimer estre perdu & n'en auoir point d'esperance.*
Periculum habere. Colum. *Estre en danger.*
Si non periculum à pecore habeat. Colum. *S'il n'est point en danger des brebis.*
Clodii animum perspectum habeo. Cic. *Ie congnoy la deliberation de Clodius.*
Persuasum habere. Plin. *Estre tout seur & asseuré.*
Habeo polliceri. Cic. *I'ay a promettre, ou Il fault que ie promette.*
Pondus habere. Cic. *Auoir pris ou authorité, & estre estimé.*
Potestatem summam. Cic. *Auoir souueraine puissance & pouoir.*
In potestatem. Cæs.
In potestate sua aliquem. Cæs.
Quòd Remp. priuatis simultatibus potiorem habuisset. Liu. *Qu'il auoit eu plus cher.*
Prædam cum cura habere. Tacit. *Garder sa proye bien & soigneusement.*
Prædæ habere magistratum. Sallust. *Se seruir d'une office publique pour instrument de piller, Piller & desrobber soubs ombre & par le moyen de son office.*
Narrauit modò, quo pacto me habueris præpositam amori tuo. Terent. *Comment tu as mis arriere l'amour de la fille pour l'amour de moy, Comment tu m'as preferé a celle que tu aimois.*
Præsentem in oculis habere. Liu. Præsidium. Cæsar.
Habent pretia in odoribus syluæ. Plin. *L'odeur des forests ou bois est fort prisee.*
Optimi thuris libra, X V I pretium habet. Plin. *Elle se vend.*
Quod habui summum pretium, persolui tibi. Terent. *Ie t'ay guerdonné du plus grand loyer que ie pouoye.*
Suauia in præsentia quæ essent, prima habere. Terent. *Plus estimer, & en tenir plus de compte.*
Principatum habere. Plin. *Estre le plus excellent.*
Sine illum priores parteis hosce aliquot dies
Apud me habere. Terent. *Laisse luy auoir le grand credit enuers moy, &c.*
Existimationis meæ procurationem susceptam velim habeas. Cic. *Ie desire fort que tu prennes la charge de, &c.*
Processum aliquem in literis habere. Sueton. *Estre auancé & auoir prouffité es lettres.*
In prodigiis habere. Plin. *Estre reputé & estimé, &c.*
-semper tibi promissum
Habeto hac lege, dum superes datis. Plaut. *Tien le pour tout promis, par tel si que, &c.*
Habeo in promptu. Cic. *Ie l'ay tout prest & appareillé, Ie l'ay en main.*

Promptum aliquid habere. Ouid.
Propitium aliquem. Plin. iunior. *Estre en la grace d'aucun, & l'auoir fauorable.*
Non habeo propositum, illum reprehendendi. Plin. iunior.
Tentandum Cæsar existimauit quidnam Pompeius propositi aut voluntatis ad dimicandum haberet. Cæs. *Quel propos il auoit.*
¶ Habere quæstui Remp. Cic. *Tourner a son prouffit particulier l'administration & gouuernement de la republique.*
Quæstionem habere de viri morte instituit. Cic. *Elle se delibera de sçauoir la verité de la mort de son mari par la bouche & confession de ses serfs, en leur baillant la question & torture.*
Querimoniam de re aliqua. Cic. *Se complaindre.*
Querelas de aliquo. Cic. Idem.
Quod gaudeamus, vel quid sequamur, habemus. Cic. *Nous auons dequoy nous resiouir.*
¶ Rationem alicuius non habere. Liu. *Le declarer non receuable a pouoir estre esleu, ou pourueu de quelque estat, comme indigne & incapable d'icelluy.*
Rationem habetis quomodo vnum amiserit. Plaut. *Voila la maniere comment, &c. Vous entendez la maniere comment, &c.*
Rationem procreandi. Cic. *Auoir esgard a la, &c.*
Rationem periculi. Cic. Rationem dignitatis. Cic.
Habenda ratio valetudinis. Cic. *Il fault prendre garde, ou auoir esgard a sa santé.*
Habenda ratio in hac re & diligentia. Cic.
Quod posteaquam iste cognouit, hanc habere rationem cœpit. Cic. *Il commença a penser en soymesme, &c.*
Rationem habere cum terra. Cic. *Labourer la terre, Auoir affaire auec la terre.*
Rationem cum musis. Cic. *Estudier.*
Receptum. Liu. *Auoir retraicte.*
Receptum ad suos. Cæs.
Receptum ad gratiam alicuius. Cæs. *Pouoir retourner en la grace, Auoir moyen de retourner en la grace d'aucun.*
Receptum ad vrbem. Tacit. Regnum in cælo. Plaut.
Regressum. Columel. *Auoir reculee, Se retirer & reculer.*
Religioni habere. Cic. *Faire conscience.*
In remediis habere. Plin. *Auoir & prendre pour remede.*
Ita vt sese habet, narrato. Terent. *Comme l'affaire va.*
Rem cum aliquo habere. Terent. *Auoir affaire auec luy.*
-habe Rem pactam sic futurum, si do tibi operam hanc Modo. Plaut. *Sois tout asseuré, que ainsi sera, si, &c.*
Habes omnem rem. Terent. *Tu ois & entends tout l'affaire.*
Habeo tibi res solutas. Plautus. *Ie t'ay satisfaict a ta demande, Tu es payé.*
Scis quomodo tibi res habent? Plaut. *Sçais tu comment te nous tes besongnes comment ton cas se porte?*
Scin' tu vt tibi res se habeat? si quicquam, &c. Terent.
Rem antiquissimam habere. Cicero. *Laisser toutes autres choses pour ceste la, Entendre a icelle par dessus toutes les autres, L'auoir plus chere, & en plus grande recommendation que toutes les autres.*
Quum respectum ad Senatum & ad bonos non haberet. Cic. *N'ayant point d'esgard au Senat.*
Habere reuerentiam alicui. Plin. iunior. *Luy porter honneur & reuerence.*
¶ Satis habebant, sine detrimento discedere. Cæsar. *Il leur suffisoit, Ce leur estoit assez.*
Satin' habes si fœminarum nulla est quam æquè diligam? Plaut. *Ne te doibt il pas suffire, si, &c.*
Illud notasse satis habeo. Quintil. *Il me suffit d'auoir, &c. Ce m'est assez.*
Longè aliter res se habet, ac tibi videatur. Cic. *La chose va bien autrement, ou est bien autre que tu ne penses.*
Se bellè habere. Cic. *Se porter bien.*
Quanquam videbatur se non grauiter habere, tamen sum sollicitus. Cic. *Ia soit qu'il ne semblast point se porter si mal, &c.*
Se malè habere. Cæs. *Se porter mal.*
Se munditer. Plaut. *Se tenir nettement.*
Se parcè. Terent. *Viure chichement.*
Nunquam secus habui illam, ac si ex me esset nata. Terent. *Iamais ie ne luy feis autrement qu'a ma propre fille.*

Superbia in superciliis sedem habet. Plinius. *Est logee, ou se tient, &c.*
Sedes in Gallia habere. Cæs.
Senatum. Cic. *Assembler le Senat.*
Sermonem. Cic. *Parler & deuiser auec aucũ, Tenir propos auec luy.*
Referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper. Varro. *Les parolles que nous dismes, &c. Les propos que nous teismes de, &c.*
Sermonem apud populum habere. Plin. iunior. *Porter une parolle deuant le peuple, Haranguer.*
Multum is mecum sermonem habuit & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum. Cicero. *Il me parla fort long temps & humainement de, &c. Il me teint long propos & fort humain de, &c.*
In sermonibus homines habebant, quos in annum Consules, ad finiendum tandem id bellum crearent. Liu. *Parloyent ensemble, & deuisoyent qui, &c.*
In seruitiis habere. Plin. *Auoir pour seruiteur.*
Iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere & sibi habere iussit. Cic. *Leur commande de les prendre pour eulx.*
Sibi habeant sapientiæ nomen. Cic. *Qu'ils gardent bien leur tiltre de sagesse tant qu'ils vouldront, il ne m'en chault.*
Sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc. Cic. *Sçache certainement que, &c. Tien pour certain que, &c.*
De me autem sic habetote, &c. Cic. *Quand est de moy, sçachez que, &c.*
Sine sic habere. Plaut. *Pren le cas qu'il soit ainsi.*
Viso tamne habeat signum ex arce Ballionia. Plaut.
Quod ego sub signo habeo, seruóque diligentissimé. Cic. *Lequel i'ay enfermé a la clef.*
Olorum similitudinem onocrotali habent. Plin. *Resemblent.*
Simultates cum aliquo habere. Cic. *Auoir quelque picque & quelque rancune contre luy.*
Societaté cũ aliquo. Plin. *Auoir quelque communication ensemble.*
Solenne habere. Plin. *Auoir de coustume, Estre coustumier.*
Aliquem solicitũ. Teret. Cic. *Chagriner & mettre en grand soulci.*
Spatium deliberandi habuerunt, quem potissimùm vitæ cursum sequi vellent. Cicero. *Ils ont eu l'espace, le temps, & le loisir de, &c.*
Cur non habeo spatium, vt de te sumam supplicium vt volo? Terent.
Speciem alicuius rei habere. Colum. *Luy resembler.*
Speciem habet honesti. Cic. *Il ha apparence d'honnesteté.*
Spem. Cic. *Auoir esperance.*
Bonam spem de aliquo. Cic.
Spem summam alicui. Cic.
Spem in aliquo. Cic. Spem positam in virtute. Cic.
Spem repositam in aliquo. Liu.
Spem conceptam ex re aliqua. Liu.
Statiua. Liu. *Passer son esté en quelque lieu.*
Statutum. Cic. *Auoir arresté en soymesme.*
Qui bona sua pro stercore habet. Plaut. *Qui ne les estime non plus que fiente.*
Studium alicuius rei habere. Quintil.
Studio habere. Terent. *Faire a bon escient en pensant bien faire, De faict a pensé, Faire expressement, De propos deliberé.*
Subsidio habere. Columel.
Sumptus cum aliquo. Cic. *Faire sa despense auec luy.*
Superuacuum. Plin. *Estimer superflu.*
Supplicationes. Liu. *Faire processions & prieres publiques.*
Suspectum. Liu. *Tenir pour suspect.*
Susque déque habeo. Gell. *Il ne m'en chault, Ie ne m'en soulcie point.*
¶ Hoc tu tecum tacitum habeto. Plaut. *Tien ceci secret.*
Tacitè habere aliquid. Liu. Idem.
Temperanter vulgus habere. Tacit.
Dum habes tempus. Plautus. *Ce pendant que tu as le temps & le loisir.*
Testes ad aliquam rem. Plaut. *Auoir tesmoings.*
Habe tibi. Plaut. *Pren la pour toy.*
Habe tibi centum mnis. Plaut. *Ie te la laisse pour cent mines.*
¶ Habere vacationem. Cic. *Cesser de besongner, Auoir relasche.*
Vacationem militiæ, aut alicuius muneris. Plin. *Estre exem-*

pté d'aller a la guerre, ou faire quelque autre charge.

Veniam habere, Vide VENIA.

Multis verbis vltrò citróque habitis. Cic. *Apres auoir eu beaucoup de parolles d'un costé & d'autre.*

Habere verecundiam alicuius. Liu. *Le craindre & reuerer.*

Hæc mihi videntur habitura vetustatem. Cic. *Il me semble qu'il sera memoire de ces choses d'ici a long temps, Qu'il en sera parlé a l'aduenir.*

Ad nostras ædeis hic quidem habet rectam viam. Plaut. *Il va droict a nostre maison.*

Victoriam habere. Plaut. Liu. *Auoir la victoire, Estre victorieux.*

Vim. Cic. *Auoir force & vertu.*

Habent vim antidoti. Plin. *Seruent pour contrepoison & preseruatif, Ont la vertu de preseruer.*

Ad hanc rationem, maximam vim natura habet. Cic.

Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim. Cicero.

Vires habere. Plin. *Auoir force.*

Perfecta quidem sapientia sumus, si nihil habeat res vitii. Cic. *Pourueu qu'ils ne vueillent octroyer ne requerir chose meschante l'un a l'autre.*

Voluntatem habere ad rem aliquam faciendam. Cic.

Voluptati habere aliquid. Sallust. *Prendre grand plaisir & esbat a quelque chose.*

Habere votum. Seneca. *Desirer, Souhaiter.*

Myrobalano in vnguentis similem proximúmque vsum habet palma in Ægypto. Plin. *Elle ha un mesme usage, & sert a ce mesme que sert le Myrobalan.*

Vsum ex aliqua re habere. Cic. *Se seruir de quelque chose.*

Vsum multarum rerum. Cic. *Auoir grande experience, Auoir beaucoup veu & congneu, Estre fort experimenté.*

Vsum in re aliqua. Cæsar. *Estre usité & exercité en quelque chose.*

Vsum belli. Cæsar. *Estre exercité au faict de la guerre.*

In vsu habere quod docemus. Plin. iunior. *Exercer & mettre en effect & usage ce que nous enseignons, Practiquer.*

In vsu habere aliquem. Plin. iunior. *Se seruir d'aucun, Auoir affaire auec luy.*

Vtilem aliquem habere. Plautus. *Receuoir quelque prouffit d'aucun.*

Habet vtilitatem hæc res. Cic. *Ha du prouffit, Est utile & prouffitable.*

¶ Spero me habere quî hunc meo excruciem modo. Terent. *Ie pense auoir occasion de, &c.*

Quid ego agam habeo. Terent. *Ie sçay bien que ie doy faire.*

¶ Habet quod det. Terent. *Il ha dequoy donner.*

¶ Habent tibi bene principia. Terentius. *Tu as bien commencé, Ton commencement se porte bien.*

¶ Habes nescio quid. Plaut. *Tu as ie ne sçay quoy.*

¶ De me sic habetote: ego si, &c. Cic. *Quand est de moy, sçachez que, &c.*

¶ Habeatur sanè orator, sed de minoribus. Cic. *Qu'il soit reputé & estimé orateur.*

Formosus haberi cupit. Horat.

¶ Miserrimum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nil habere. Plaut. *Auoir eu dequoy, & n'auoir plus rien.*

¶ Sine te exorem. T. age, habe, abi impunè. Plautus. *Ie te l'octroye.*

¶ -certè captus est, Habet. Terentius. *Il en ha, Il est frappé ou attainct.*

Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse maiorem, quàm adulationem. Cic. *Il fault ainsi penser & estimer que, &c.*

¶ Amor sceleratus habendi. Ouid. *D'auoir des biens, D'en auoir.*

Habendum & ferundum hoc opus est cum labore. Plaut.

-modus omnibus

In rebus soror est optimum habitu. Plaut. *Il fait tresbon auoir moyen en toutes choses.*

Hábitus, pen. corr. Participium.

-lætus sum, -mea dona de-

Amata, acceptáque, habita esse apud Phronesiũ. Plaut. *Que mes dons ont esté fort aimez de Phronesium, & a elle fort aggreables.*

Habita huic fides. Plaut. *On l'a creu, & s'est on fié en luy.*

Semper eius dicta est hæc, atque habita est soror. Terent. *On l'a tenue tousiours pour sa sœur, On l'a tousiours estimee estre sa sœur.*

Vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. Terent. *Veu le train, ou la disposition en quoy il est, Veu sa maniere, Selon que i'ay peu congnoistre a sa contenance.*

Habitus est hic tibi honos. Terent. *C'est honneur t'a esté faict.*

Perdam potius, quàm sinam me impunè irrisum esse habitum. Plaut. *Auoir esté mocqué.*

Habitus magnæ authoritatis. Cæs. *Qui a esté fort estimé.*

Habitus ludibrio. Terent. *Qui a esté mocqué.*

In custodiam habitus. Tacit.

Miles in vnum habitus. Tacit. *Assemblé.*

Duro imperio habitus. Tacit. *Traicté rudement, Sur lequel on a regné rudement & tyranniquement.*

Frustrà habitus. Tacit. Vide FRVSTRA.

Honor habitus supremis. Tacitus. *On a honoré la mort & les funerailles.*

Ciuitates non eodem honore habitæ. Tacit. *Aux quelles on n'a pas faict pareil honneur.*

In leui habitus. Tacitus. *Estimé chose legiere & de petite importance.*

In procinctu & castris habiti. Tacit.

Auarè habita prouincia. Tacit. *Traictee auaricieusement, Mal traictee & pillee par l'auarice des gouuerneurs.*

Publicè vsui habitus. Tacitus. *Estimé utile & prouffitable a la Republique.*

Habitus, huius hábitus, pen. corr. Plaut. *Le traict de la personne, La contenance, Le maintien, La façon, Le port, Le corsage.*

Habitus corporis quiescenti, quàm defuncto similior. Plinius iunior.

Habitus oris & vultus. Cic.

Cultus & habitus locorum. Virgil. *L'assiette des lieux.*

In lectulo suo compositus in habitu studentis. Plinius iunior. *En habit, ou contenance & maintien d'estudiant.*

Cum solenni habitu ante portam occurrunt. Liu.

Lugubri habitu venerat. Plin. iunior. *Habillé de dueil.*

Habitu aliquo se augustiorem facere. Liu. *Se faire magnifique & venerable par ornemens & vestemens exquis.*

Habitus fortunarum. Horat. *Disposition & qualité de fortune.*

Vestis habitus. Virgil.

Habitus verborum. Quintil. *Garniture.*

Pastoralis habitus, Vide Pastoralis in PASCO.

Nec habitus triumphalis fœminas decet. Quintil. *Habit triomphant, & dequoy usoyent ceulx qui triomphoyent.*

Subsistere in eodem habitu. Celsus. *Demeurer en une mesme disposition.*

Recidere in malum habitum. Cels. *Tomber en mauuaise disposition de corps.*

Animorum habitus. Tacit.

Concipere mente habitum declamantis. Quintil.

Constitutus animi habitus. Quintil.

Habere habitum temporis. Ouid. *Estre vestu & accoustré selon le temps, selon la disposition du temps.*

Induere habitum dolentium. Tacit.

Mutauerat habitum oris. Lucan.

Mutare habitum animi. Quintil.

Mutare se habitu & loco. Horat.

Permutare habitum cum aliquo. Quintil. *Changer d'habillemens auec aucun.*

Prætendere habitum à cæteris dissentientem. Quintil.

Variari habitus videmus. Quintil.

Si qua habitior paulò, pugilem esse aiunt. Terent. *S'il en y a aucune qui soit quelque peu plus grasse, En meilleur poinct.*

Corpulentior hercle atque habitior. Plautus. *Plus grosse & plus grasse.*

Equum nimis strigosum, & malè habitum, sed equitem eius huberrimum & habitissimum viderunt. Gellius. *En tresbon poinct.*

Habitũrus, pen. prod. Participium: vt Habiturus es me pro derelicta. Plaut. *Tu me delaisseras.*

Habendus, Aliud participium. Plin. Cum columbis habenda est auis quæ tinnunculus vocatur. *Il fault auoir & nourrir*

auec les colombes.

Habenda est amicitia cum hoc. Plautus. *Il fault auoir amitié auec luy.*

Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt. Terent.

Siquis quid reddit, magna habenda est gratia. Terent.

Ratio habenda est tibi tuæ laudis. Ouid. *Il te fault auoir esgard, &c.*

Habitûdo, penul. prod. habitûdinis. Terent. *L'estat du corps, La disposition.*

Habilis, & hoc habile, pen. corr. Virgil. *Seant, Propre, & bien conuenant, Apte, Cõmode, Adroict, Dextre & habile a faire quelque chose.*

Habilis & aptus. Cic.

Aptus, habilis, & accommodus. Cic.

Habilis ensis. Virgil. *Maniable, Duquel on s'ayde aisement, Commode.*

Habilis gladius ad propiorem pugnam. Liu. *Propre a se combatre de pres.*

Habilis locus pendendis retibus. Plin.

Habilis frumentis terra. Colum. *Propre a porter froument.*

Habile tundendo ferrum. Plin. *Propre & en disposition pour estre martelé, comme quand il a esté bien chauffé en la fournaise.*

Hæc habilis breuitate sua est. Ouid. *Bien aduenant.*

Vigor habilis membris. Virgil.

¶ Habilior. Quintil. Habilior ad inueniendum.

Habiliter, pen corr. Aduerbium. Paulus. *Commodeement.*

Habilitas, penult corr. huius habilitâtis. Cic. *Proprieté, Seance & conuenance, Dexterité.*

Hábito, hábitas, pen. corr. habitâre, Frequentatiuum. *Demeurer ou habiter en quelque lieu.*

Commorandi natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Cic. *Pour loger, non point pour demeurer.*

Matris habitauimus aluo. Ouid.

Syluis habitare Ouid. Terrâ habitare. Ouid.

Casas humiles habitare. Virgil.

Habitare ad occasum. Plin.

Qui habitat apud me. Cic.

Quum apud eum non modò sæpenumero fuisset, sed etiam habitasset. Cic.

Filia cum patre habitat. Cic.

Viuere & habitare cum aliquo. Cic.

Habitare & pernoctare cum aliquo. Cic.

Habitare in domo alterius vel sua. Cic.

Habitare in residem aquam. Varro.

Si essent qui sub terra semper habitassent. Cic.

-proximæ viciniæ Habitat. Plaut.

Grauiter increpuit tanti Censorem habitare. Plin. *De demeurer en maison si chere.*

Triginta millibus dixistis eum habitare. Cic. *Que son logis ou il demouroit auoit cousté trente mil.*

Habitare bene. Cic. *Estre bien logé, Auoir bonne maison.*

Habitare laxè & magnificè. Cic.

¶ Quorum in vultu habitant oculi mei. Cic. *De dessus lesquels mes yeulx ne bougent, La contenance desquels mes yeulx guettent ordinairement, & n'en departent.*

Habitare in rostris dicebatur. Cic. *Qui ordinairement faisoit concions au peuple & harangues.*

Qui in foro habitarunt. Cic. *Qui n'ont faict autre chose que hanter les plaidoyers & iugements.*

Mœnia habitantur Graiis. Virgil. *Sont habitez par les Grecs.*

-nobis habitabitur orbis Vltimus. Ouid.

Mapalia habitata raris tectis. Virgil.

¶ Tecum habita. Persius. *Regarde toymesme.*

Habitatio. Cic. *Habitation, Vn lieu a demeurer, Vne maison & logis, Vn manoir.*

Accommodare alicui de habitatione. Cic.

Habitâtor, pen. prod. Aliud verbale. Cic. *Qui demeure & habite en quelque lieu, Habitant, Manant.*

Habitábilis, & hoc habitábile, pen. corr. Cic. *Habité, Ou on demeure, Habitable, Ou on peult habiter, Manable.*

Habitabiles casæ. Plin.

Hac, Vide HIC.

Hactenus, penul. corr. Aduerbium, compositum ex HAC aduerbio, & TENVS, quod finem significare docet Nonius. Plaut. *Iusques a ce lieu ci.*

Sed hæc hactenus: ne videar, &c. Cic. *Nous nous arresterons ci, C'est assez de ceci pour le present.*

Sed hactenus, Idem. Cic.

Qui hactenus aliquid egit, vt earum rationem rerum explicaret, quæ mari cæloue fierent. Cic. *Il est paruenu iusques a la de sçauoir, &c.*

¶ Hactenus tamen vt sarta tecta habeat. Cels. de vsufructu. *Il se doibt employer iusques a les entretenir clos & couuerts, mais non point passer oultre.*

¶ Interpellatus tumultuosioribus literis hactenus excanduit, vt malum iis qui descissent, minaretur. Sueton. *Il ne se courrouca point plus oultre, que de menacer de mal traicter ceulx qui luy auoyent faict ce desplaisir.*

Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit, hactenus non vertit, quatenus domino debet. Vlpianus. *Si le serf est redeuable a son maistre de quelque somme d'argent, & qu'il emprunte une autre somme d'un tiers, laquelle il baille a son maistre: ce qui usera a la concurrence de la debte qu'il debuoit a son maistre, ne sera point tenu n'estimé comme tournant au prouffit de son maistre, en sorte que le maistre en puisse estre pourtant poursuyui, mais bien pour le residu.*

Hadrobolum, hadroboli. Plin. *Vne sorte de gomme.*

Hæc, fœmininum ab Hic. Vide suo loco.

Hædile, Vide HAEDVS.

Hædus, hædi: siue Hœdus, hœdi. Virgil. *Vn bouc, Cheureau.*

Grex hædorum. Virgil. Petulci hædi. Virgil.

Tenero lasciuior hædo. Ouid.

Hædulus, hæduli, pen. corr. Diminutiuum. Iuuenal. *Bouquin, Petit cheureau.*

Hædillus, hædilli, Idem. Plaut.

Hædíle, hædilis, pen. prod. n. g. Horat. *Estable a cheureaux.*

Hædinus, pen. prod. Adiectiuum: vt Hædinæ pelliculæ. Cic. *De bouc, De cheureau, Cheurotin.*

Hædinum coagulum. Varro.

Hæmanthinum vitrum. Plin. *Voirre tout rouge.*

Hæmorrhois, pen. corr. huius hæmorrhóidis, f. g. Lucan. *Vne sorte de serpent, lequel si mord aucun, tout le sang sort de la personne, & ne se peult estancher.*

Hæmorrhois. Celsus. *Flux de sang par bas, ou par le nez, Hæmorrhoide, Morene.*

Hæmorrhoia, huius hæmorrhoiæ, Idem. Plin. Ex vetusto codice legitur hæmorrhoidi.

Hærba, Vide HERBA.

Hæreditas, Vide HAERES.

Hæreo, hæres, hæsi, hæsum, hærêre. Virgilius. *Tenir contre, & estre ioinct a quelque chose, Estre attaché.*

Hærent parietibus scalæ. Virgil.

Aspectus conterritus hæsit. Virgil. *Il demoura tout picqué, Il s'arresta tout court.*

Attonitis hæsere animis. Virgil.

Obtutu hæret defixus in vno. Virgil.

Criminibus repetundarum hærebant. Tacit.

Hæret amor. Ouid. *Demeure, Perseuere.*

Ferrum hæsit in corpore. Virgilius. *Vne flesche luy fut attachee & fichee dedens le corps.*

Fides illa hæsit animis. Ouid. *On a tousiours adiousté ferme foy & creance a cela, On la creu fermement.*

Lingua hæret metu. Terentius. *I'ay si grand paour, que ie ne puis parler.*

Vox faucibus hæsit. Virgil. *La parolle me faillit.*

Non obstant hæ disciplinæ per eas euntibus, sed circa illas hærentibus. Quintil. *A ceulx qui s'y arrestent trop, & ne passent point oultre.*

In complexu alicuius hærere. Quintil. *L'embrasser.*

Pectore hærent infixi vultus. Virgil.

In amplexu hæsit. Ouid. *Il m'a embrassé bien serré.*

Hæsit in armo. Ouid. *Le chien s'accrocha a l'espaule du cerf, Il ficha les dents dedens l'espaule.*

Quòd hærere in equo senex posset, admirari solebamus. Cic. *Qu'il se pouoit tenir a cheual.*

Pugnus continuò in mala hæreat. Terent. *Baille luy si grand*

coup, que le poing tienne a sa ioue, Attache luy un grand coup de poing sur la ioue.

Hærent in scuto tela. Liu. Sont fichez.

Hærere in medullis. Cic.

Hærebant in memoria quæcunque audierat aut viderat. Cic. Il luy souuenoit de tout, &c.

Hærere in iure ac Prætorum tribunalibus. Cic. N'en bouger.

Memoria quæ in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit. Cic. De laquelle chose toutes gens parleront, & en auront memoire a iamais, La memoire demeurera fichee, &c. Hærens in terga Romanus. Liu.

Hærent mihi in visceribus. Cic.

Hi in oculis hærebunt, & quum licebit, in faucibus. Cic. Nous les uoirrons touts les iours deuant nous, Nous ne uoirrons autre chose que ceulx ci.

¶ Hærere in iniquitatibus. Cic. Demeurer & perseuerer.

In te omnis hæret culpa sola. Terentius. Tout le blasme en demeure sur toy, Il n'y a que toy qui en ait le blasme.

In eo culpæ crimen hærebit. Cicero. Le blasme en demeurera sur luy.

Neque potest hærere in tam bonis ciuibus tam acerba iniuria. Cic.

Potest hoc homini huic hærere peccatum? Cic. Seroit il possible qu'un tel malefice peust prendre sur luy? Peust cheoir sur luy?

Vt peccatum hæreat non in eo qui monuerit, sed in eo qui non obtemperarit. Cicero. Que le peché demeure en celuy qui, &c.

Hæret illa in Rep. turpitudo. Cic.

Hæret Cn. Pompeio. Sueton. Il sapplique a Pompee, & ne bouge d'auec luy.

Hæreat nobis illud. Traianus ad Plinium. Tenons cela ferme en nostre memoire, Souuienne nous tousiours de cela, Retenons cela.

Magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Quintil. Demeurent fichez es esprits, On retient mieulx.

Hærere in salebra. Cic. Demeurer & estre arresté.

Stomachus ad radices linguæ hærens. Cic. Touchât & tenant.

¶ -illum ego audiui
Hærere iuniorem apud nescio quam fidicinam. Plautus. Qu'il a fiché fort son amour en une ie ne scay quelle, &c.

Hærere in parte aliqua apud aliquam. Terentius. Demeurer, ou estre aucunement en sa grace.

¶ Hærere, aliquando ponitur pro Dubitare. Cicero. Estre en doubte & suspend.

Hærebat nebulo, quò se verteret non habebat. Cic.

In multis enim nominibus hærebitis. Cic.

Circa quod magna mortalium portio hæret. Plin.

Hæret hæc res. Plaut. Ceci est fort doubteux.

¶ Si hic terminus hæret. Vergil. Si ceci est fiché & arresté, Est immuable.

Hærens, Participium: vt Naues hærentes littore. Horat. Aggrauees, Assablees.

Hæsûrus, penult. prod. Aliud participium: vt Fides hæsura in omne tempus. Ouidius. Loyauté, de laquelle il nous souuiendra tousiours.

Hæsito, hæsitas, pen. corr. hæsitare, Frequentat. Cic. Doubter.

Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsiui quid dubitaret proficisci eò, quò iam pridem pararat. Cic. Voyât qu'il estoit en doubte, & qu'il ne scauoit que faire.

In eodem hæsitas luto. Terent. Tu demeures en mesme bourbier, Tu es en aussi grand danger que iamais.

Dubitare & hæsitare. Cic.

Lingua hæsitantes. Cic. Begues.

In eo maximè hæsitabat quòd cùm, &c. Liu.

Hæsitat frumentum in vadis. Liu. Est demeuré & arresté.

Hæsitâtio, Verbale. Cic. Doubte, Doubtement.

Hæsitâtor, penult. prod. Aliud verbale, m.g. Plin. iunior. Qui doubte & est suspend, Qui ne scait qu'il doibt faire.

Hæsitántia, huius hæsitantiæ, Idem quod Hæsitatio.
Hæsitantia linguæ. Cic. Begayement.

Hæres, huius hærêdis, penult. prod. com. gen. Heritier, Hoir.

Alienior hæres. Cic. Auidus hæres. Horat.

Auiti nominis hæres. Ouid.

Criminis alicuius hæres. Ouid.

Indignus hæres. Horat. Facere hæredem. Cic.

Facere hæredem ex deunce. Cic. Faire heritier des onze parties de ses biens. Factitare hæredem. Cic.

Instituere hæredem. Cic.

Hæredem omnibus bonis instituere. Plin.

Mouere hæredes. Cic.

Relinquere hæredem testamento. Cic.

Scribere aliquem hæredem. Cic. Faire heritier par testament & par escript.

Antonius in Cn. Pompeii locum successit hæres. Cic.

Hæredem esse alicui. Cic.

Secundi hæredes. Cic. Heritiers substituez.

¶ Hæredes arboris. Pli. Les reiectôs d'un arbre couppé par le pied.

Hærêditas, penul. corr. hæreditâtis. Vlpian. Heredité, Hoirie, La succession d'un trespassé.

Hæreditate venire bona dicuntur. Cic. Qui viennent par succession, par droict d'hoirie.

Hæreditas caduca. Cic. Vide CADVCVS. Hoirie qui estoit appliquee & escheoit au fisque, ou au Prince, par faulte d'heritiers ou au moyen de ce que apres la mort du testateur, l'heritier mouroit sans sestre porté pour heritier de ladicte hoirie & succession.

Luculenta atque magna hæreditas. Plaut.

Offertissima hæreditas. Plaut.

Vsu capta hæreditas, Vide CAPIO.

¶ Accipere hæreditatem. Quintil.

Adire. Cic. Attingere. Cic.

Auertere. Cic. Destourner & esgarer les biens de la succession.

Cernere. Cic. Vide CERNO.

Obire. Cic. Aller sur les lieux ou sont les biens, desquels on est heritier. Obuenit hæreditas. Var. Cic. Vlpian.

Tenere hæreditatem. Cic. Iouir d'une succession.

Ad quem hæreditas huius gloriæ pertinet. Cic.

Hærêdium, hæredii. Varro. Une petite ferme, ou piece de terre, Petit heritage.

Hærediolum, hærediolí, pen. cor. Paruum hæredium. Colum.

Hæreditarius, Adiectiuum. Cic. Appartenant a la succession, Hereditaire.

Hæreditaria auctio constituta. Cic.

Hæreditaria controuersia. Brutus ad Ciceronem. Proces pour raison de succession.

Lites hæreditariæ. Quintil.

Hæreditarium nomen. Cic. Venant de succession.

Ornamenta hæreditaria. Cic.

Hæreditaria Quæstura. Cic.

Hæreditarium regnum. Plin.

Aduentitia atque hæreditaria res. Cic.

Hæresis, huius hæresis, pen. corr. fœm. gen. Cic. Opinion ferme & arrestee soit en bien, soit en mal, Secte.

Hæsito, hæsitas, Vide HAEREO.

Hagios, Latinè dicitur Sanctus.

Halcyon, halcyonis, Auis quæ & Alcedo dicitur, Vide ALCEDO. Plin.

Halcyoneus, Adiectiuum: vt Halcyonei dies. Colum. Les iours que ces oyseaux font leurs nids en la mer, & alors la mer est fort calme & tranquille.

Halec, huius halêcis, pen. prod. tam fœminini, quàm neutrius generis. Plautus. Une sorte de petit menu poisson semblable a haran, qu'on appelle Anchoy.

Halec. Horatius. Une sorte de potage faict d'entrailles de poissons fondues. Putris halec. Martial.

Halécula, huius haléculæ, pen. corr. Diminutiuum. Colum.

Haliæetus, haliæéti, penult. corr. masc. gen. Genus aquilæ. Plin. Un faulcon.

Halica, Vide ALICA.

Halicacabum, pen. corr. Herbam vocant, quam vulgus nostrum appellat Des coquerets. Plin.

Halieutica, pen. corr. halieuticorum, n.g. plur. num. Plin. Liures composez de la nature des poissons.

Halitus, huius halitus, Vide HALO, halas.

Hallucinor, Vide ALLVCINOR.

Hallus, halli, vel Hallux, hallucis, m.g. Fest. Le poulce du pied.

Halo, halas, halâre. Vergil. Halener, Flairer & rendre odeur.

Hálito,hálitas, pen.corr. halitâre, Frequentatiuum. Ennius.
Hálitus,huius hálitus,pen.corr. Plin. *Haleine.*
Efflare extremum halitum. Cic. *Rendre l'esprit, Rendre le dernier souspir.*
Halitus solis. Colum. *Chaleur du soleil.*
Halitus terræ. Plin. *Vapeur.*
Flammeus halitus Euri. Vide Flammeus in FLAMMA.
Halitus niger. Ouid.
Faucibus exudat grauis halitus. Pers. *Mauuaise & puante haleine sort de la bouche.*
Noxius terræ halitus. Quintil.
Halo, Seneca. *Vn cercle qu'on voit entour de la Lune.*
Halosis, pen. prod. Latinè captio vel expugnatio dicitur. Sueton. *Prinse de ville.*
Halter, haltêris, vel Halteres, haltêris, pen.prod. masc. gen. Halteres. Mart. *Petites boules de plomb que les saulteurs & danseurs sur la chorde tiennent pour se bailler contrepois.*
Halus, hali, fœm. gen. Plin. *Vne herbe semblable de rameaux a l'origan, & de fleur au thym.*
Hama, hamæ. Plin. iunior. *Vn grand croc.*
Hamatilis, Hamatus, Hamiota, Vide HAMVS.
Hammoniacum, Hammonitrum, Vide in litera A AMMONIACVM.
Hamus, hami, masc. gen. catenam significat. Virgil. *Annelet.*
Hamus. Plaut. *Vn haim, ou hamesson.*
Hamum vorat, meus est. Plaut.
Catenatus hamus. Plin. Piscem ducere hamo. Ouid.
Adunci hami. Ouid.
Curuos dedit vnguibus hamos. Ouid. *Il a donné des crochets aux ongles.*
Fallax hamus. Ouid.
Occultum decurrit piscis ad hamum. Horat.
Opertus hamus. Horat.
Excipere hamo. Celsus. *Accrocher.*
Vnci hami. Ouid.
¶ Hamus. Plin. *Instrument de fer a peigner du lin ou du chanure.*
Hami ferrei. Cæs. *Bendes de fer crochues par le bout, Hanetz.*
Hámulus, pen.corr. Diminutiuum. Cels. *Crochet, Hanet.*
Hamâtus, pen.prod. Adiectiuum. Cic. *Garni d'hamessons.*
Hamata inter se & perplicata corpora. Lucret. *Entr'accrochez & sentretenants, Accrochez l'un a l'autre.*
Arundo hamata. Ouid. *Flesche garnie d'un fer a raillon, ou a oreillet, ou a barbillons.*
Hamata munera. Plin. iunior. *Dons qui en attirent d'autres.*
Sagittæ hamatæ. Ouid. *Flesches garnies ou ferrees de fers a raillon, ou a oreilles, ou a barbillons.*
Sentibus hamatis implet præcordia. Ouid. *De soing & soulci.*
Vngues hamati. Ouid. *Crochus.*
Hamatilis, & hoc hamátile, pen.corr. Plaut. Habemus hamatilem piscatum. *Vne pesche a la ligne & hamesson.*
Hamíota, hamíotæ, penult.corr. à veteribus Piscator dicebatur. Plaut. *Pescheur a la ligne.*
Hapsus, hapsi, mascul. gen. Celsus. *Vne poignee de laine, Vne hauee.*
Hara, huius haræ. Cic. Colum. *Tect ou estable a porceaux.*
Humilis hara. Ouid. Immunda hara. Ouid.
Hara. Varro. *Estable a oyes.*
Hariolus, harioli, pen.corr. Terent. *Deuin.*
Hariolorum furibundæ prædictiones. Cic.
Hariolor, pen.corr. hariolâris, hariolâri. Cic. *Deuiner.*
Hariolans, Participium. Cic. *Deuinant.*
Hariolatio, Verbale. Cic. *Deuinement.*
Harmonia, harmóniæ, pen.corr. Cic. *Accord de choses differentes, Harmonie.*
Ad harmoniam canere. Cic. *Faire un accord melodieux composé de diuers sons.*
Harmonia corporis. Lucret.
Harmónicus, penult.corr. Adiectiuum: vt Harmonica ratio. Plin. *La maniere d'accorder diuers sons.*
Harpago, penult. prod. harpagônis, mascul. gen. Cæsar. *Vn croc.*
Harpago, harpagas, harpagâre. Plaut. *Accrocher.*
Harpastum, harpasti. Martial. *Vne grosse pelotte a iouer.*
Harpax, harpagis, masc. gen. Plin. *Vn peson ou verroil que les femmes mettent au bout de leur fuseau quand elles fillent.*
Harpe, harpes, fœm. gen. Lucan. *Vn braquemard, Vne simeterre.*
Haruga, harugæ, Est, authore Donato, hostia.
Haruspex, haruspicis, penult.corr. ab haruga nominatur, vt ait Donatus. *Deuin qui par l'inspection des entrailles des bestes, deuinoit les choses aduenir.*
Vanus haruspex. Sil. Verus haruspex. Propert.
Harúspica, harúspicæ, pen.corr. Plaut. *Deuineresse.*
Haruspicinus, pen.prod. Adiectiuum: vt Haruspicini libri. Cic. *Qui traictent de l'art & science de deuiner.*
Haruspicina, huius haruspicinæ, pen.prod. Cic. *L'art de deuiner.*
Haruspicinam facere. Cic. *Exercer l'art de deuiner.*
Haruspicium, Substantiuum, Idem. Catul.
Hasta, huius hastæ. Plaut. *Lance, Picque, ou Iaueline.*
Acies hastæ. Ouid.
Hastam abiicere. Cic. *Quicter la bataille.*
¶ Acclinis hasta. Stat.
Acuta. Ouid. Bellica. Ouid.
Amentata. Cic. Centumuiralis. Tranquil.
Densis virûm seges horruit hastis. Virgil.
Fraxinea hasta. Ouid. Graues hastæ. Horat.
Horrentes hastæ. Virgil.
Immitis hasta. Ouid.
Infesta hasta. Virgil. Longa hasta. Virgil.
Minax. Seneca. Protentæ hastæ. Tacit.
Recurua hasta. Ouid Tremens. Virgil.
Rigida hasta. Virgil. Trabalis. Stat.
Valida. Silius.
¶ Hasta adiuta vires. Sil.
Admixi hastis. Virgil. Contorquere hastam. Virgil.
Dirigere hastam in aliquem. Ouid.
Stridentem iecit hastam. Virgil. Innixus hasta. Liu.
Insectari aliquem hasta vel lapidibus. Plaut.
Insistere hastæ. Plin.
Mittere hastam in aduersum aliquem. Ouid.
Premere aliquem hasta. Virgil.
Ingentem quatiens hastam. Virgil.
A iugulo nitentem sustinet hastam. Stat.
Hastæ ea quæ publicè vænundabant, subiiciebant veteres. Cic. *Vne lance Romaine, laquelle estoit plantee & fichee en la place publique, quand on vendoit quelque chose par crices ou decrets, ou que l'on faisoit quelque location publique.*
Subire sub hasta. Plaut. *Estre vendu au plus offrant & dernier encherisseur, ou par decret, Estre subhasté.*
Ad hastam locare. Colum.
Hasta, pro ipsa venditione bonorum. Cic. *Subhastation.*
Hasta Pompeii. Cic. *La subhastation ou vente publique des biens de Pompee.*
Hasta Cæsaris. Cic. *La vente publique faicte par le commandement & decret de Cesar.*
Hasta venditionis. Cic.
Summouere aliquem ab hasta. Liuius. *Ne le receuoir point a mettre a pris, ou a mettre enchere.*
Hástula, hastulæ, pen.corr. Diminutiuum.
Hastula regia, Herba. Plin. *Des asphodiles.*
Hastâtus, penult.prod. Adiectiuum. Hastati. Varro. *Ceulx qui estoyent les premiers en l'armee combatants auec picques ou lances, Picquiers, Embastonnez de picques.*
Acies hastata. Tacit. *Picquiers.*
Hastíle, hastilis, neut.gen pen. prod. Liu. *La hante ou fust d'une iaueline, ou d'autre baston.*
Crispare hastilia. Sil. Curuatum hastile. Iuuenal.
Densis hastilibus horrida myrtus. Virgil.
Lenta hastilia torquere. Ouid.
Præfixa hastilia ferro. Virgil. *Ferrez par le bout.*
Rasæ virgæ hastilia. Virgil.
Lato crispans hastilia ferro. Virgil.
Valida hastilia. Virgil.
Hau, Interiectio. Terentius. *Vn mot que dit un homme estonné & esperdu.*
Hau, obsecro mea Pythias. Terent.
Hau, hau, mi homo, sanúsne es? Terent.

Haud, Aduerbium negandi, significat non. Terent. *Non, Ne.*
Haud muto factum. Terentius. *Ie ne me repen pas de l'auoir faict.*
Haud ab re duxi. Liuius. *Ie n'ay point estimé que ce fust hors de propos.*
Haud commodi ei est. Plaut. *Il ne luy vient point a prouffit.*
Haud consimili ingenio atque ille est. Plaut. *Il n'ha pas pareil esprit.*
Id nunc facis haud cõsuetudine. Plaut. *Non point de coustume.*
Haud diu est. Terent. *Il n'y a pas long temps.*
Haud sanè difficilis. Cic. *Qui n'est pas fort difficile.*
Haud difficile. Liu. *Non difficile, Facile.*
Haud dubiè. Liu. *Sans doubte, Certainement, Asseurement.*
Haud dudum. Plaut. *Il n'y a pas fort long temps.*
Haud dum exoleuisset. Liu. *Point encore.*
Haud erat sanè quod quisquam, &c. Cicero. *Il ne falloit point que, &c.*
Haud faciam. Terent. *Ie n'en feray rien.*
Haud facilè Cic. *Point aisement.*
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. Terent. *A grand peine, Malaisement.*
Haud grauatè. Plaut. *Voluntiers, De bon courage, Point a regret.*
Haud immeritò. Plin. *Non sans cause.*
Ad aures haud inuitò sermo mihi accessit tuus. Terentius. *Point enuis, Ie t'ay voluntiers ouy dire ces parolles.*
Haud ita multùm interim tẽporis fuit. Liu. *Non pas beaucoup.*
Haud magni pretii. Plaut. *Qui n'est pas de grand pris.*
Haud malus. Plaut. *Il n'est pas des pires.*
Haud mora: intelligitur verbum Fit. Virgil. *Tout soubdain, Sans delay.*
-certè extrema linea
Amare, haud nihil est. Terentius. *Ce n'est pas chose de neant, n'est pas peu de chose.*
Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an maior, &c. Liu. *Ie doubteray aucunement si, &c.*
Haud parum. Liu. *Non point peu, Beaucoup.*
Militem haud perinde vulneribus, quàm spatiis itinerum, dãno armorum affici. Tacit. *Non tant par playes, que par, &c.*
Haud potuit melius fieri. Terent. *Il ne se pouoit mieulx faire.*
Haud procul abfuit quin. Liu. *Il ne s'en fallut gueres que.*
Haud promeruit. Plaut. *Il ne l'a pas merité.*
Haud quisquam quæret qui siem. Plaut. *Personne ne demandera qui ie suis.*
Haud scio an illam nũc miserè amat. Terẽt. *Ie ne scay si, &c.*
Cõmeatus tamen haud secus quàm in pace ex agris portabant. Liu. *Non autrement, Tout ainsi que.*
Eia, haud sic decet. Terent.
Perpulchra credo dona, haud nostris similia. Terentius. *Ils n'ont garde d'estre tels que les nostres.*
Haud sinit. Terent.
Haud stultè sapis. Terent. *Ton aduis n'est pas des pires.*
Haud vereor, si in te solo sit sitũ. Terẽt. *Ie ne crains pas si, &c.*
Haudquãquam, pen. prod. pro Nequaquã. Liu. Cic. *Nullement.*
Haurio, hauris, hausi, haustũ, haurire. *Puiser, & tirer de l'eaue.*
Hausurũ absque τ, pro hausturum apud Virgiliũ legitur.
¶ Hauriui & hauritum, pen. prod. lectum est. Apul.
¶ Haurire fontes. Lucret.
Haurire animo, pro Accipere vel audire. Virgil.
Haurire auribus vocem alterius. Virgil. *Ouir.*
Hausit cælum. Virgil. *Il a veu l'air.*
Haurire artes domo. Cic. *Les puiser & apprendre en la maison.*
Calamitatem haurire. Cic. *Endurer & aualler.*
Cibos haurire: de iis enim dicitur qui dentibus carent. Columel. *Aualler sans mascher.*
Cogitatione haurire omnia. Cic. *Engloutir.*
Haurit corda pauor. Virgil. *Oste & consume le courage, ou frappe au cueur, Perce le cueur.*
Dolorem haurire. Cic. *Receuoir douleur & l'endurer.*
Dona noctis haurire. Sil. *Dormir a son aise, Dormir a gogo.*
Rostro femur hausit adunco Ouid. *Le porc sanglier luy fendit la cuisse de ses crochets.*
Flãma multos hausit. Liu. *Beaucoup furẽt du tout bruslez & arts.*
Oculis auribúsq; haurire tantũ gaudiũ cupiẽtes. Liu. *Prendre & receuoir amplement & ardemment, & par grande affection.*
Imaginem haurire, pro Animo concipere. Plin.
Tam longi temporis opus incendium hausit. Liuius. *Le feu consuma.*
Laborẽ haurire ex re aliqua. Horat. *Receuoir peine & trauail.*
Latus haurire alicuius. Virgil. *Percer.*
Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. Cic.
Lucem haurire. Virgil. *Naistre sur terre, Veoir le iour.*
Luctum. Cic. *Receuoir ennuy.*
Oculis haurire aliquid. Virgil.
Pateram haurire. Virgilius. *Aualler le vin qui est en une tasse, La uuider d'un traict.*
Haurire patrias opes. Mart. *Despendre, Consumer & espuiser son patrimoine.* Pauor haurit corda. Virgil.
Pectora ferro hausit. Ouid. *Il percea.*
Poculum haurire. Liu. *Vuider, & boire tout.*
Potionem mulsi. Plin.
Solidos ceruos. Plin. *Engloutir, Aualler touts entiers.*
Supplicia. Virgil. *Estre puni.* Voluptates. Cic.
¶ Haurire à fontibus. Cic. *Puiser es fontaines.*
Hanc legem à natura hausimus. Cic.
De dolio haurire. Cic. È fontibus haurire. Cic.
Aqua ex puteo hausta. Cic.
Haurit ex ærario sumptum. Cic. *Prend & pesche ou puise dedens la bourse publique.*
Haustus, Participium. Cic. Ex diuinitate, vnde animos haustos aut acceptos haberemus.
¶ Haustæ mari naues. Liuius. *Enfondrees en la mer, Englouties, Mises au fond.*
In paludes quidam coniecti, profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Liu.
Haustæ in profundum arbores. Liu. *Englouties.*
Ignis haustus. Tacit. Amor haustus. Stat.
Aqua hausta duabus palmis. Ouid. *Puisee a deux mains.*
Haustus, huius haustus. *Puisement.*
Aqua quæ non sit haustus profundi. Colu. *Qui ne soit point profonde a puiser.*
Haustus aquæ. Ouid. *Vn traict d'eaue.*
Haustum lucis illò regerit luna vnde accepit. Plin.
Exiguis haustibus bibere. Ouid. *A petits traicts.*
Haustrum, haustri, neut. gen. Lucret. *Vne roue, ou autre engin a puiser l'eaue.*

H E

Hebdomas, pen. corr. hebdómadis: & Hebdómada, hebdómadæ. Cic. *Vne sepmaine.*
Hebenus, fœm. gen. & hoc hébenum, pen. corr. Virgil. *Vne sorte d'arbre croissant es Indes & Ethiopie, De l'hebene, lequel couppé deuient aussi dur qu'une pierre.*
Hebes, huius hébetis, pen. corr. om. gen. Cic. *Qui ha la poincte ou le trenchant rebouché, resoulé, & mouce.*
Gladii hebetes. Ouid. Leuiora & hebetiora tela. Cic.
¶ Hebes, per translationem: vt Hebes homo & rudis. Cic. *Qui ha l'esprit lourd & hebeté.*
Hebes æquè ac pecus. Cic. Acutus & Hebes, cõtraria. Cic.
Hebetes & indociles. Quintil.
Hebes acies oculorum. Cic. *Veue debile & foible, ou tendre.*
Hebetiores aures habere. Cicero. *Ne ouir gueres cler, Ouir dur, Auoir dure ouye, Ne vouloir entendre.*
Cor hebes. Lucret. *Gros & lourd esprit.*
Dolor hebes. Cic. *Qui n'est point fort aigre ne agu, Qui ne poinct pas fort.* Ictus hebes. Ouid.
Hebes ingenium. Cic. *Lourd esprit.*
Hebes oculus. Plin. *Veue debile, qui ne voit gueres cler.*
Hebes rhetorica forensis. Cic. *Qui n'est point ague & subtile, mais lourde.* Hebes spondeus & tardus. Cic.
Hebes sensus. Cic.
¶ Hebes ad id quod melius sit intelligendum. Cælius Ciceroni.
In communi vita non hebetem esse, nec rudem. Cic.
Hebes gustu. Colum. *Qui n'ha point de poincte au gouster.*
¶ Hebetem reddere aliquem. Cic. *Eslourdir.*
Hebeo, hebes, hebêre. Liu. *Estre rebouché, resoulé & mouce.*

Iræ hebent. Stat. *S'amoindrissent.*
Sanguis gelidus hebet. Virgil. *N'ha point de vigueur.*
Hebesco, hebescis, hebéscere. Cic. *Se resouler & devenir mousse, S'estourdir.*
Hebescit acies authoritatis. Cic. *S'amoindrit & se perd.*
Hebescere & languere in otio. Cic. *Devenir paresseux, & perdre sa vigueur accoustumee.*
Hebetesco, hebetescis, hebetéscere, Idem quod Hebescere. Plin. Certum est, aciem in cultris tonsorum hebetescere.
Hébeto, hébetas, pen. corr. hebetâre. Liu. *Reboucher ou emoucer, Resouler, Faire mousse.*
Aciem ferri hebetare. Plin.
Aciem oculorum. Plin. *Debiliter la veue.*
Cura tristitiæ hebetatur vino. Plin. *Est moderee par boire vin.*
Dentem hebetare. Silius.
Flatus hebetatus. Plin. *Affoibli.*
Flammas hebetare. Ouid. *Debiliter tellement, qu'elles ne puissent brusler.*
Hebetatur speculorum fulgor. Plin. *Se gaste, Se ternir.*
Lunam conuenit vmbra terræ hebetari. Plin. *Tous conviennent en ceste opinion, que la lune s'obscurcit par, &c.*
Oculos hebetat allium. Plin. *Gaste la veue.*
Venena omnia hebetat oleum. Plinius. *Affoiblit & rompt la force de, &c.*
Hebetâtus, pen. prod. Participium: vt Tela hebetata. Silius. *Rebouchez, Mousses, Resoulez.*
Hebetatio, Verbale. Plin. *Rebouchement, Resoulement.*
Hebetátrix, penult. prod. Verbale fœm. gen. vt Hebetatrix vmbra terræ. Plin. *L'ombre de la terre obscurcissant la lune.*
Hectice, héctices, siue Héctica, hécticæ, pen. corr. Species febris, quam barbari Ethicam vocant. Hermolaus.
Hedera, huius héderæ. pen. corr. Plin. *Du liarre, Hierre.*
Hedera alba & nigra. Virgil.
Baccifera hedera. Seneca.
Errantes hederæ. Virgil. Flexibiles. Ouid.
Lasciuis hederis ambitiosior. Horat.
Ligantes hederæ. Virgil. Lugubris hedera. Plin.
Nexiles hederæ. Ouid. Nigræ hederæ. Virgil.
Pallens hedera. Virgil. Tenax. Catull.
Serpentes hederæ. Virgil.
Virens. Horat. Viuax. Seneca.
Hederaceus, Adiectiuũ: vt Hederaceum vas. Cato. *Faict de liarre, ou d'hierre.* Hederacea herba. Columel.
Hederacea species. Plin.
Hederôsus, pen. prod. Adiectiuum. Propert. *Plein de liarre.*
Hedyosmos, huius hedyosmi, Latinè dicitur menta. Plin. *De la mente.*
Heheu, Dolentis interiectio. Plautus. *Un escri d'une personne qui se plaind, Helas.*
Hehem, Vide EHEM.
Hei, Interiectio dolentis & ingemiscentis. Plautus. *Un escri d'une personne qui se plaind, Helas.*
Hei vereor nequid Andria apportet mali. Terent.
Hei misero mihi. Terent.
Hei mihi. Cic. Hei hei. Plaut. *Helas, helas.*
Heiulo, Vide EIVLO.
Helcium, huius helcii. Apul. *Un collier a chevaulx.*
Helciarius, helciarii. Martial. *Qui tire un basteau, ou quelque fardeau avec des chordes.*
Helenium, helenii, Fruticis, seu herbæ genus, vulgò *Enula campana* dicitur. Plin.
Heliocaminus, heliocamini, pen. prod. Vlpian. *Lieu, ou bastiment propre & faict exprez pour recevoir & garder la chaleur du soleil, dont usoyent les anciens.*
Helioscopium, Tithymali genus colũbis gratissimũ. Plin.
Helioselinum, pen. corr. Genus apii. Plin.
Heliotropium, heliotropii, Herba. Plin. Quidam putant eam esse quæ etiam Calendula dicitur, vulgò *Du soulcie.*
Helix, huius helicis, fœm g. Plin. *Une sorte de liarre qui ne porte point de fruict.*
Helleborum, huius hellébori, pen. corr. Plin. *Du veraire.*
Triste helleborum. Catull.
¶ Helleborus, etiã in genere masculino dicitur. Colu. Virg.

Helops, hélopis, pen. corr. genus piscis. Quintil.
Heluellæ, heluellarum. Cic. *Une sorte d'herbe.*
Helucolus, Vide HELVOLVS.
Heluo, trisyllabum, heluônis, masc. g. Terent. *Un avalleur de biens & gourmand, Qui devore & consume tout, Devorateur, Galifre, Galafre.*
Heluo patriæ, per translationem. Cic.
Ille gurges atque heluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. Cic.
Concinnus heluo. Cic. Heluo impurus. Cic.
Heluo immanis & spurcissimus, item nequissimus. Cic.
Heluo librorum à Cicerone per translationem dictus, *Qui ne se peult saouler de lire livres.*
Heluor, trisyllabum, heluâris, heluâri. Cic. *Gourmander, Devorer.*
An parum heluatus est? Catull.
Heluatio, Verbale. Cic. *Gourmandise.*
Heluolus, siue Helueolus, pen. cor. Adiectiuum: vt Heluolum vinum. Cato. Colum. *Vin cleret, ou vin bailler, ou paillet, Qui n'est ne blanc ne vermeil.*
Heluus color. Varro. *Couleur bailler ou pailler, comme incarnat.*
Helxine, hélxines, pen. corr. f. g. Herba. Plin. *De la parietaire, qu'on dit parroire.* Dicitur & Perdicium, & Muralis herba, & Vrceolaris.
Hem, Interiectio irascentis. Terentius. *Une voix d'un homme riant du bout des dents parmi quelque grand despit, Un mot aussi qu'on dit par fascherie, ou en respondant a celuy qui nous huche, & en plusieurs autres manieres.*
Non hercle intelligo. S. non? hem. Terentius.
Hem pater. Terent. *Hau mon pere, Que vous plaist il mon pere.*
Non mihi respondes? M. hem, nusquam est. Terent. *Quoy? il n'y est plus.*
¶ Hem, Nouas res, & optimè audientis. Terent. Adducimus tuam Bacchidem. CLI. hem, quid Bacchidem? *Ho ho, Bacchis dea!*
Heus Sostrata. S. hem. PAR. iterum istinc excludêre. Terent. *Qui a il de nouveau?*
¶ Hem, Ecce, demonstratio facti. Terentius, Obsecro te quamprimùm hoc me libera miserum metu. D. hem, Libero. *Tien, voila ie t'en delivre.*
Hem, Dauom tibi. Terent.
Hem, aspecta, rideo. Plaut. *Tien, Regarde.*
¶ Hem, Commiserescentis. Terent. Itáne Chrysis? hem. *Helas, Quand on se complaind.* Hem scelera. Terent.
¶ Hem, Insperatũ aliquid videntis aut audientis. Terent. Daue? D. hem, quid est? *Quoy, Qu'est ce la?*
Hem opportune, teipsum quæritо. Terent. *O que tu es venu a poinct!*
¶ Hem, Perturbati animi. Terent. -hem misera occidi Infœlix, si quidem tu istæc vera prædicas.
¶ Hem, Interiectio qua mulieres in suis exclamationibus vti solent. Terent.
¶ Hem, Lætitiæ. Terent. Cesso hunc adoriri? C. Syre? hem. C. quid est?
-Postremò etiam si voles,
Desponsam quoque esse dicito. M. hem istuc volueram. Terent. *I'en suis ioyeux, Cela demandoye ie.*
Tuus hic seruus est? D. meus est. T. hem, istuc optimè, quando tuus est. Plaut.
¶ Hem, Laborantis animi. Terentius,
Occœpi mecum cogitare, Hem, biduum hic
Manendum est soli sine illa? quid tum postea? *Comment deux iours, &c.*
¶ Hem, Principium iracundiæ. Terentius, S. Sycophanta. C R hem.
¶ Hem, Ironica interiectio. Terent. Hem astutias.
-hem voluptatem tibi:
Hem tibi mel, &c. Plaut. *Voyez la ie vous prie quel, &c.*
-hem, si quid velis,
Huic mandes quod quidem rectè curatum velis. Terentius.
¶ Hem, Singultientis fletu & gaudio dictũ. Terent. Bono animo es, duces vxorẽ hanc. AE. hem. M. bono animo es Inquam. *Hoo, en souspirant.*

¶ Hem, Quasi incipientis, demonstrantísque aliquid noui se inuenisse. Terentius, D. Hem. sed mane, concrepuit à Glycerio ostium.

¶ Hem, Respondentis. Terentius, Heus heus Syre. S. hem quid est?

Hemerodromus, pen. cor. Liu. *Vn courrier, Vn poste.*

Hemicranicus, hemicránici, pen. corr. Hermolaus. *Qui est subiect à un mal de teste qu'on appelle Migraine.*

Hemicyclus, hemicycli, pen. corr. m. g. Cicero. *Vne chaire à demi ronde.*

Hemina, heminæ, pen. prod. Plaut. *Demi sextier ancien.*

Heminarius, Adiectiuum: vt Heminaria congiaria. Quintil.

Hemionium, hemiónij, pen. corr. Herba quæ alio nomine Asplenum dicitur, siue Hemionitis. Plin. Pharmacopolæ scolopendriam appellant.

Hemis, Græcè, apud Latinos transfertur Semis.

Hemisphærium, Dimidia sphæra. Varro.

Hemistichion, Dimidius versus.

Hemitritæus, hoc est semitertiana febris. Martial.

Hemixestes, masc. gen. Budæus. *Vn demisextier, dont les quatre font la pinte de Paris.*

Hemorrhois, Vide HAEMORRHOIS.

Hepar, hépatis, pen. corr. n. g. Latinè iecur dicitur. *Le foye.*

Hepatarius, pen. corr. Adiectiuum, Quod ad hepar pertinet: vt Hepatarius morbus. Plaut. *Douleur de foye.*

Hepáticus, pen. corr. Aliud adiectiuum. Plin. *Qui ha douleur de foye.*

Hepaticus morbus. Celsus.

Hepta, apud nos septem.

Hepteris, huius heptêris, penul. prod. fœm. gen. Liu. *Nauire ayant sept tireurs en chasque banc.*

Hera, Vide HERVS.

Heraclius lapis, qui & Lidius. Plin. *Vne pierre appelee Touche, sur laquelle on esprouue l'or.*

Herba, herbæ, Ab hærendo. Virgil. *Herbe.*

Agrestes herbæ. Virgil.
Altæ herbæ. Virgil.
Comantes Plin.
Coronariæ. Plin.
Fertiles. Ouid.
Florentes. Virgil.
Fœcundæ. Ouid.
Gemmantes. Virgil.
Immortales. Claud.
Impiæ. Plin.
Lætæ. Virgil.
Largæ. Horat.
Medicæ. Claud.
Miliaria herba. Plin.
Molles herbæ. Virgil.
Morientes. Virgil.
Murales. Plin.
Nocentes. Horat.
Opaca herba. Ouid.
Operosæ. Ouid. *De grande efficace, Qui ont grande vertu.*
Pallentes. Virgil.
Pollentes. Ouid.
Potentes. Virgil.
Pubentes. Virgil.
Rosidæ. Columel.
Salaces. Ouid.
Salutiferæ. Ouid.
Spinosæ. Ouid.
Suaues. Virgil.
Surdæ & ignobiles. Plin.
Surgentes. Virgil.
Teneræ. Ouid.
Viridantes. Lucret.
Virides. Ouid.
Vitiatæ. Ouid.

¶ Adoptare herbam. Plin.
Arent herbæ. Virgil.
Carpere herbam. Plin.
Sitiunt herbæ. Virgil.

Hérbula, hérbulæ, pen. corr. Diminutiuum. Cic. *Herbette.*

Herbaceus, Adiectiuum. *D'herbe, Qui est encore en herbe.*

Herbaceum amomum. Plin. *Resemblant à l'herbe.*

Herbeus, Aliud adiectiuum: vt Oculi herbei. Plaut. *Yeulx verts comme pré.*

Hérbidus, pen. corr. Aliud adiectiuum. Plin. iunior. *Plein d'herbes, Herbu.*

Herbidus potus. Plin.
Herbidæ segetes. Colum.
Herbidus locus vel campus. Liu.
¶ Herbidus color. Plin. *Couleur verde.*

Hérbifer, pen. corr. herbifera, herbíferum: vt Herbifer mons. Plin. *Ou il croist force herbes, Ou il y a grand pasturage d'herbes.*

Herbósus, pen. prod. Adiectiuū. Plin. *Abondant en herbes, Herbu.*

Agger herbosus. Ouid.

Herbasco, siue Herbesco, herbescis, herbéscere. Cic. *Deuenir en herbe.*

Herbascere. Plin. *Engendrer des herbes, Faire venir des herbes.*

Herbilis, Adiectiuū: vt Herbilis anser. Festus. *Nourri d'herbes.*

Herbarius, Aliud adiectiuum: vt Ars herbaria. Plin. *La science de congnoistre les herbes, & la vertu d'icelles.*

Herbarius, Substantiuum. Plin. *Vn herbier.*

Hercisceor, hercisceris, Vide ERCISCEOR.

Hercle, siue hercule, Iurandi aduerbium: quasi dicas per Herculem. Plaut. *Ainsi m'aide Hercules, Par Hercules. Maniere de iurer ancienne.*

Hercle, ornatiua aliquādo particula, teste Donato. Terent. Puer hercle est.
Hercle sine dubio erit ignominia. Cic.
Bene hercle faciunt. Cic.
Mehercle. Cic.
Mea quidem hercle certè in dubio est vita. Terent.
Quodnam quæso hercle? Terent.
Ego te obsecro hercle vt audias. Terent.
Faciam hercle sedulò. Terent.
-omitte verò tristitiam tuam.
C. Ego illam hercle verò omitto. Terent.
¶ Hercule, Idem quod hercle & certè. Cic.
Et hercule confecta omnia fœda & inhonesta sunt. Cælius Ciceroni.
Sed hercule facilè patior datum tempus. Cic.
Mehercule etiam aduentu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, &c. Cic.

Hercules, pro Hercle vel Hercule. Cic. Licet hercules vndique omnes terrores, minæ, periculáque impédeant omnia, succurram, atque subibo.
Hercules quidem. Cic. Et hercules hæ quidem extant.
Me hercules. Cic.
Verè me hercules hoc dicam. Cic.

Herculeè, Aduerbium ab Hercules, pro Fortiter. Cic. Nunc fert etiam herculeè.

Here, pro heri, dicebatur à veteribus. Est autem aduerbium temporis. Terent.

Heri, Aduerbium temporis. Plaut. *Hier.*
Lepidus ad me heri vesperi literas misit. Cic.

Herigeron, Vide SENECIO.

Herilis, Vide HERVS.

Herinaceus, herinacei qui & herix & hericius. Plinius. *Herisson.*

Hermathena, hermathénæ, pen. prod. Statua Mercurium & Mineruam coniungens. Cic. Est etiam nomen mulieris doctæ, sapientis, & eloquentis. B.

Hermupoa, Herba. Latini Mercurialem vocant. Plin.

Hernia, huius herniæ, f. g. Mart. *Rompeure, Greueure, Hergne.*

Herniósus, pen. prod. Adiectiuū. *Qui est rompu, Greué, Hergneux.*

Heros, huius herôis, pen. prod. m. g. Virgil. *Vn homme ayant quelque chose de vertu plus que de l'homme, Homme heroique.*
Delecti heroes. Virgil.
Magnanimi heroes. Virgil.
Maximus heros. Virgil.
Semidei heroes. Stat.

Herôis, pen. prod. heróidis, pen. corr. f. g. Mart. *Femme plus que vertueuse, Vertueuse par dessus les autres, Femme heroique.*

Heroína, huius heroínæ, pen. prod. Idem. Propert.

Heróicus, pen. corr. Adiectiuum: vt Heroica ætas. Cic. *Le temps auquel les hommes estoyent de vertu excellente.*
Heroicæ personæ. Cic. *Personnes heroiques.*
Heroica tempora. Cic.
Heroicus versus dictus, quòd eo genere carminis heroum gesta describantur. Cic.

Heróum, heróï, pen. prod. n. g. Cic. *Monument, ou sepulchre erigé & basti à l'honneur d'aucun personnage, en memoire de ses grandes & excellentes vertus.*

Heróus, penult. prod. Adiectiuum: vt Heroi pedes, quibus in carmine heroico vtimur. Cic.
Heroi carminis opus. Propert.

Herus, heri. Terent. *Maistre.*

Hera, heræ. Terent. *Maistresse.* Formosa hera. Ouid.

Herilis, & hoc herile, penult. prod. Plaut. *Du maistre, Appartenant au maistre.*
Herilis filius. Terent. *Le filz du maistre.*
Arbitrium herile. Valer. Flac.
Verna ministeriis ad nutus aptus heriles. Horat.
Herifuga, herifugæ, pen. corr. m. g. vt Famuli herifugæ. Catul. *Qui s'enfuyent d'auec leur maistre.*
Hesperus, hésperi, pen. corr. m. g. Virgil. *L'estoile qui se leue la premiere apres soleil couché.*
Hesperugo, penul. prod. hesperúginis, pen. corr. fœm. gen. Idem. Seneca.
Hesternus, Adiectiuum. Terent. *D'hier.*
Hesternus dies. Cic. *Le iour d'hier.*
Hesterna disputatio. Cic.
Hesternum decus. Liuius, Pœnis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus. *Mettans peine a garder l'honeur qu'ils auoyent acquis le iour de deuant.*
Luce hesterna vidi. Ouid.
Nocte hesterna lenior aura fuit. Ouid.
Heteroclitōn, pen. corr. interpretari potest alienæ & insolitæ declinationis.
Heu, Interiectio dolentis, Nominatiuo, datiuo, accusatiuo iungitur. *L'escri d'une personne qui se complaint, Helas.*
Nominatiuo. Virgil. Heu pietas, heu prisca fides.
Datiuo. Plaut. -heu misero mihi.
Accusatiuo. Plaut. Heu literas minutas! *Mon dieu que ces lettres sont petites!*
Heu me miserum! Terent. Cic. *Helas miserable que ie suis!*
¶ Heu, heu, quàm ego malis perdidi modis quod tibi detuli. Plaut. *Helas, helas.*
Heus, Aduerbium vocantis. Plaut. *Une voix qu'on dit quand on appelle aucun, Hau, Hé, Hola, Oyez la, Venez ça.*
-heus vos, Aperite hoc. Plaut. *Hola, Ouurez.*
Heus euocate huc Dauum. Terent.
¶ Heus, significationem habet nominis ad intentionem considerationémque reuocandi. Terent. -heus Proximus sum egomet mihi. *Escoute, tu scais bien que, &c.*
¶ Sed heus tu, Reuocantis particula. Cic. Sed heus tu, celari videor à te. *Mais vien ça, il semble, &c. Mais escoute.*
¶ Heus, dolētis. Virg. Heus etiam mēsas cōsumimus. *Helas.*
¶ Heus, heus. Terent. Verum hercle istuc est, Syre, Syre inquam, heus, heus Syre *Escoute, escoute Syre.*
Heus heus. P. hic quis est? Terent. *Hola, hola.* P. *Qui est ce la?*
Hexaclinum, pen. prod. Martial. *Six licts sur lesquels anciennement on se mettoit pour boire & pour manger.*
Hexagonus, Adiectiuum, pen. prod. Columel. *Qui ha six angles & encoigneures.*
Hexameter, hexámetri, pen. corr. Mart. *Un vers de six pieds.*
Hexaphorum, pen. corr. Martial. *Une lictiere a bras que six seruiteurs portoyent.*
Hexeris, huius hexēris pen. prod. fœm. gen. Liu. *Nauire ayāt six tirans a la rame en chasque banc.*

H I

Hiasco, Hiatus, Vide H I o, hias.
Hibiscus, hibisci, masc. gen. vel Hibiscum, neut. gen. & à quibusdam Ebiscus. Plin. *Une herbe qu'on appelle Mauluet on selon aucuns, Meuue gansu.* Vide Malua syluestris.
Hibris, hibridis. Plin. *Porceau sauuage, engendré d'un sanglier & d'une truye domestique & priuee.* Sunt qui scribant per y Græcum Hybris.
Hic, hæc, hoc, Pronomen demonstratiuum.
Hic. Terent. *Cestuy ci qui est aupres de moy, ou de qui ie parle.*
¶ Hic, pro Ego ipse. Terent. Tu si hic sis, aliter sentias. *Si tu estois moy (en se monstrant) tu dirois bien autrement, Si tu estois en mon lieu.*
Ne comparandus hic quidem ad illum est. Terent. *Il n'y a point de comparaison entre cestuy ci & cestuy la, Cestuy ci certes n'est point digne d'estre comparé a cestuy la.*
Hæc dies aliam viam affert, alios mores postulat. Terent. *Ce iourd'huy, Ce temps ici.*
Mensis hic. Terent. *Ce mois ici ou nous sommes.*
Puer hic vnde est? Terent. *Cest enfant dont est il?*
Hic quis est? Terent. *Qui est cestuy ci?*
Hic ipsus est de quo agebam. Terent. *C'est cestuy ci mesme.*
Hic meus amicus. Terent.
Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo. Terent. *Ceste opinion que tu as.*
Hunc istum otii & pacis hostem. Cic.
Huic illi legato. Cic. *A cestuy la.*
¶ Hic somnus est mihi. Plaut. *C'est ma coustume de dormir.*
¶ Hæc illa est misericordia. Terent. *Voila la pitié.*
Hæc ea est quam miles à me vi nunc ereptum venit. Terent. *C'est celle la mesme.*
Vna hæc spes est, vbi est, diu celari non potest. Terent. *Voici tout mon reconfort, la chose, &c.*
Est ad hanc manum sacellum. Terent.
Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. Terent. *Par ainsi, En ce poinct, Par ce moyen.*
¶ -agedum, hoc mihi expedi. Terent. *Ceci.*
¶ Hoc, Ablatiuus, pro Propter hoc. Plin. iun. Tamen hôc quòd sedent, quasi debilitantur. *Par ce qu'ils sont assis.*
Hoc, pro tanto, sequente Quo. Cic. *D'autant plus que, &c.*
Hoc, sequente Quòd. Cic. Consilio vestro vtar libenter, & hoc libentius, quòd, &c. *D'autant plus volontiers que, &c.*
¶ -tum hoc alterum Id verò est, quod mihi puto palmarium. Terent. *Cest autre.*
Iam hoc aliud est quod gaudeamus, miles pellitur foras. Terent. *Voici maintenant une autre chose.*
Quid est quod tibi mea ars efficere hôc possit amplius? Terent. *Plus que ceci, D'aduantage.*
Hoc ætatis. Plaut. Ne nauigarem tandem hoc ætatis senex. *En cest aage ci.*
Ad hoc æui nunquam produntur. Plin. *Iusques a cest aage ci.*
Hoc biduum. Terent *Ces deux iours ci.*
-crede hoc meæ fidei, Dabit hic aliquam pugnam denuó. Terent. *Croy moy de ceci, Cestuy ci, &c.*
Hoc dic modò, sororem illam tuam esse. Terent.
Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hîc. Terent.
Hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse? Terent. *Est ce ci le faict d'un pere, ou le faict d'un filz?*
Hoc est signi, vbi primùm poterit, se illinc subducet, scio. Terent. *Ce signifie que, &c. Ceci nous monstre bien que si, &c.*
In exilium, hoc est, in aliam ciuitatem. Cic. *C'est a dire.*
Hoc est dicere, Nō es dignus tu qui habeas quæ tā, &c. Cic.
Hoc facito. S. rectè sane. D. hoc fugito. S. callidè. D. Hoc laudi est. S. isthæc res est. D. hoc vitio datur. S. probissimè. Terent.
Cum tanto munere hoc. Terent.
Idem hoc tu ais? Terent. *Ce mesme.*
Hoc commodi est: quòd ita vixerunt, vt testes omnes, &c. Cicero.
-quid hoc hominis? Terent. *Quelle sorte d'homme est ce la?*
Hoc honoris mei causa suscipe. Cic. *Pour l'honneur de moy.*
Hoc literularum exarauit. Cic. *Ce peu de lettres.*
Si hoc mentis habuissent. Quintil. *S'ils eussent eu ce peu d'entendement.*
Di boni quid hoc morbi est? Terent. *Quelle sorte de maladie est ce ci?*
Qui hoc noctis à portu ingratis excitauit. Plaut. *Ceste nuict.*
Hoc noui. Cic.
Quid hoc sceleris? Terent.
Edormiscam hoc villi. Terent. *Ce vin que i'ay beu.*
Hoc nisi fit, puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiæ. Terent. *Si ceci ne se faict.*
Hoc nouum est aucupium. Terent.
P. Iam hoc opus est. Terent. *Nous auons a faire de ceci tout a ceste heure.*
Vigilabis lassus, hoc plus facies. Terē. *Tu feras cela d'aduātage.*
-hoc primum in hac re prædico tibi, Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ. Terent. *Tout premierement, En premier lieu.*
Nunc hoc primum est, ad illas ibo vt purgem me, accedam ad fores. Terent.
Primum hoc mihi responde, quum, &c. Terent.
Hoc ecastor est, quòd ille it ad cœnam quotidie. Plautus. *C'est la cause pourquoy, &c.*

Hoc est quamobrem vitam amet. Plaut. *Voici pourquoy, &c.*
Hoc quid sit. Terent. *Ie ne scay que tu veuls dire par cela.*
Hoc quid sit vereor. Terent. *Ie crains fort que ce peule estre.*
Vnum hoc scito, contumeliæ non me fecisse causa, sed amoris. Terent.
Vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem Recipiatis. Terent.
Profectò hoc verè dicunt, si absis vspiam, aut Vbi si, &c. Terent. *On dit bien vray, il est bien vray ce qu'on dit.*
Vtrunque hoc falsum est. Terent.
¶Huius non faciam. Terent. *Il ne m'en chauld pas de ceci.*
¶His legibus quum tu dare vis, cedo, nuptias adorna. Plaut. *Par tel si & condition.*
Vxorem his moribus dabit nemo. Terent. *A homme qui soit de telles meurs.*
Hicce, hæcce, hocce, Idem est quod Hic, hæc, hoc. Terentius, Hisce oculis egomet vidi. *De ces yeulx ci.*
Hocce tempus. Terent. *Ce temps ci.*
Hiccine, hæccine, hoccine, penult. corr. Id est talis. Semper cum interrogatione. Terent. Hiscine tu amabo non contrà insidiabere? *Et tu ne leur feras pas la guerre?* Quidam vnico c scribunt, Hicine.
Hanccine vitam? hosceine mores? hanc dementiam? Terent. *Est ce ainsi que, &c.*
Hiccine est Simo? Terent. *Mais n'est ce point ci Simo?*
Hoccine credibile est, aut memorabile, Tanta vecordia, &c. Terentius. *A sçauoir mon? Seroit il bien possible? Quoy? est ce chose de croire?*
¶Hiccine, Dubitatiuè. Liu. Haud nihil ambigam hiccine fuerit Ascanius, an maior, &c. *Si cestuy, &c.*
Hìc, Aduerbium in loco. Terent. *Ici ou ie suis.*
¶Hìc, pro Tum, Aduerbium temporis. Cic. Hìc illi flentes rogare atque orare cœperunt. *Lors, Alors.*
¶Ita me di ament, Lycurgus posset hìc ad nequitiam adducier. Plaut. *En telle affaire.*
Hinc, Aduerbium de loco. Plaut. *D'ici ou ie suis.*
Hinc ab læua. Plaut.
-hinc ab dextera Venire me assimulabo. Terent.
Hinc ab ianua. Terent. *De ceste porte ci.*
Hinc ciuis est. Terent. *Bourgeois de ceste ville.*
Hinc à nobis profecti in cælum reperientur. Cic. *D'ici d'auec nous.* Abest hinc de. Plaut.
Via quæ est hinc in Indiam. Cic.
Hinc empta. Terent.
Quidam hinc nati. Cic.
Ad cœnam hinc eo. Terent.
Hinc euoca aliquem foras. Terent.
Hinc ex Attica abrepta. Terent. *De ce lieu & ville d'Athenes.*
Hinc ex proximo. Plaut. *D'ici aupres.*
Ex ara hinc sume verbenas tibi. Terent.
Hinc intrò concedam Terent.
Raros colligis hinc & hinc capillos. Martialis. *D'un costé & d'autre.* Hinc atque hinc glomerantur. Virgil.
Coemisse hinc quæ illuc veheres multa. Terent.
Hinc illinc. Liu. *D'ici dela.*
-dum cognatus hinc Illinc veniret exepectantem? Terent. *Deca & dela, De costé & d'autre.*
Hinc atque illinc totus Septentrio eremigatus. Plin. *D'une part & d'autre.*
Hinc & illinc exhibent mihi negotiū. Plaut. *De toutes parts.*
Hinc illincque. Cic.
Hinc inde. Plin. iunior. *D'une part & d'autre, De touts costez.*
Cubitis trudit hinc & inde conuiuas. Martial.
Ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Quintil. *De ce.*
Conueni hodie quendam mei loci hinc. Terent. *Qui estoit d'ici dont ie suis.*
¶Hinc illæ lachrymæ. Terent. *De ceci, on pour ceci estoient ces pleurs, ces larmes.*
Hinc totum odium, hinc omnis offensio. Cic.
¶Hinc scibo iam vbi siet. Terent. *Ie sçauray de luy la ou il est.*
¶Hinc. Cic. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. *De ce costé ci.*

¶Hinc volucrum naturæ dicentur. Plinius. *D'ici en auant, Ci apres.*
Hàc, Aduerbium per locum. Terent. *Par ci ou ie suis.*
Hac iter est. Virgil. Hac, pro illac. Terent. *Par la.*
-ita nunc hac, an illac eam, sum incerta Consilii. Plaut. *Par ci, ou par la.*
Hac illac circuncursa. Terent. *Ca & la, De toutes parts, Par ci par la.*
¶Hac non successit, alia aggrediamur via. Terent. *En ceste sorte.*
Huc aduerbium ad locum. Plaut. *Ici ou ie suis.*
Huc abii cum illo Terent.
Huc in medium agmen. Terent.
Huc in vrbem. Terent. *Ici en la ville.*
Huc te accersi iussi. Terent.
Illum huc corà m adducam. Terent.
Huc deducta est ad Thaidem meretricem. Terent.
Heus euocate huc Dauum. Terēt. *Appelez Dauus qu'il viēne ci.*
Te secretò huc foras seduxi. Plaut.
Cesso huc intrò irrumpere? Terent.
Prodeambulare huc libitum est. Terent.
-huc prouisò, vt, vbi tempus siet, Deducam. Terent.
Secede huc nunc iam si videtur. Plaut.
Renumeret dotem huc, eat. Terent. *Qu'il me rebaille ici presentement ce qu'il a eu en mariage, & qu'il s'en aille*
Pamphilam ergo huc redde, nisi mauis eripi. Terent. *Rends la moy maintenant, ou tout presentement.*
¶Omnia hæc nunc verba huc redeunt. Terēt. *Tendēt a ceci*
Rem huc deduxi, vt, &c. Cic. *Iusques ici.*
¶Huc & huc ora vertere. Horat.
¶Huc illuc. Tacit. Huc illuc ferens arma.
Huc & illuc. Cicero, Ne cursem huc & illuc deterrima via. *Ca & la.*
Pars quæ hominem huc & illuc rapit. Cicero. *D'une part & d'autre.* Nunc huc, nunc illuc. Virgil.
Huc & illuc vos versate. Cic. *Faites du mieulx & du pis que vous pourrez.* B.
Huccine tandem omnia reciderunt? Cic. *En cest estat.*
Hucusque. Plin. *Iusques ici.*
Hierarchia, pen. prod. Latinè sacer principatus dicitur.
Hierobotane, Herba. Plin. *Veruaine.*
Hieroduli, pen prod Sacrorum ministri. Firmicus.
Hieroglyphicæ, pen. corr. Literæ sacræ.
Hila, Vide HILLA.
Hilaris, & hoc hilare, pen. corr. Plaut. *Ioyeux & gay, Gaillard.*
Oderunt hilarem tristes. Horat.
Hilaris animus. Cic.
Hilare causædium. Plin. iunior *Plaisant.*
Hilarem diem sumere. Terent *Passer une iournee en toute ioye.*
Hilare ingenium Plaut. *Ioyeuse chere.*
Hilarem in modum. Cic. *Ioyeusement.*
Probitas hilaris. Stat. Hilari vultu atque læto. Cic.
Hilaris & Tristis opponuntur. Quintil.
Populus hilaris Ouid.
Hilarus, hilara, hilarum, pro eodem. Terent. Hodie modò hilarum fac te. Hilara vita. Cic.
Hilara sanè Saturnalia. Cic. *Ou l'on s'est fort recreé & resiouy.*
Hilarulus, pen. corr. Diminutiuum. Cic. *Vn peu ioyeux.*
Hilaritas, pen corr. hilaritàtis. Cic. *Ioyeuseté, Gayeté, Resiouissance.*
Hilaritas & Lætitia Cic.
Hilaritas & Tristitia, contraria. Cic.
Multa hilaritas. Cic. Hilaritatem afferre. Plin.
Hilaritatem amittere. Cic.
Hilaritate aliquem conspergere. Cic.
Hilaritatem eripere alicui. Cic.
Hilaritas diei. Colum. *Beaulté du iour.*
Hilarè, pen corr. Aduerbium. Quod & hilariter dicitur. Cic. *Ioyeusement.* Hilarius loquuti. Cic.
Hilarè & libenter ei cupienti audire nostra, dixi sine te omnia muta esse. Cic.
Epulatus hilaré. Tacit.
Ecquid audes de tuo istuc addere? P. atq; hilarissimé. Plaut.
Hilaro, hilaras, pen. corr. hilaràre. Cic. *Resiouir, Delecter.*

Hilaror, hilarâris, Passiuum. Plin. *Estre resiouy.*
Huius suauitate maximè hilaratæ sunt Athenæ. Cic.
Animum hilarare. Catull. *Se regaillardir.*
Hos vbi facundo tua vox hilarauerit ore. Ouid.
Hilaresco, hilarescis, hilaréscere. Varro. *S'esiouir, Se regaillardir.*
Hilaria, hilariorum, pluraliter tantùm, neut. gen. Macrob. *Le iour de quaresme prenant, Le mardi gras.*
Hilla, hillæ, fœ. g. vel Hilla, hillorum, neut. g. Horat. *Endoille.*
Hillæ infumatæ. Plaut. *Qui ont esté pendues a la cheminee.*
Hilum, huius hili. Festus. *Vne petite chose noire qui est au cul d'une febue.*
Hilum. Cic. *Chose petite & de neant.*
Nec proficis hilum. Cic. *Tu ne gaignes rien, Tu perds temps, Tu perds ta peine.*
Hinc, Vide HIC.
Hinnio, hinnis, hinniui, hinnitum, penult. prod. hinnire. Quintil. *Hennir.*
Hinnitus, huius hinnitus, pen. prod. Liu. Cic. *Hennissement.*
Acutus hinnitus. Virgil. *Hault & cler.*
Edere hinnitus. Ouid. *Hennir.*
Hinnus, hinni, masc. gen. Varro. *Vne mule ou mulet engendré d'un cheual & d'une asnesse.*
Hinnulus, hinnuli, pen. corr. Diminutiuum. Plin. *Vn faon de biche ou d'autre beste, Bichetteau, Veau de biche.*
Hinnulus, dicitur etiam qui patre equo, matre asina natus est, quem quidam burdonem nominant. Plin.
Hinnuleus, idem. Horat.
Hio, hias, hiâre. Plin. *Baailler.*
Hiare, *S'ouurir & sentrebaailler de soymesme, ou par quelque violence, Se fendre, Se gerser.*
Hiauit humus multa, vasta, & profunda. Sallust.
Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Propert. *S'ouurir & s'espanouir.*
Terra æstibus hiat. Colum. *Se fend de chaleur.*
Hians, hiantis, Participium, siue Nomen ex participio. *Qui baaille, ou est entr'ouuert.*
Emptorem inducere hiãtem. Horat. *Ayãt grãd desir d'acheter.*
Hiante auaritia Verres. Cic. *Baaillant d'auarice.*
Cupiditates hiantes. Tacit.
Hians oratio. Quintil. *Mal ioincte.*
Mutila & hiantia loqui. Cic. *Parolles qui ne sentretiennent point.*
Disiuncti atque hiantes concursus literarum. Cic.
Hiatus, huius hiátus, penult. prod. masc. gen. Cic. *Ouuerture de la bouche, Baaillement.*
Conspecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit. Plin.
Extremus expirantis hiatus. Quintil.
Immani fauces diducit hiatu. Silius.
Hiatus ex concursu vocalium. Cic.
¶ Hiatus terræ. Cic. *L'ouuerture de la terre, quand de soymesme, ou autrement, elle s'ouure & s'entrebaaille.*
Deuorari subito telluris hiatu. Ouid.
Patuli hiatus fontis. Ouid.
Profundus hiatus. Plin.
Hisco, hiscis, hiscere, Inchoatiuum verbum. *Baailler de sommeil qu'on ha, ou d'ennuy.*
¶ Nec hiscere quisquam audebat. Liu. *Il n'y auoit personne qui osast seulement ouurir la bouche.*
Respondebisne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? Cic.
¶ Hiscere. Plaut. *S'ouurir, ou estre ouuert, Se gerser.*
Miles. Vlp. *Appariteur, Bedeau, ou sergeant d'un iuge ou d'un Magistrat, Geollier & gardeur de prisonniers.*
Militia, militiæ. Cic. *Guerre.*
Acer militiæ. Tacitus. *Aspre a la guerre.*
Decora militiæ. Liu. Labor militiæ. Ouid.
Facta splendida militiæ. Ouidius. Maturus militiæ. Liu.
Piger militiæ, & malus. Horatius.
Gnarus militiæ. Tacit.
Impiger militiæ. Tacit. Rudimenta militiæ. Stat.
¶ Acris militia. Horat. Intenta. Tacit.
Grauis militia. Horat. Longa. Horat.
Imaginaria militia. Suet. Pia militia. Ouid.
Impigra militia, Vide IMPIGER. Trux militia. Statius.
Tumultuaria militia. Gellius.
¶ Colere militiam. Ouid. *Hanter & frequenter la guerre.*
Detrectare militiam. Ouidius.
Dare nomen militiæ. Cicero. *Se faire enrouller pour aller a la guerre.*
Togatæ militiæ exercere munera. Ouid.
Sæuam militiam ferre. Horat.
Segni fungebantur militia. Liu. *Ils alloyent laschement en besongne.* B.
Proficisci in militiæ disciplinam. Cic. *Aller apprendre le train de la guerre.*
Soluebatur militia. Tacit. Tolerare militiam. Virgil.
Signa militiæ tueri. Ouid.
Militia vacare. Quintil. *Estre exempt d'aller a la guerre.*
¶ Militiæ, genitiuus, aduerbii vice positus, vt Domi. Terent. Vnà semper militiæ & domi fuimus. *En temps de paix & de guerre.*
¶ Militia vrbana. Cic. *Le train & estat de la longue robbe.*
Veneris militiam pati. Propert.
Milito, militas, pe. cor. militâre. Plaut. *Suyure la guerre, Militer.*
Qui in eadem legione militabat. Cic.
Didicit sub Hannibale militare. Plin. *Il apprind le train de la guerre soubs Annibal.*
Iuuentus omnis sub signis militat tuis. Liu.
Militare mercede. Curtius.
Catulus militat in syluis. Horat.
Militatur, legitur apud Plautum. Bellum militatur. Horat.
Militâris, & hoc militâre, pen. prod. Adiect. vt Militaris homo. Plaut. *Vn homme de guerre.*
Ætas militaris. Tacit. *Aage militaire, Idoine a suyure les armes & hanter la guerre.*
Militaris industria. Plin. *Industrie militaire.*
Manus militares. Seneca.
Nauare operam militarem. Liu.
Rem militarem discere. Cic. *Apprendre le faict de la guerre.*
Sepimentum militare. Varro. Signa militaria. Cic.
Timor militaris. Plau.
Via militaris. Varro. *Le grand chemin Royal.*
Militáriter, pen. cor. Aduerbium. Liu. *A la maniere & facon des gens de guerre, En homme de guerre, Militairement, En gendarme.*
Militaris, Militia, Milito, militas, Vide MILES.
Milium, milii. Plin. *Du millet.*
Liba de milio. Ouid.
Miliarius, Adiectiuú: vt Miliaria auis. Varro. *Qui vit de millet.*
Miliaria herba. Plin. *Herbe qui tue & estrangle ou fait mourir le millet.*
Mille, Substantiuum, neutri generis, declinatur hoc mille, huius mille, *Vn millier*. Pluraliter hæc millia, horum millium. Genitiuo iungitur. Plaut. Mille annorum viuunt. *Mille ans.*
Centum millia frumenti. Horat.
Octo millia nummorum. Horat.
Curarum millia. Propert.

Multis cum millibus ibat. Virgil.
¶ Mille etiam adiectiuum est, & tunc tantùm declinatur pluraliter, mille, horum mille, &c. *Mille.* Plaut. Qui tibi mille passus peperit moræ.
Per mille & quingentos passus. Colum.
Tercentum mille cadi. Horat.
Mille sunt vsus arborum. Plin. *On se sert des arbres en mille manieres.*
Mille pro numero infinito. Virgil.
Millésimus, pen. cor. Adiectiuum. Cic. Millesimam partem vix intelligo. *La milliesme partie.*
Milliarius, Adiectiuum: vnde Apri milliarii. Varro. *Pesants mille liures.*
Milliarius grex. Varro. *Vn trouppeau de mille brebis.*
Porticus milliariæ. Sueto. *Ayants chascun mille pas.*
Milliarium, milliarii: & hoc Milliâre, milliâris, penul. prod. Sueton. Cic. *L'espace de mille pas, Vne demie lieue.*
Accepi tuas literas ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentissime. Cic.
¶ Milliarium. Cato. Columel. *Vn vaisseau d'arain, hault & estroict.*
Millies, Aduerbium. Terent. *Mille fois.*
Plus millies iam audiui. Terent. *Plus de mille fois.*
Tædet iam audire eadem millies. Terent.
Quinquies millies. Plin. *Cinq fois mille.*
Millies reuocatum est. Cic.
Millies oppetere mortem, quàm illa pati maluisset. Cic.
Millefolia, millefoliæ, Herbæ genus, quæ aliàs Panax heracleus, siue Sideritis dicitur. Plin.
Millefolium, Herba. Plin. *Millefueille.*
Millepeda, millépedæ, pen. corr. Plin. *Vne chenille.*
Milliarium, Millies, Vide MILLE.
Millum, vel Millus, milli. Varro. *Vn collier qu'on met aux chiens, principalement de chasse.*
Miluus, milui: vel Miluius, miluii. Terent. Ouid. *Vn milan, Vne escoufle, Vn hua.*
Auidus miluus. Ouid.
Rapax miluus. Martial.
¶ Miluus, de homine rapaci dicitur, per translationem. Plautus.
¶ Miluus. Plin. *Vne sorte de poisson.*
Miluînus, pen. prod. Adiectiuum. *De milan.*
Vngulæ miluinæ. Plaut.
Plumæ miluinæ. Plin. *D'un milan.*
¶ Miluinus pullus, per translationem. Cic. *Rauisseur.*
¶ Miluinus pes. Colum. *Vne herbe appelee pied de milan.*
Mimus, mimi. Cic. *Qui contrefait toutes gestes & contenances.*
Agere mimum. Iuuenal.
Mimo subseruire. Budæus. *Faire le contre, & seconder aucun pour faire quelque finesse.*
Ne pœna acrior mimum omnem diuulgaret. Sueton. *De craincte que s'il l'eust plus aigrement puni, le monde n'eust sceu la farce.*
Mima, mimæ. Cic. *Celle qui contrefait toutes gestes & contenances.*
Mimula, mimulæ, pen. corr. Diminutiuum. Cic.
Mimicus, pen. corr. Adiectiuum. Plin. iunior. *Appartenant a tel contrefaiseur.*
Ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. Cic.
Mina, minæ, apud Græcos idem est quod libra, & pondo apud Romanos. Plin. *Vne sorte de monnoye valant dix escus couronne.*
¶ Mina. Var. *Vne piece de terre contenant cent vingt pieds de large, & autant de long.*
¶ Minam ouem Varro interpretatur ventre glabro. *Pelee soubs le ventre.*
Minaciæ, minaciarum, à Plauto dicuntur, quas minas dicimus. *Menaces.*
Mináciter, pen. cor. Aduerbium. Vide Minax in MINAX.
Minæ, minarum, pluraliter tantùm. Cic. *Menaces.*
Verba plena minarum. Horat.
Pelagi cælique minæ. Virgil.
Feroces minæ. Seneca.
Hybernæ minæ. Tibull. *Menaces de l'yver.*
Inanes. Horat. Rigidæ minæ. Ouid.
Infractæ. Sil. Sæuæ. Ouid.
Nullæ in frõte minæ. Oui. Tristes minæ. Seneca.
Rapaces fati minæ. Senec. Tumidæ. Horat.
¶ Compescere minas. Sil.
Compesce diras irarum minas. Seneca.
Contundere minas alicuius. Horat.
Effundere minas. Lucan. Inanes exhaurire minas. Stat.
Flectere minas alicuius. Valer. Flac.
Quas gerit ore minas! Stat.
Verba horrebant sæuis minis. Ouid.
Minas iactare, pericula intendere. Cic. *Menacer.*
Impellere minas belli. Lucan.
Clamore ac minis aliquem insequi. Cic. *Crier apres luy & le menacer.*
Intendere minas alicui. Tacit. *Menacer.*
Rigidas intonare minas. Ouid.
Languescunt minæ. Stat. Negligere minas. Cic.
Obsistere minis vatum. Lucret.
Inanes minas ponit mare. Lucret.
Di prohibete minas. Virgil. Tollere minas. Virgil.
Vanæ tumuere minæ. Lucan.
¶ Minæ. Virgil. *Les creneaulx d'une muraille.*
Minor, minâris, minâtus sum, minari. Cic. *Menacer.*
Bellum minantur hæc armenta. Virgil.
Cauda vnca minatur scorpius. Ouid.
Cladem minantur dei. Lucan.
Crucem minatur illi. Cic. *Il le menace de crucifier.*
Multa & præclara minari. Horat.
Multa ac metuenda minari. Ouid.
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. Ouid.
Pœnas minari magnas. Tibul. Prælia minari. Ouid.
Vulnera sæua minari. Ouid.
¶ Minatur exurere. Plaut.
Ab hac minatur sese abire. Plaut.
Minatur abiturum se. Terent.
¶ Minari, interdum significat Eminere. Virg. *Se monstrer, saillir & sortir.*
Minans, Participium. Ouid. *Menaceant.*
Gladii triste minantes. Lucan. Verba minantia. Ouid.
Minatio, Verbale. Cic. *Menacement.*
Minanter, Aduerbium. Ouid. *En menaceant.*
Minito, minitas, penult. corr. minitâre, Frequentatiuum, & Minitor, Deponens. Plaut.
Mortem fratri est minitatus. Cic.
Vobis atque huic vrbi ferro flammáque minitantur. Cic. *Il vous menacent de tuer & brusler, De vous mettre a feu & a sang.*
Minitans, pen. corr. Participium. Cic.
Minitanti Philippo per literas, se omnia, quæ conarentur, prohibiturum, &c. Cic.
Bellum minitantes. Quintil.
Vulnera minitans curuata cuspide scorpius. Ouid.
Minitabundus. Liu. *Menaceant.*
Tum quoque minitabundus petebat. Liu.
Minax, minacis, pen. prod. o. g. Virg. *Qui menace, Menaceur.*
Aer minax nubibus. Ouid.
Animi minaces. Ouid. Fluuios tentare minaces. Virgil.
Arcus minaces. Horat.
Boues minaces cornu. Ouid. Ira minax. Valer. Flac.
Literæ minaces & acerbæ. Cic.
Murmur minax cornuum. Horat.
Oculi in morte minaces. Lucan.
Scopulus minax. Virgil. Sermones minaces. Cic.
Serpens minax vibrante lingua. Lucret.
Somnia minacia. Cic. Vincla minacia. Ouid.
Vnda minax Ponti. Horat.
Voce minaci terrere aliquem. Horat.
Mináciter, pen. corr. Aduerbium. Plaut. *En menaceant.*
Minaciter fremunt. Liu.
Prohibentibus minaciter Decemuiris. Liu.
Minaciter terrere. Cic. Minaciter expostulare. Plin.
Minacius. Cic. Num putatis P. C. dixisse eum minacius, quàm facturum fuisset

Minarrio, minarris, minarrîre, Propriû palũbis. Ælius Spartianus. *Roucouler. C'est le propre d'un pigeon ou coulõ ramier.*
Minax, Vide Minor, minaris, in MINAE, minarum.
Minerua, disciplinarum dea, quæ Græcè Pallas dicitur.
Pingui, seu crassa Minerua aliquid agere. Cic. Colum. *Grossement & lourdement.*
Sus Mineruam: subaudiendum docet, aut monet. Cicero. *L'ignorant endoctrine & enseigne le sçauant.*
Inuita Minerua aliquid facere. Cic. *Contre sa nature.*
Mineruał, seu Mineruâle, pen. prod. Varro. *Le salaire qu'on donne au maistre d'eschole pour auoir instruict l'escholier.*
Mingo, Vide MEIO.
Miniacus, Miniarius, Miniatulus. Vide MINIVM.
Minimus, & Minime, & Minimopere, Vide Minor comparatiuum in PARVVS.
Minio, minias, Vide MINIVM.
Ministro, ministras, ministrâre. Plautus. *Seruir, Ministrer, Bailler.*
Furor arma ministrat. Virgil.
Fragra ministrant cibos. Seneca. *Seruent de viande.*
Diuitias ministrare alicui. Ouid.
Iussa medicorum ministrare. Ouid. *Bailler & ministrer a un malade ce que les medecins ont ordonné & commandé.*
Poculum ministrare. Cic. *Seruir d'eschanson.*
Timidè gelidéque ministrare res omnes. Horat.
Amor ministrat mille vias fallendi. Tibull.
Ministrare victum. Varro. *Donner a viure, Ministrer viures.*
Vinum verba ministrat. Horat.
Vires ministrare alicui. Virgil.
Ministrâtor, pen. prod. ministratôris. Cic. *Seruiteur, Ministre, Vallet, Ministrateur.*
Ministrâtrix, pen. prod. ministratrîcis, pe. prod. Cic. *Seruante, Chamberiere, Meschine.*
Ministratórius, Adiectiuum: vt Ministratorii vrceoli. Mart. *Pour seruir.*
Minister, ministri: & Ministra, ministræ. Cic. *Vn seruiteur, Vne seruante, Ministre, Vallet, Chamberiere, Meschine.*
Cathedralitius minister. Martialis.
Sedulus minister. Horat.
Segnis minister. Sil. Succincti ministri. Lucan.
Hortatur celeres clamore ministros. Claud.
Taciti sedent ad iussa ministri. Valer. Flac.
¶ Minister libidinis. Cic.
Minister in maleficio. Cic. *Qui sert & aide a faire quelque meschanceté.* Sceleribus ministri. Tacit.
¶ Ministræ voluptatum, artes. Cic.
Baculus minister. Ouid. *Comme le baston d'un aueugle.*
Manus cædis scelerúmque ministræ. Ouid.
Populus minister. Lucan.
Ministræ & satellites voluptatum, virtutes. Cic.
Ministerium, ministerii. Plin. iunior. *Seruice.*
Ministerium. Virgil. Liu. *La charge de faire quelque chose, Besongne, Operation.* Acria ministeria. Tacit.
Diurnis ministeriis fessa membra. Ouid.
Duris ministeriis fessa corpora. Ouid.
Triste ministerium. Virgil.
Imponere ministerium, Vide IMPONO.
Subire triste ministerium. Virgil.
Ministerium, pro ipsis ministris. Paulus. Plin. *Seruiteurs.*
Minito, Minitabundus, Vide Minor, minaris, in MINAE.
Minium, minii. Plin. *Du vermeillon.*
Rubens minium. Tibull.
Miniaria, miniariæ. Plin. *Vne mine de vermeillon.*
Miniáceus, pen. corr. Adiectiuum: vt Expolitio miniacea. Vitruuius. *De vermeillon.*
Miniarius, Aliud adiectiuũ: vt Miniarium metallum. Plin.
Miniâtus, pen. prod. & Miniátulus, pen. corr. Diminutiuum adiectiuum: vt Miniatula cera. Cic. *Cire rouge.*
Minio, minias, miniâre. Plin. *Peindre de vermeillon, Rougir.*
Mino, minas, minare. Festus. *Mener.*
Minor, minaris, Vide MINAE.
Minor, Comparatiuus à Paruus, Vide PARVVS.

Minuo, minuis, minui, minûtum, pen. pro. minúere. Plin. *Amoindrir, Menuiser, Diminuer, Appetisser.*
Authoritatem minuere. Cic.
Minuitur aliquantulum ex febre. Cels.
Æs alienum minuere. Plin. iunior. *Payer ses debtes.*
Non minuam meum consilium: ex vsu quod est, id persequar. Terent. *Ie ne laisseray point de faire ma fantasie.*
-nec tu ea causa minueris
Hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam. Terent. *Ne laisse point de faire ce que tu fais, Poursuis tousiours ton affaire.*
Controuersiam minuere. Cic. *Mettre fin a un debat, Appaiser une noise.* Curas minuere. Horat.
Dolorem, laborem, &c. Terent.
Fidem minuere. Tacit.
Frigora Zephyri minuunt. Ouid.
Fructum minuere. Terent. Furorem. Horat.
Imperium matris minuere. Plaut. *Faire contre le commandement de sa mere.*
Ingenium longi minuêre labores. Ouid.
Iram minue. Terent. *Appaise ton ire, Appaise toy.*
Labores alicuius. Ouid. Magistratum. Cic.
Luctus. Ouid. Maiestatem. Quintil.
Maiestatem per vim minuere. Cic.
Malum minuunt gaudia. Ouid.
Nostris militibus spem minuit, &c. Cæs.
Sumptum minuere. Cic. Timorem. Cæsar.
Suspicionem. Cic. Vires minuũtur amoris. Ouid.
¶ Minuere, Absolutè: vt Minuente æstu, naues in vadis affligantur. Cæs. *Se diminuant, Descroissant, S'appetissant.*
Minûtus, pe. prod. Particip. vt Minuta spes. Tacit. *Diminuee, Amoindrie.*
Minûtus, pen. prod. Nomen. *Petit, Menu.*
Minutum argentum. Plautus.
Animus minutus. Cic. *Petit courage.*
Corpora minuta. Lucret.
Cura minutior. Quintil.
Dii omnes magni, minutique. Plaut.
Fruges minutæ. Cic. *Menu fruict, comme froument & semblables, ce qui n'est point si gros que pois & febues.*
Ossa minuta. Lucret.
Reticulũ minutis maculis. Cic. *Vne rets qui ha petites mailles.*
In partes minutas distrahi. Lucret.
¶ Minutus quum diminutiuis additur, eleganter ipsam rem attenuat, & minorem facit: vt Minuti pisciculi. Terent. *Petits & menus poissonnets.*
Literæ, vel literulæ minutæ. Plaut. Cic.
Minutæ interrogatiunculæ. Cic.
Quæstiunculæ minutæ. Sueton.
Minútulus, pe. cor. Diminutiuum à Minutus. Plaut. *Menuet.*
Minutio, Verbale. Gell. Quintil. *Menuisement, Amoindrissement.*
Minûte, pen. prod. Aduerb. Colum. *Par petites pieces, Bien menu.*
Minûtim, pen. prod. Aduerb. pro Minuté. Colum. *Par petites pieces & morceaulx, Bien menu.*
Minutâtim, pen. prod. Aliud aduerbium, Idem. Colum.
Minutatim interrogare. Cic. *Par parcelles.*
Minutatim & gradatim aliquid addere, aut demere. Cic.
¶ Minutatim. Varro. *Petit a petit.*
Ossa minutatim morbo collapsa. Virgil.
Minutia, minutiæ. Seneca. *Petite piecette & morcelet.*
Minûtal, minutâlis, penult. prod. Iuuenal. Martial. *Vn pasté en pot, ou hachis.* Bud.
Minus, Minusculum, Vide Minor in PARVVS.
Mirabilis, Miraculum, Mire, Mirificus, & alia, Vide MIROR.
Miror, miráris, mirátus sum, mirári. Virgil. *S'esmerueiller, & s'esbahir de quelque chose.*
Mirari aliquem. Cic. *L'auoir en admiration & estime, L'admirer.*
Se ipse miratur. Catull. *Il se plaist, & se repute grand, Il est glorieux.*
Magnopere mirari, Vide MAGNVS.
Stulte mirari aliquid. Horat.
¶ Mirari, *Imiter.* Virgil. -primis & te miretur ab annis. *Qu'il t'ensuyue.*

¶ Miror vnde sit. Terent. *Ie ne sçay dont il est.*
¶ Miror, cum genitiuo laudis vel vituperii. Virgil. Iustitiæne prius mirer, bellíne laborum?
¶ Miror non iussisse me arripi. Terent.
¶ Mirari se. Mart. *S'estimer & priser, Estre glorieux.*
¶ Miror, absolutum. Terent. Tute me mirabere.
Miraretur quis, quum cerneret, &c. Liu. *On s'esmerueilleroit.*
Miror si quenquam habere potuit. Cic.
Mirabar, hoc si sic abiret. Terent. *Ie m'esmerueilloye bien si, &c.*
Miror quòd audierim è Thessalo, &c. Cic.
Miror quid ex Piræo abierit. Terent.
Miror quapropter hæc curet. Plaut.
Miror quomodo tam ineptum quicquam potuerit tibi venire in mentem mi vir. Terent.
Satis mirari hominis negligentiam non queo. Cic.
Mirari satis non possum vnde, &c. Cic.
Mirans, Participium. Ouid. *S'esmerueillant, s'esbahissant, Admirant.*
Mirâtus, pen. prod. Aliud participium. Virgil.
Miratio, Verbale fœm. Cic. *Esmerueillement, Admiration.*
Causarum ignoratio in re noua mirationem facit. Cic.
Mirâtor, pen. prod. Aliud verbale. Mart. Lucan. *Qui s'esmerueille d'aucune chose, & l'estime fort, Admirateur.*
Formæ mirator honestæ. Propert.
Decoris mirator. Ouid. Rerum mirator. Ouid.
Mirátrix, pen. prod. Verbale fœmininum: vt Turba miratrix. Iuuenal. Stat. *Admiratrice.*
Fama miratrix senioris æui. Seneca.
Mirandus, Adiectiuum. Terent. *Digne d'admiration, De quoy on se doibt esmerueiller, Admirable, Esmerueillable.*
Decore magno miranda fœmina. Ouid.
Accidit mirandum. Senec. Loqui miranda. Sil.
Mirandum in modum. Cic. *Merueilleusement.*
Mirandum in modum gaudeo. Cic.
Mirabundus, Adiectiuum. Liu. *Qui s'esmerueille.*
Mirus, Adiectiuum. *Merueilleux, Digne d'admiration.*
Mirum & magnum feceris facinus. Plaut.
Mira ad canendum solertia. Plin. Facies mira. Lucret.
Mirus apud populum fauor. Tacit.
Honore miro colere aliquem. Virgil.
More miro perdere aliquem. Ouid.
Nouitas mira. Ouid. Præcepta mira. Horat.
¶ Mirus in omni reliqua diligentia. Plin.
¶ Mira memoras. Plaut. *Tu dis merueilles.*
¶ Facere quid miri. Horat.
¶ Mira sunt, nisi inuitauit sese in cœna plusculù. Plaut. *C'est bien de merueilles si, &c.*
¶ Mirum, Responsio aduerbii cuiusdam formam habès. Terent. -rex te ergo in oculis. T. scilicet. G. Gestire. T. verum credere omnem exercitum, Consilia. G. mirum. *C'est merueille.*
¶ Magis mirum. Plaut. Minimè mirum est. Cic.
-mirum cur partes seni Poeta dederit. Terent.
Ab iis longè dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, &c. Cic. *Ce n'est pas de merueille.*
Mirum est, quòd eidem credimus. Plin.
¶ Non mirum facis. Plaut. *Tu ne fais rien de nouueau, dequoy on se doibue esmerueiller.*
Non mirum fecit vxor mea, si hoc ægrè tulit. Terent.
De illo subditiuo Sosia mirum nimis est. Plaut. *C'est vne chose fort merueilleuse.*
Vbi nunc est ipsus? D. mirum ni domi est. Terent. *C'est bien de merueille s'il n'est au logis.*
Mirum est quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Plin.
Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter Philippum regem. Plaut. *Mau dommage que, &c.*
Quid istuc tam mirum est, si de te exemplum capit? Terent.
Mirum verò impudenter mulier si facit meretrix. Plaut. *Comme si c'estoit quelque chose de merueille, si, &c.*
Mirum quantum illi viro hæc nuntianti fides fuerit. Liu. *C'est merueille comme on creut ce qu'il disoit.*

Mirum in modum. Plaut. *D'vne merueilleuse sorte.*
Totam miris modis nostram video turbatam familiam. Plaut. *Merueilleusement.*
Nimium miris modis. Plaut.
Mirè, Aduerbium. Terent. *D'vne merueilleuse sorte, Merueilleusement, Grandement.*
Puero mirè fauent. Cic.
Mirificus, pen. corr. Adiectiuum. Cic. *Merueilleux, Qui fait esmerueiller.* Homo mirificus. Cic.
Mirifica indoles virtutis. Cic.
Structura carminis mirifica. Ouid.
Mirificissimus, pen. corr. Terent. *Tresmerueilleux.*
Mirificè, pen. cor. Aduerbium. Cic. *Merueilleusement, A merueilles.*
Amare aliquem mirificè. Cic.
Delectabatur mirificè lectione librorum. Cic.
Loqui mirificè. Catull.
Mirábilis, & hoc mirábile, pen. corr. Cic. *Esmerueillable, Admirable, Merueilleux.*
Mirabilis illi. Virgil. Mirabile donum. Virgil.
Factum mirabile. Ouid.
Mirabiles fama effigies. Plin. *Qu'on tient a grande merueille.*
Opus mirabile visu. Horat.
Mirabilem in modum. Cic. *Merueilleusement.*
Mirabilem in modum iucunda. Plin.
Mirabilis raritate arbor. Plin.
Mirabiliter, pen corr. Aduerbium. Cic. *Merueilleusement, Grandement.* Mirabiliter mi Brute lætor. Cic.
De hac re mirabiliter multa composuit. Quintil.
Miráculum, miraculi, pen. corr. Plin. *Chose digne d'admiration, Miracle, Merueille.*
Ingeniosa miracula fecit natura. Plin.
Monstri alicuius miracula. Ouid.
Adiiciunt miracula huic pugnæ, silentio proximæ noctis ex sylua Arsia ingentem editam vocem. Liu.
Miracula aliqua affinguntur plerunque tam insignibus locis. Liu. Miraculo esse. Liu. *Estre cause d'admiration.*
Miraculo fuit. Liu. *Ce fut vne chose dõt on s'esmerueilloit beaucoup.*
Misceo, misces, miscui, mistum, miscère. Virgil. *Mesler, Meslanger, Brouiller, Touiller, Troubler.*
Miscere vinum aqua, & Miscere aquam vino. Plin. *Mesler de l'eaue parmi le vin, Mistionner.*
Si ad fæcem & amurcam, succúmque decocti lupini misceas portione æqua detritum album helleborum. Col.
Miscere in aciem. Liu.
¶ Miscere, siue Miscere mulsum, & Pocula miscere. Cic. Ouid. *Bailler a boire.*
¶ Ita tu isthæc tua misceto, ne me admisceas. Terent. *Fay tellement ton tripotage, que tu ne m'y mesle point.*
Omnia miscere. Cic. *Brouiller & renuerser tout un affaire, Renuerser tout ce que dessus dessoubz, Desrunner.*
Miscere, absolutè, pro Miscere omnia. Cic.
Turbare & miscere. Cic.
Cælum miscetur magno murmure. Virgil.
Miscere certamina. Liu. *Estre de la meslee, Se ietter en la meslee & parmi le combat.*
Canities miscuerat comas. Ouid.
Consilia cum Vestino non miscuerant. Tacit.
Corpus cum aliqua miscere. Cic.
Domus miscetur misero tumultu. Virgil.
Veris miscens falsa. Seneca.
Græca miscere verbis Latinis. Horat.
Incendia miscere. Virgil.
Miscere & concitare mala. Cic.
Maria omnia cælo miscuit. Virg.
Mœnia diuerso miscentur luctu. Virg.
Commercio miscere nationes diuersas. Plin. iunior.
Oscula miscere blandis verbis. Ouid.
Otia miscere cum duris venatibus. Ouid.
Pacem duello miscuit. Horat.
Pectora miscentur vario motu. Virg.
Prælia miscere. Virgil.
Iniquis imperiis Rempublicam miscere. Cic.
Sacra profanis miscere. Horat.

Sortes manu pueri miscentur atque ducuntur. Cic.
Tristia miscentur lætis. Ouid.
Miscere tumultum in concionem. Liu. *Faire esmeute parmi une assemblee, Esmouuoir une assemblee.*
Vada miscentur æstu arenæ. Virgil.
Vtile dulci miscuit. Horat.
Vtilia honestis miscere. Tacit.
Miscendus amori pudor. Ouid. *Doibt estre meslé.*
Mistus, vel, vt aliis placet, Mixtus, Participium. Liu. *Meslé, Meslangé, Mistionné.*
Puer in Pædagogio mistus pluribus dormiebat. Plinius iunior.
Bellum mistum ex ciuitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus. Cic.
Amor voluptate & molestia mistus. Cic.
Lachrymæ mistæ risu. Stat.
Mistus candore rubor. Cic.
Verbera mista cum verbis. Ouid.
Mistûra, pen. prod. Colum. *Meslange, Mistion, Mesler.*
Mistura iocorum. Martial.
Miscellaneus, Adiectiuum. Gell. *Meslé de diuerses choses.*
Miscellanea & quasi confusanea doctrina. Gell.
Miscellanea turba. Apuleius.
Miscellanea, miscellaneorum, plu. nu. n. g. Iuuenal. *Meslãge & confusion de plusieurs choses ensemble.*
Miscellus, Aliud adiectiuum. Sueton. *Meslé de diuerses choses.*
Miscellum, genus columbarum vocat Varro, quod nec agreste est, nec domesticum, sed ex vtroque temperatũ.
Miscellæ vites. Varro. *Mesliers, ou qui uiennent en toutes terres.*
Misellus, Vide MISER.
Miser, misera, miserum, pen. corr. Terent. *Miserable, Malheureux, Piteux.*
Ærumnosus, infœlix, miser. Cic.
Miser animi. Plaut. *Qui ha grande tristesse en son coeur, Ennuyé & fasché.*
Miser animo. Plaut. Miser ex animo, Idem. Plaut.
Miser ambitionis. Plin. iunior. *Duquel l'ambition le rend malheureux.*
¶ Miser, Innocens aliquando dicitur, teste Asconio. Cic.
Defensione miserorum, odio improborum.
¶ Ferre opem miseris. Ouid. Fieri miserum. Lucret.
Miseris & laborantibus nihil negare. Cic.
Succurrere miseris. Virgil.
¶ Miseram me, Dolentis & mœrentis paticula. Terent.
Miseram me, neminem habeo. *Helas, ou Malheureuse que ie suis.*
¶ Miser & Misera, similiter vsurpãtur. Terẽt. Perii miser.
¶ Ambitio misera. Horat.
Anni miseri. Propert.
Cædes miserrima oritur. Virgil.
Miserum carmen. Virgil.
Corpus miserum. Ouid.
Cupido misera. Horat.
Diuitiæ miseræ. Horat.
Fames misera. Horat.
Formido. Horat.
Fortuna miserrima nostra est. Ouid.
Fuga misera. Ouid.
Furor miser. Ouid.
Homines miseri. Lucret.
Lateris miseri dolor. Horat.
Luxuria misera. Propert.
O miseras hominum mentes. Lucret.
Miserrima miseria. Plaut. *C'est une grande misere & malheureté.*
Modis miseris distractus. Lucret. *Miserablement, De piteuse sorte.*
Mors misera. Virgil.
Mortales miseri. Virgil.
Opes miseræ. Ouid.
Pax misera. Tacit.
Pectus miserum. Ouid.
Plebs misera. Horat.
Ad preces miseras decurrere. Horat.
Querelæ miseræ. Ouid.
Res miseræ. Ouid.
Misera & calamitosa res. Cic.
O spectaculum miserum atque acerbum, ludibrio esse vrbis gloriam! Cic.
Vita misera. Ouid.
Vrbes miseræ. Horat.
Id est maximum & miserrimum mearum omnium miseriarum. Cic.
¶ Miserum, Interiectionis loco positum. Virgilius,
-tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi (miserum) septena quotannis
Corpora natorũ. *Chose miserable & pitoyable, ou malheureuse.*

Misellus, Adiectiuum diminutiuum. Cic. *Pouure petit malheureux, Pouret.*
Misellum pallium. Plaut.
Spes misella. Lucret.
Misere, penult. corr. Aduerbium. Cic. *Miserablement, Malheureusement.*
Eam miserè amat. Terent. *Miserablement, ou Oultre mesure.*
Miserè hoc esse cupio verum. Terent. *Ie desire grandement ou merueilleusement que cela soit uray.*
Inuidere miseré. Terent.
Miséritèr, pen. corr. pro Miseré. Catull.
Miseria, miseriæ. Cic. *Misere, Malheur, Aduersité.*
Ærumnosa miseria. Fulgentius.
Miserrima miseria, Vide MISER.
¶ Aberrare à miseria, Vide ABERRO.
Capere miseriam, Vide CAPIO.
Commœnere miseriarum. Plaut.
Coopertus miseriis. Sallust.
Miseriis & calamitatibus alicuius opem ferre. Cic.
Incidere in miseriam. Cic.
Nasci in miseriam sempiternam. Cic.
In miseriis esse. Cic.
Ærumnæ & miseriæ premunt aliquem. Cic.
Misereor, misereris, pen. prod. misertus sum vel miséritus sum, misereri, Verbum deponens: & aliquando Misereo, miseres, pen. cor. genitiuo tantum iungitur. *Estre triste & marri de la misere d'aucun, Auoir pitié de luy, Luy secourir en sa misere, Auoir commiseration & compassion.*
Mei miseret nemo. Plaut.
Fsuriei alicuius misereri. Cælius Ciceroni.
Laborum misereri. Virgil.
Miserere inopum sociorum. Iuuenal.
Supplicum misereri. Cic.
Miseret, pen. corr. Impersonale, passiuum habet affectum: idem est enim Miseret me illius, & Misereor illius. *I'ay pitié de luy, Ie suis marri de sa fortune, I'ay commiseration de luy.*
Misereat, si familiam alere possim misericordia. Plaut.
Vt ita te aliorum misereat, caue tui alius misereat. Plaut.
Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi. Terent.
Nonne te miseret mei? Terent.
Miseret me. Terent. *I'en ay pitié & tristesse en mon coeur.*
Menedemi vicem miseret me, tantum deuenisse ad eum mali. Terent. *Ie suis marri de l'inconuenient de Menedemus.*
Miseret homines pœnæ. Liu.
Te nil miseret tui dulcis amiculi. Catul.
Misertum, vel miseritum est. Plaut. Terent. *On a eu pitié.*
Miseresco, miserescis, miseréscere. Virgil. *Auoir pitié d'aucun, Auoir commiseration & compassion.*
Miseresco, cum genitiuo. Virgil. Arcadii quæso miserescite regis.
Miserescit, Impersonale. Terent. Atque inopis nunc te miserescat mei.
Miséricors, pen. corr. misericordis, om. gen. Plaut. *Misericordieux, Qui ha pitié & compassion de la misere d'aucun, & luy aide, Qui ha merci d'aucun.*
Supplex, mansuetus, & misericors. Author ad Heren.
Mitis & misericors animus auditoris. Cic.
Honestum & misericors mendacium. Cic. *Quand on ment pour subuenir a la misere & aduersité d'aucun.*
Misericordem se præbuit. Cic.
Misericordior, comparatiuum. Plaut.
Misericordia, misericordiæ. Cic. *Pitié & compassion qu'on ha de la misere d'aucun, Commiseration, Misericorde, Merci.*
Clementia & misericordia singulari vir. Cic.
Perfugium misericordiæ. Cic.
¶ Adducere ad misericordiam, Vide ADDVCO.
Adhibere fortunis alicuius misericordiam. Cic.
Adimere misericordiam. Cic.
Capere misericordiam, Vide CAPIO.
Capi misericordia. Cic. Captare misericordiam. Cic.
Commendare misericordiam iudici. Quintil.
Commoueri misericordia. Cic.

Concitare misericordiam populi. Cic.
Confugere in misericordiam alicuius. Cic.
Impartiri misericordiam alicui. Cic.
Implorare & exposcere misericordiam alicuius. Cic.
Inducere ad misericordiam, Vide INDVCO.
Mouere misericordiam, Vide MOVEO.
Moueri misericordia. Cic.
Permoueri misericordia. Cic.
Prætentanda est iudicis misericordia. Quintil.
Requirere & efflagitare aliquorum misericordiam. Cic.
Ad lenitatem misericordiámque mentes reuocare. Cic.
Viuere misericordia aliena. Cic.

Miseror, pen. corr. miseráris, miserátus sum, miserari. *Auoir pitié & compassion ou commiseration d'aucun.*
Cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Cæsar.
Sortem alicuius miserari. Virgil.

Miserátio, miseratiônis. Cic. *Pitié & compassion, Commiseration.*
Miseratione mens iudicum permouenda est. Cic.
Commouere miserationem. Quintil. *Esmouuoir a pitié.*
Discutere miserationem. Quintil.
Eximere miserationem. Liu.
Odia incitari, & Miserationem nasci, contraria. Cic.
Occupari miseratione. Quintil. *Estre preuenu de, &c.*
Venit miseratio aliquando ex eadem causa. Quintil.

Miserandus, Adiectiuum, Idem quod Miserabilis. Cic.
Funus miserandum. Lucan. Lues miseranda. Virg.
Miserandum in modum milites Pop. Rom. capti, necati, deserti, dissipati sunt. Cic. *Miserablement.*
Oratio tua omnibus miseranda visa est. Cic.
Sors miseranda. Ouid.
Tempestas miseranda. Virgil.

Miserábilis, & hoc miserábile, pen. cor. Cic. *Qui esmeut a pitié & compassion ou commiseration, Miserable.*
Aspectus auctionis miserabilis. Cic.
Bellum miserabile. Ouid. Ignorantia miserabilis. Quintil.
Carmen miserabile. Virgil.
Casus miserabilis. Cic. Infans miserabilis. Ouid.
Corpus miserabile. Virgil. Lethum miserabile. Catull.
Dimicatio miserabilis. Liuius. Puer miserabilis. Ouid.
Excidium miserabile. Stat. Respectus miserabilis incendiorum. Cic.
Factum. Ouid. Sonus miserabilis. Cic.
Fatum. Ouid. Supplicium miserabile. Stat.
Genus miserabile pœnæ. Ouid. Vulgus. Virgil.
Vulnus. Ouid.
¶ Miserabilis alteri. Ouid. *De qui un autre ha pitié.*
¶ Miserabile, pro Miserabiliter, nomen pro aduerbio. Virgil.

Miserabiliter, pen. corr. Aduerbium. Cic. *Miserablement, en sorte qu'on fait pitié a aucun.*
Epistola scripta miserabiliter. Cic.
Miserabiliter rogitantes. Liu.

Miseranter, Aliud aduerbium, Idem. Gell.

Missile, Missio, Missus, Vide MITTO.

Mistura, Mistus, Vide MISCEO.

Mitella, Vide MITRA.

Mitesco, mitescis, Vide MITIS.

Mithridaticum antidotum. Plin. *Du methridat.*

Mitigo, mitigas, Vide MITIS.

Mitis, & hoc mite: cui Durus aut Acer opponitur. Cicero. *Doulx, De bonnaire.*
Mitis & mansuetus, Ferus & Immanis, contraria. Cic.
Precanti mitis. Stat. Natura mitis & annis. Ouid.
Animo mitior. Horat. Vultu mitior. Stat.
In hos meos & patriæ meæ milites mitior. Liu.
¶ Alimenta mitia. Ouid. Caput mite. Ouid.
Animus semper mitis. Ouid. Consilium mite. Ouid.
Aura mitior. Ouid. Dii mites hostibus. Ouid.
Moderata & mitis doctrina: cui opponitur Aspera & Dura. Cicero.
Dolorem mitiorem facit patientia. Cic.
Exilium mitius. Ouid.
Mitissimus & lenissimus homo. Cic.
Incendia mitia. Ouid. Ira mitior. Ouid.
Ingenium mite. Ouid. Lachrymæ mites. Ouid.
Mores ex placido & ex concitato mitissimi. Colum.
Obitus mitis. Tacit. Mitis oratio. Cic.
Mitiorem in partem interpretari. Cic. *A meilleure part.*
Patrocinium mite. Ouid. Spes mitior. Tacit.
Pietas mitis. Ouid. Succi mites. Ouid.
Pœna mitior. Quintil. Temperies mitis. Claud.
Solator mitis. Stat. Ventus mitior. Ouid.
Solum mite. Horat. Verba mitissima. Ouid.
Nihil poterat fieri illo mitius. Cic.
¶ Mite stagnum. Virgil. *Paisible & sans vagues.*
¶ Mitia poma. Virgil. *Meures.*
Vindemia mitis. Virgil. Vuæ mites. Virgil.

Mitè, mitius, mitissimè, Aduerbiũ. Cæs. *Doulcemẽt, Amiablemẽt.*
Ferre aliquid mitius. Ouid.

Mitesco, mitescis, mitéscere. Plin. *Deuenir doulx & traictable, s'addoulcir.*
Nemo adeò ferus est, vt non mitescere possit. Horat.
¶ Mare mitescit. Apuleius. *La mer s'appaise.*
Freta mitescunt. Ouid.
Mitescente hyeme. Liu. *Sur la fin de l'yuer, lors que le temps cõmence a s'addoulcir.*
Mitescunt discordiæ. Liu. *S'appaisent.*
Ira mitescit. Ouid.
Secula mitescent positis bellis. Virgil.
¶ Mitescere. Plin. *Se meurir.*

Mitigo, mitigas, pen. corr. mitigâre. Cic. *Addoulcir, Appaiser, Mitiguer.*
Irasci & Mitigari, contraria. Cic.
Reconciliare & mitigare sibi aliquem. Cic.
Animum mitigare. Cic.
Dolorem mitigare. Cic.
Febrem quiete & abstinentia mitigauit. Quintil.
Iras mitigare. Ouid. Labores gloria mitigantur. Cic.
Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. Cic.
Tristitiam mitigat & relaxat risus. Cic.
¶ Agrum syluestrem mitigare flammis & ferro. Horat.
Cibum mitigare. Cic. *Cuire la viande.*
¶ Mitigare. Cic. *Meurir.*

Mitigatio, Verbale. Cic. *Addoulcissement, Appaisement, Mitigation.*

Mitigatórius, pen. cor. Adiect. Plin. *Qui ha la vertu d'addoulcir, Mitigatif, Lenitif.*

Mitifico, mitificas, pe. cor. mitificâre. Plin. *Addoulcir, Mitiguer.*
Cibum mitificare. Cic. *Digerer.*

Mitra, mitræ. Virgil. Plin. *Vn ornement de teste, de quoy usoyent anciennement les Egyptiens, seruant tant aux hommes que aux femmes, Vne mitre.*
Teres mitra. Claud. Picta mitra. Iuuenalis.

Mitella, Diminutiuum. Virgil. Cic.

Mitella, Celsus. *Vne escharpe.*
Brachium mitella inuolutum. Celsus. *Bras en escharpe.*

Mitto, mittis, misi, missum, mittere. Terent. *Enuoyer.*
Rogas vt mea tibi scripta mittam. Cic.
Ad hominem ventosissimum Lepidum mittas. Brutus ad Ciceronem.
Mittere circa regem. Liu. *Enuoyer par deuers le roy.*
Adolescentem foras ad propinquum suum misit ad cœnam. Cic.
Hominem certum misi de comitibus meis. Cic.
Aliquid de scriptis suis mittere. Cic.
Illa ẽ via misi ad te. Cic.
Missa est ex itinere. Cic.
Maturè mittere, Vide MATVRVS.
Paucis diebus mittere, Vide PAVCVS.
¶ Mittere, pro Scribere. Cic. Curio misi, vt medico honos haberetur. *I'ay escript a Curius.*
¶ - missa est ancilla illicò Obstetricem accersitum. Terent.
¶ Misi qui pro vectura solueret. Cic.

¶ In acta mittere. Seneca. *Mettre en registre, Enregistrer.*
Auxilium mittere. Ouid.
In caput mitti. Seneca. *Estre iecté en bas, la teste la premiere.*
In consilium mittere. Cic. *Accorder que le iuge die droict par ce qui est par deuers luy, ou par ce qui a esté plaidé.*
Corpus mittere sepulchro. Stat.
In expeditionem mittere. Cæs.
Hastam misit in ora. Ouid. *Il iecta, &c.*
Sub iugum mittere. Cæs.
In fabulas & sermones aliquem mittere. Quintil. *Faire parler le monde, Donner occasion au monde de parler & tenir ses contes & mocqueries de quelqu'un.*
Legatos ad Senatum. Cic.
Legatos cum authoritate. Cic.
Legatos misit, se venturum. Cic. *Il m'a enuoyé dire par ambassades qu'il viendroit.*
Orbem totum sub leges mittere. Virgil.
Literas ad Iugurtham mittunt, quamocyssime ad prouinciam accedat. Sallust. *Ils luy enuoyent lettres, par lesquelles ils luy escripuent qu'il, &c.*
Crebrò alicui literas mittere. Cic.
Mittere aliquem in locum alterius. Liu.
Lucem, quam à sole accipit, mittit in terras luna. Cic.
Mandata mittere alicui. Propert.
Ad mortem mittere. Cic.
In negotium mittere. Cic. *Enuoyer en & la traffiquer & a l'emploiter.*
Ad nomen mittere. Quintil. *Enuoyer pour ce faire enroller au nombre des gensdarmes, pour aller a la guerre.*
Nuntios ad regem mittere. Cæsar.
Obsides mittere. Cæsar.
Illi obuiam misimus Athenas, vt inde Thessalonicam veniret. Cic. *Nous luy enuoyasmes au deuant un messager iusques a Athenes, qui luy dist que de la, &c.*
Mitte mihi quæso obuiam literas, nunquid putes Reip. nomine tardandum esse nobis. Cic. *Enuoye aucun au deuant de moy auec lettres, par lesquelles tu m'escrimes si c'est ton aduis que, &c.*
Oratores mittere petitum pacem. Liu.
Oratorem ad aliquem de re aliqua mittere. Cic.
In ora populi mittere. Quintil. *Faire parler le monde.*
In possessionem mittere. Cic. *Quand le Magistrat par la contumace, ou absence d'aucun, enuoyoit le demandeur en garnison en sa maison. C'est aussi quand la partie qui a eu telle permission, enuoye ses gens en garnison pour se saisir des choses, Mettre en possession & saisine, Saisir, Ensaisiner.*
Mittere possessum in bona, Vide POSSIDEO.
Præcipitem mittere de muro. Hirtius. *Iecter du hault en bas du mur.*
Mittere se præcipitem ex alto. Vlpianus. *Se precipiter, Se iecter du hault en bas.*
Iacere & mittere ridiculum. Cic. *Dire quelque parolle pour rire, Iecter un brocard de risee.*
Salutem mittere alicui. Ouid.
Mittere sanguinem. Cic. Corn. Cels. *Saigner aucun.*
Missus est sanguis inuidiæ sine dolore. Cic.
A saxo mittere se. Ouid. *Se precipiter.*
In sermones aliquem mittere. Quintil.
In seruitutem vrbes mittere. Liu.
Signum mittere timoris sui. Cæs. *Donner a congnoistre qu'on ha paour.*
Subsidium & subsidio mittere. Cæsar. *Enuoyer secours.*
In suffragium mittere Centurias. Liu. *Apres que le Magistrat auoit remonstré au peuple tout ce que bon luy sembloit, l'appeler a bailler un chascun sa voix.*
In plures suspiciones mittere. Quintil.
Talos mittere. Propert. Horat. *Iecter les dets.*
Tempestatem mittere. Plaut. *Enuoyer une tempeste.*
Vocem mittere. Liu. *Crier, Parler.*
Mittere vocem contra aliquem. Cic. *Parler contre luy.*
Vocem pro Republica mittere. Cic.
Vox de quæstura nulla missa est. Cic. *On n'a nullement parlé de, &c.*

Voces furiales mittere. Cic. *Tenir propos furieux & enragez, ou il n'y a ne rime ne raison.*
¶ Mittere. Plin. *Iecter hors, Produire.*
Mittere folia. Plin. Mittere fructum. Plin.
Fructum è cortice mittit admirabilem. Plin.
Mittere radicem. Columella.
¶ Mittere. Virgil. *Enuoyer en don.*
¶ Mitte lachrymas. Terent. *Laisse ses pleurs, Ne pleure plus.*
Ambages mitte, atque hoc age. Plaut. *Laisse moy tous ces longs propos, & me di en peu de parolles ce que ie te demande.*
Certamen mittere. Virgil.
Curam mittere de pectore. Virgil. *Enuoyer & chasser arriere tout soulci.*
Missam iram faciet. Terent. *Elle s'appaisera.*
Odium mittere & finire. Liu. Mitte leues spes. Horat.
Timorem mittere. Virgil.
Mitto maledicta omnia. Terent. *Ie me deporte, Ie me tais de toutes les meschantes parolles dictes.*
Mitte male loqui. Terentius. *Cesse de dire mal, Deporte toy de mesdire.*
Pro nobis mitte precari. Ouid.
Iam scrutari mitto, redde huc. Plaut. *Ie ne m'enquiers plus, Ie m'en tais.*
Mitto de illo nunc. Plaut. *Ie me deporte d'en plus parler.*
Mitto iam osculari atque amplexari, id nihil puto. Terentius. *Ie me deporte de parler des baisiers, Ie ne parle plus des baisiers, &c.*
Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates subieris, &c. Cic. *Ie ne parle point de ce que, &c.*
¶ Mitte hunc ire. Plaut. Mitte me. Ter. *Laisse moy aller.*
-vnam hanc noxiam Mitte: si aliam vnquam vllam admisero, occidito. Terent. *Pardonne moy ceste faulte.*
Missus, Particip. vt Missus ad Mithridaticũ bellũ. Cic. *Enuoyé.*
Subsidio missus. Stat. *Enuoyé au secours.*
Sub magna pericula missus. Virgil.
Clamor missus ad sidera. Stat.
Corpora missa neci. Ouid. *Tuez.*
Dux missus in bellum. Horat.
Legati missi de magnis rebus. Horat.
Leo è cauea missus. Author ad Heren. *Mis hors de la cage.*
Sagitta missa. Ouid. Sanguis missus è corpore. Lucret.
Vox missa. Horat. *Parolle dicte.*
Missæ oraculo voces. Liu.
¶ Missum facere. Cæsar. *Laisser aller aucun, ou Le laisser faire ce qu'il veult.*
Parum successit quod ago, at facio sedulo:
Vel melius tu aliud reperi, me missum face. Terent. *Passe toy de moy.*
Illam hinc ciuem esse aiunt. puer est natus. nos missos face. Terent. *Ne nous en parle plus, Tais toy, Laisse nous.*
Verùm vt hæc missa faciam quæ iam facta sunt, ex iis quæ nunc maximè fiunt, nonne quiuis potest intelligere, omnium architectum & machinatorem vnum esse Chrysogonum? Cic. *Prenez le cas, ou Encore que ie me taise de ce qui est ia faict, que ie n'en die mot, ne pense pas, &c.*
Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet. Terent. *Ie vous en laisse faire, il ne m'en chault, Faictes comme vous vouldrez, &c.*
Hæc missa facio: illud quæro, is homo, &c. Cic. *Ie laisse cela, Ie n'en parle point pour le present.*
Missum facere amorem. Plaut. *Se deporter de ses amours, les delaisser.*
Missam facere vxorem, id est Repudiare. Sueton.
Missum facere vadimonium. Cic. *Ne comparoistre point en iugement au iour de l'assignation, Faire defaulx.*
Misso conuiuio. Liu. *Estants leuez de table.*
Misso officio. Cic. *En mettant a part l'honnesteté.*
Missos facere honores. Cicero. *Laisser de poursuyure offices & dignitez.*
Missus, huius missus, *Iect, ou Iectement.* Liu. Vehementius ictu missúque telum. *A iecter.*
¶ Missus. Cæs. *Enuoy, ou Enuoyement.*
¶ Missus. Suet. *Quand les bestes estoyent introduictes aux arenes*

par bandes les uns apres les autres.

¶ Missus. Lampridius. Vn mets de table, ou de uiande.

Missio, missionis, Verbale. Cic. Enuoy, ou Enuoyement.

Legatorum missio. Cic.　　Missio. Sueton. Liu. Congé.

Causaria missio, Vide CAVSA.

Missito, missitas, pen. corr. missitâre, Frequentatiuum. Liu. Enuoyer souuent.

Missiculo, missiculas, pen corr. missiculâre, pro Missitare, vt Pensiculo, pro Pensito. Plaut.

Missilis, & hoc missile, pen. corr. Aisé a darder & iecter.

Missile. Plin. Toute sorte de dard aisé a iecter.

Missile tremulum torquere. Lucan.

Missiles aculei sunt histrici. Plin.

Missiles lapides. Liu.　　Pondus missile disci. Propert.

Missilia saxa, & Missilia tela. Liu.

Missilia tormenta. Plin.

¶ Missilia. Suet. Quãd les roys & princes iectẽt par les heraulx de l'argẽt a poignees parmi le peuple, & que le herault crie Largesse.

Mixtus, Vide Mistus in MISCEO.

M　N

Mna, mnæ, Idem quod Mina, Vide MINA.

Mnemonica, penult. corr. mnemonicorum. Author ad Herennium. Reigles & preceptes de l'art de memoire.

M　O

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, Vide MOVEO.

Moderate, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Modero, Modeste, Modestia, Modestus, Vide MODVS.

Modialis, Vide MODIVS.

Modice, Modicum, Modificor, Vide MODVS.

Modius, modii. Columel. Vne sorte de mesure semblable a nostre boisseau.　　Modius salis. Cic.

Modius vini. Budæus. Vn muy de uin, lequel a Paris contient trentesix sextiers, & le sextier tient huict pintes.

Modius tritici. Budæus. Vn muy de grain de froument: selon la mesure de Paris contenant uingtquatre mines.

Mille modii fabæ. Horat.

¶ Modius agri. Varro. Vne terre ou champ, qui ha de largeur cent pieds, & autant de longueur.

Modium, neutro genere etiam dicitur. Plin.

Modiolus, modioli, pen. corr. Diminutiuum. Boisselet.

Modiolus. Vitruuius. Vn seau.

¶ Modiolus. Scæuola. Vne sorte de uaisseau a boire, comme un gobelet.

¶ Modiolus in rota, Cui affixi sunt radii. Plinius. Le moyeu d'une roue.

¶ Modiolus, instrumentum chirurgicum. Celsus. Vne sorte de trespan.

Modiâlis, & hoc modiâle, pen. prod. Plautus. Qui contient un boisseau.

Modo, Aduerbium, ŏ finali breui, Tempus significat præsens, vel mox præteritum, vel nondum præteritum, vel statim futurum. Maintenant, A ceste heure, Incontinent, Tantost, Nagueres.

Modò ait, modò negat. Terent. Il dit maintenant d'un, maintenant d'autre.

Modò ab nostris imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monimẽtis notati, modò ab Senatu agris vrbibúsque multati sunt. Cic.

Modò egens, repentè diues. Cic.

Modò vnum, tum autem plures. Cic. Maintenant un, tantost plusieurs, ou Vne autrefois plusieurs.

¶ Modò, pro Nunc. Quintil.

¶ Modò, de tempore præterito. Plaut. Modò eum vixisse aiebant. Ils disoyent qu'il n'y auoit pas long temps qu'il uiuoit.

Quando? DO. hodie. PH. quàm dudũ? DO. modò. Terẽt. Il n'y a pas long temps, Il n'y a gueres.

Modò enim hoc malum in hanc Remp. inuasit. Cic.

Modò enim fuit Carneades. Cic.

Quid dico nuperrimò verò modò, ac planè paulò antè vidimus. Cic.

¶ Modò vt, vel Si modò, pro Dummodo. Terentius, -quid istuc est? G. scies,

Modò vt tacere possis. Pourueu que, &c. Moyennant que, &c.

Contudi animũ, & fortasse vici, si modò permãsero. Cic.

¶ Modo, pro Tãtummodo. Cic. Quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter modo consyderarint, pertractata esse possunt. Seulement, ou Tant seulement.

In his si paulum modo offensum est. Cic. Tant soit peu.

Modo ne. Cic. Declinandum est de via, modo ne summa turpitudo sequatur. Pourueu que.

Videantur sanè, ne affirmentur modo. Cic.

¶ Modóne, Interrogatiuum. Terent. Modóne id demum sensisti Pamphile? Or primes Est ce de maintenant?

¶ Modo non montes auri pollicens. Terent. Presque.

Modo vt, pro dummodo. Cic. Modo vt constiterit fructus otii tui. Pourueu que.

Vt non modo secunda sperare debeas, sed etiã si omnia, &c. Cic. Non seulement, &c. mais aussi, &c.

¶ Modo, pro Saltem. Terent. A tout le moins.

¶ Modo, pro Interdum. Propert. Aucunesfois.

-sæpe notatus

Cum tribus annellis, modo læua Priscus inani

Vixit inæqualis. Horat.

Modulor, Modulatio, Modulator, Modulatus, Modulate, Vide Modulus in MODVS.

Modus, modi. Plaut. Moyen, Mesure, Reigle.

Est modus in siccando fœno, vt neque peraridum, neque rursus viride colligatur. Colu. Maniere & moyen de, &c.

Suus cuique modus est. Cic. Toutes choses ont leur mesure.

Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Cic. Tel moyen qu'on aura tenu a commencer, tel, &c.

Vnus modus, atque vna ratio est. Cic. Il n'y a qu'un moyen.

Pictoris cuiusdam summi ratione & modo. Cic. A la façon & maniere d'un peintre, A la mode & guise.

Modum benignitatis non cogitas. Terent.

Modus viuendi. Cic. Reigle, moyen, & maniere de uiure, ou façon & mode ou guise.

Bellandi modus. Sil.

¶ Abiit modus, Vide ABEO.

Adhibere modum alicui rei. Cic. La faire par moyen.

Adiicere modum, Vide ADIICIO.

Capere modum, Vide CAPIO.

Fine modóque carere. Lucret.

Constituere modum rebus infinitis. Cic. Bailler mesure & reigler.

Nisi tibi aliquem vitæ modum constitueris. Cic. Si tu ne prens une certaine maniere de uiure.

Custodire modum, Vide CVSTODIO.

Definire modum alicui rei. Cic.

Modo & ordine dicere & facere aliquid. Cic.

Dare modum alicui rei. Quintil.

Numerósque, modósque ediscere vitæ. Horat.

Sationis modum exequi. Cic.

Tempus modúmque exigere secum. Virgil.

Modum aliquem & finem orationi nostræ faciamus. Cic. Faisons fin.

Non facere modum lugendi. Cic. Ne cesser de pleurer.

More & modo aliquid facere. Cic.

Figere modum nequitiæ. Horat.

Modo & ratione omnia facere. Cic.

Finiuit modum nouis sepulchris. Cic. Taxa la despẽse qu'on feroit a l'aduenir pour l'edification des sepulchres.

Habere modum. Cic. Auoir ou tenir certaine reigle.

In quo non modus est habitus. Cic. En quoy on n'a point gardé mesure ou tenu de reigle.

Habet ista ratio quendam modum. Cic.

Modum dolori, pugnæ, tempori imponere, Vide IMPONO.

Mille modis labens. Ouid.

Miseris modis distracta laborant. Lucret.

Multis modis misceri. Lucret.

Secundis patitur in rebus modum. Seneca. Il garde moyen & prosperité.

Ponere modum exitiis. Virgil.

Præscribere modum. Quintil.

Modus in dicendo quærendus est.Cic.
Seruare modum.Plin.*Garder mesure.*
Statuere modum inimicitiarum.Cic. *Mettre reigle a son inimitié, Auoir quelque raison de hair aucun, & ne le hair point iusques a la mort, Hair aucun par mesure.*
Statuere modum imperii diuturnitati.Cic. *Donner prefiction de temps apres lequel un Magistrat finera, Limiter le temps.*
Statuere modum alienæ industriæ.Cic. *Donner reigle.*
Temperant modum frigoris & caloris accessus & recessus solis.Cic.
Tenere vel retinere modum.Cic.*Garder ou tenir moyen.*
Ludēdi est quidā modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus.Cic.
Æstimatione victus atque cultus terminatur pecuniæ modus.Cic. *On taxe la grandeur des richesses, & dict on combien une personne est riche en voyant sa despense.*
¶ Hoc modo.Cic. *En ceste maniere.*
Ad hunc modum, Idem.Cic.
Modo meo.Plaut.*A ma mode, A ma guise.*
Sine nunc meo me viuere interea modo. Terent. *A ma mode, A mon plaisir, Selon ma volunté.*
¶ Bono modo.Cic.*Par bon moyen & bonne maniere.*
Dum id modo fiat bono.Plaut.
Bono modo inuenire pecuniam. Plin.
Bono modo vindicare.Cato.
Si humano modo peccasset. Cic. *En la maniere qu'ont accoustume les hommes de faillir.*
Accipi indignis modis, Vide ACCIPIO.
Miris modis. Plaut. Multiplex modus.Plin.
Filium multis modis iam expecto, vt redeat domū. Terent.*Grandement.*
Nouo modo.Cic.*D'une nouuelle facon.*
Nullo modo potuerunt.Cic.*Nullement.*
Nullus modus est hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit.Cic. *Il n'y a maniere de, &c.*
Nos omnibus cruciant modis. Terent. *En toutes manieres.*
In tilia mas & fœmina differunt omni modo. Plin. *Du tout, En toutes sortes.*
¶ Apes, gallinarum modo incubāt.Plin. *A la facon & maniere des gelines.*
¶ Extra modum.Cic.*Oultre mesure.*
Extra numerum modúmque facere aliquid.Horat.
Conglobato corpore in pilæ modum.Plin.*A la facon.*
In modum pecorum.Liu.*Comme bestes.*
In modum amici, Vide IN præpositionem.
In germanum modum.Plaut.
In modum hostilem.Liu.*A la facon des ennemis.*
In maiorem modum, Vide MAGNVS.
Mirabilem in modum, Vide MIROR.
Mirum in modum, Vide MIROR.
Miserandum in modum.Cic.
In modum perpetuum, Vide IN præpositionem.
In modum peregrinum, Vide IN præpositionem.
Seruilem in modum cruciari.Cic.
Intra modum, Vide INTRA præpositionem.
Præter modum.Cic.*Sans, ou Oultre mesure.*
Ira supra modum est apibus. Virgil.*Les mousches a miel sont excessiuement ireuses, ou Sont plus ireuses que la grandeur de leurs corps ne monstre.*
¶ Modus, Finis. Iuuenal. Imponitque modū sapiēs, & rebus agēdis. *Il met fin.* Quis scelerū modus est? Lucan.
Nullo modo millesima pagina surgit. Iuuenal. *Sans fin.*
Nullus mentiendi modus est.Liu. *On ne fait que mentir, Les menteries d'auiourdhuy sont excessiues, On ment sans fin, ou desmesureement.*
Nullus modus adest lachrymis.Ouid.
Facere sibi modum veneris.Ouid.
Ponere modum orationi.Tacit.*Mettre fin.*
¶ Modus.Ci. *La mesure du chant de musique, Musique de mesure.*
Discordes modi.Stat.
Dulces modi.Horat. Lyrici.Ouid.
Flebiles.Horat. Musici.Quintil.
Impudici modi.Quintil. Rudis modus.Ouid.

Verbis, rebus, & modis lugubre carmen.Cic.
¶ Diuersis certare modis.Stat.
Varii concordant modi.Ouid.
Varietates & modos vocum surdus noscere non potest. Cicero.
Saltare ad tibicinis modos. Liu. *Danser au son du menestrier.*
¶ Modus agri.Cic.*Quelque mesure & portion de terre.*
Modus, etiam mensura aliarum rerum.Gell.
Sumere iustum modum cibi.Celsus.*Legitime & entiere mesure ou quantité de viandes, autant que ordinairement un homme sain doibt manger.* Maior vini modus.Cels.
Par modus omnium.Celsus.*Autant de l'un que de l'autre.*
Lupis maiorem natura modum dedit. Horat. *Plus grande grandeur.*
Módulus, pen.corr. Diminut. pro Mensura. Sueton.
Mystes, vel Mysta, mystæ, Sacra discens, mysteriorum peritus, discipulus, initiatus sacris alicuius numinis. Senec.
Pii mystæ. Ausonius.　　Infulati mystæ. Sidonius.

Mystagôgus, pen. prod. Princeps sacrorum. Cic.

Mýsticus, pen. cor. Adiectiuum: vt Mystica sacra. Martial. *Qui sont tenuz secrets au peuple.*

Mythos, Latinè fabula.

Mythologia, sermo fabularum.

Myxa, myxæ, *Morue, ou Moreau du nez.*

Myxos, myxi. Martialis. *Le bec de la lampe dedens lequel est la meiche.*

N

NAblium, nablii, Instrumentum musicũ, quod aliàs psalterium dicitur. Ouid.

Nactus, Vide NANCISCOR.

Næ, Græca dictio, Aduerbium affirmandi. Terent. *Certes, Certainement, Pour certain.*
Næ ego multò libentius emerim diuersorium. Cic.
Næ tu si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consuluisses. Cic.

Nænia, næniæ, vel Næniæ, næniarum. Quintil. *Vn chant de dueil sur la memoire d'un trespassé.*
Funebré næniam luctuosis carminibus scribere. Sidonius.
Puerorum nænia. Horat. *Chanson de petits enfants.*

Næuus, næui. Cic. *Vne tache qu'on ha de nature au corps.*
Farina decocta in aceto, næuos tollit. Plin.
Nullus in egregio corpore næuus erit. Ouid.

Nam, Coniunctio causalis, primum tantum locum sortitur. Terent.　-quidnam hic vult veterator sibi?
Nam si hic mali est quicquã, hem illic est huic rei caput. *Car si, &c.*
¶ Nam, pro Autem. Cic. Nam quod ista inusitata rabie petulanter in vxorem & filiam meam, &c. *Quãt est de ce que tu, &c.*
-quam tu rem actura obsecro es?　T. Nam quid ita est? P. rogitas? hunc tu, &c. *Mais pourquoy, &c.*
Nam quid ego te athletas putem desyderare, qui gladiatores contempseris? Cic.
Nam profectò aut metus, aut iniuria te subegit Syllane Consulẽ designatũ genus pœnæ nouũ decernere. Sallust.
Nam quia quædam sunt inimitabilia, quibus, &c. Quint.
Nam est longè aliter in versibus. Cicero. *Certainement c'est bien, &c.*

Nanciscor, nanciscerĭs, penult. corr. nactus sum, nancisci. Plaut. *Trouuer, ou Rencontrer d'aduenture, ou Recouurer.*
Valentiorem nactus aduersarium. Plaut.
Belluas immanes nanciscimur venando. Cic.
Boni aliquid fortuiti nancisci. Cic.
Causam moriendi se nactum esse Cato gaudebat. Cic.
Fidem nacta. Ouid.　　Firmitatem nancisci. Cic.
Quod rete atque hami mei nacti sunt, meum potissimum est. Plaut.　　Hospitium nancisci. Plaut.
Impudentiam. Plaut.
Non triumpho ex nuptiis tuis, si nihil nãciscor mali, &c. Terentius.
Nacti occasionem meridiani temporis, Cæsar.
Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii nactus ero. Cic. *Quand i'auray plus de loisir.*
Aliquem otiosum nancisci. Cic. *Trouuer a de loisir.*
Pisces ex sententia nactus sum. Terent.
Homines adolescẽtes summam potestatem nacti. Sallust.
Prædam nactus in agro. Ouid.
Nanciscetur enim pretium, noménque poetæ. Horatius. *Il acquerra.*　　Sortem nancisci. Cic.
Iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. Cic. *Il a eu, ou est entré en grande esperance.*
Tempora apta nactus. Ouid.

Nanque, Coniunctio causalis, quæ secundo loco ponitur: vt Ille nanque ita, &c. *Car.*
Nanque, primo loco positum, pro Siquidem, Certé. Cic.
Nanque quod tu nõ poteris, nemo poterit. *Certainement.*
Nanque, pro Verùm, aut Sed. Cicero, Nanque illud quare Scæuola negasti? *Mais pourquoy.*

Nanus, Adiectiuum. Iuuenal. *Vn nain, ou Nainete.*
Nanus. Festus. *Vn pot a eaue bas & creux.*

Napus, napi. Columel. *Nauet, ou Naueau.*

Napina, napinæ, pen. prod. Columel. *Vne nauetiere.*

Narcissus, narcissi. Plin. *Vne herbe laquelle n'ha aucun nom de populaire: les medecins & autres philosophes l'appellent du Narcisse.*
Purpureus narcissus. Virg.　　Cera comãs narcissus. Virg.

Narcíssinus, pen. corr. Adiectiuum: vt Narcissinum oleum. Plin. *Faict de narcisse.*

Nardus, nardi, fœm. gen. & Nardum, n. ge. Frutex. Plin. *Les apoticaires l'appellent du nard.*
Assyria nardus. Horat.
Perunctus nardo. Horat.
Liquida nardus, pro Vnguento nardino. Ouid.
Odorum nardum. Ausonius.

Nárdinus, pen. corr. Adiectiuum. Plin. *Qui ha l'odeur de nard.*
Vnguentum nardinum. Plin. *Faict de nard.*

Naris, huius naris, fg. Virgil. *La narine.*
Narium tædia & graueolentiam emendat succus hederæ. Plin.　　Acres nares. Lucret.
Acutæ nares. Horat.
Aduncæ naris spiramina. Lucan.
Balba de nare locutus. Pers.
Caua naris. Ouid.　　Compressæ nares. Lucret.
Geminæ nares. Virgil.

Obesæ naris iuuenis. Horat. *Qui n'ha point de iugement.*
Patulis captauit naribus auras. Virgil.
Pilosæ nares. Iuuenal. Remissæ nares à fronte. Ouid.
Resimæ, patulæque nares. Ouid.
Sagaci nare sentire aliquid. Lucan.
Truncæ nares inhonesto vulnere. Virgilius. *Quand quelcun est enasé.*
Tumidæ nares. Valer. Flac.
¶ Admouere aliquid ad nares. Cic.
Corrugare nares. Horat. *Froncer les narines.*
Ducere naribus succum. Cic. *Tirer par les narines.*
Vncis naribus indulgere. Persius. *Se mocquer d'aucun.*
Infundere in naribus. Columel.
Infundere per nares. Columel.
Lumen extinctum offendit nares nidore. Lucret.
Patent nares. Cic. Auras reducere naribus. Lucret.
Tauri spirantes naribus ignem. Virgil.

Narro, narras, narrare. *Conter, Raconter, Reciter, Narrer.*
Tu isti narrato omnẽ rem ordine vt factum siet. Terent.
Narra istuc quæso quid siet. Terent.
Quid narras? Terent. *Que dis tu? Vne maniere d'admiration, non point d'interrogation, Comme qui diroit, Tu me racontes merueilles.*
Opinor narras? Terent. *Me dis tu que tu le pensois?*
Nihil narras. Terent. *Me dis tu que ce n'est rien?*
Quas mulieres narras? Plaut. *De quelles femmes me parles tu?*
Quum de animo tuo quotidie mihi narraret. Cic.
Nauita de ventis, de tauris narrat arator. Propert.
Malè narrare de aliquo. Cic.
Casum aliquem narrare. Ouid.
Fabellam narrare. Horat.
Iucundè aliquid de aliquo narrare. Vide IVCVNDVS.
Memoriter narrare. Vide MEMBR.
Ordine narrare Terent.
Peræquè narrare, Vide PERAEQVVS.
Pericula sua narrare. Propert. Singula narrare. Ouid.
Stomachum narrare. Plin. iunior. *Dire ce qu'on ha sur le coeur.*
Suspiciosè aliquid narrare. Quintil.
Narrátque vt virgo à se integra etiam tum siet. Terent.
Narra mihi, reges Armenii patricios salutare non solent? Cic. *Dy moy, Raconte moy.*
Narro tibi, planè relegatus mihi videor posteaquam in Phormiano sum. Cic. *Ie te di que, &c.*
Narrauit antiquitas, Vide ANTIQVVS.
Perge opera experiri, quid epistola ista narret. Plaut.
Rumor narrat. Martial.
¶ Narrant, pro Dicunt. Plin. Solui pericula & metus narrant. *On dit que.*

Narrâtus, pen. prod. Participium: vt
Fabula narrata est. Ouid. *Racontee, Narree.*
Friuola (vt reor) & vulgo tamen narrata. Plin.

Narrâtus, huius narrâtus, pen. prod. Ouid. *Recit, Conte.*

Narrâtio, Verbale. Cic. *Recit, Cõte, Narrement, Narration, Vn narré.*
Aperta, atque dilucida narratio. Quintil.
Arida & ieiuna narratio. Quintil.
Constricta, an latius fusa narratio: continua, an diuisa: recta, an ordine permutato, causæ docebunt. Quintil.
Credibilis narratio. Quintil.
Dilucidè explicatæ narrationes. Cic.
Obscura narratio. Cic.
Gracilitas pressæ narrationis. Quintil.
Sinuosa narratio. Quintil.
Dicere narrationem. Quintil.
Exponere narrationem. Cic.

Narratiúncula, pen. corr. Diminutiuum. Quintil.

Narrâtor, penult. prod. Verbale. Cic. *Qui recite & raconte quelque chose, Raconteur, Narreur, Narrateur.*

Narrábilis, & hoc narrábile, penult. corr. Adiectiuum. Ouid. *Qu'on peult raconter.*

Narthex, huius narthêcis, pe. prod. m. g. Græcis, ferula Latinis dicitur. Plin.

Narthecium, narthecii. Cic. *Vaisseau a garder medicaments.*

Nascor, násceris, pen. corr. natus sum, nasci. *Naistre.*
Nasci equinis pedibus. Plin. *Naistre ayant des pieds de cheual.*
Nasci in pedes. Plin. *Naistre les pieds deuant.*
Nasci, & in lucem edi. Cic.
Natus Argus ex Argo patre. Plaut.
Ex me atque hoc natus es. Terent. *Ie suis ta mere, & cestuy est ton pere.* Natus ex ea familia. Terent.
Patre claro natus. Horat. Patre certo nasci. Cic.
Penelope natus. Cic. *Sa mere estoit Penelope.*
Iusta vxore nasci. Cic. *Estre de loyal mariage.*
Summo genere natus. Plautus. *Qui est de grande lignee, issu de grande parenté.*
Natus genere nobili. Cic. Natus summo loco. Cic.
Natus malè volente genio. Plaut. *Né de malheur, De male heure né.*
Quo de genere natus est illic Philocrates? v. Polyplusio. Plautus. De pellice natus. Ouid.
Inter agros & armenta natus. Tibul.
Natus Athenis. Plaut.
Carthagini ego sum natus olim. Plaut.
Natus ibidem. Plaut. Natus in Apulis. Plaut.
Hyppocrates & Epicides, nati Carthagine, sed oriũdi à Syracusis. Liu.
Natus animo leni. Terẽt. *Qui est doulx & debonnaire de nature.*
Natus cum virtutibus. Plaut.
In dedecore natus Verres. Cic. *Né & issu de meschant lieu.*
Sine crimine natus. Ouid. *Né de loyal mariage.*
Per scelera natus. Senec.
Vir ad dignitatem & gloriam natus. Cic.
Ad arma natus. Ouid. *Né aux armes, pour suyure les armes.*
Ad bella natus. Cic.
Ad facinus prædámque natus aliquis. Cic.
Ad dicendi singularem quandam facultatem natus Crassus. Cic. Ad furta nata manus. Ouid.
Ad honestatem natum genus hominum. Cic.
Ad iugum natæ boum ceruices. Cic.
Nati ad laudem & decus sumus. Cic.
Natus atque aptus ad alterius libidines flagitiosas. Cic.
Ad societatem & communitatem generis humani nati sumus. Cic.
Ad omnia summa natus Pompeius. Cic.
Deorum beneficio ad hæc tempora natus Cæsar. Cic.
In miseriam nascimur sempiternam. Cic.
In otia natus. Ouid.
Qui nati in spem honorum erant. Liu.
Scyphi nati in vsum lætitiæ. Horat.
Foro & multitudini nata eloquentia. Cic.
Imperio huic natus. Cic.
Nata gens instaurandis, reparandísque bellis. Liu.
Literis nati Græci. Cic.
Laudi natus. Cic. *Né pour auoir louange & honneur.*
Me credo huic esse natum rei ferundis miseriis. Terent.
Suis commodis natus. Cic. *Pour faire son prouffit.*
Patriæ, non sibi natus Cato. Cic.
Ita natus est. Cic. *C'est son naturel.*
Ita nati sumus, vt & blandiri & terrere possimus. Cic.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Horat.
Equidẽm haud sum natus annos præter quinquaginta & quatuor. Plaut. *Ie n'ay pas plus de cinquante & quatre ans.*
Annos nata est sedecim. Terent. *Elle ha seize ans.*
Annos ad quinquaginta natus. Cic. *Il ha enuiron cinquãte ans.*
Annos natus vndeoctoginta. Horat.
¶ Nata herba ad spem fœniseciæ. Varro. *Qui est creue si grande, qu'on espere en faire du foin.*
Copiosissimè nasci, Vide CVPIA.
Lentè nasci, Vide LENTVS.
¶ Bene natus ager. Varro. *De bonne nature.*
Alni nascuntur crassis paludibus. Virgil.
Poma nascuntur per annos continuos. Ouid.
¶ Nascitur dissidia, facinora, oratio, &c. Cic. Plaut. *Naissent, Sourdent, S'engendrent, Prouiennent.*
Nunc demum istæc nata oratio est. Terent. *Ce propos a esté trouué & forgé presentement, & tout a propos.*
Ex quo vno hæc omnia nata & profecta esse concedit. Cicero.

Nasci & Occidere, contraria. Cic.
Exoriri & nasci, Extingui atque opprimi, contraria. Ci.
Oritur ex se, & sua sponte nascitur amor. Cic.
Scribes ad me, vt mihi nascatur epistolæ argumentũ. Cic. *A fin que i'aye matiere de t'escrire.*
Vt perspiciatis vnde omnis iste natus sit error. Cic. *Dont est venue ceste faulte.*
Ergo ita nascetur exordium. Cic. *Doncques le commencement sera tel, Nous commencerons donc ainsi.*
Historia maxima nascitur de nihilo. Propert.
Ne quid plus mali nasceretur. Cic.
Ex cupiditatibus odia nascuntur. Cic. *S'engendrent.*
Enitar vt in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. Cic.
Maior rerum mihi nascitur ordo. Virgil.
Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Cic.
Ergo nata est sententia veterum Academicorum, vt finem bonorum dicerent, secundum naturam viuere. Cicero. *Doncques l'opinion est venue & issue.*
Voluptas nata. Lucan.
Ventus nascitur. Cic. *Se lieue & commence a souffler.*
Auster nascitur. Virgil.
¶ Natus ex se. Cic. Ita degenerant, vt ipsi ex se nati esse videantur. *En sorte qu'il semble qu'ils ne tiennent rien des autres, & qu'ils n'ont point de deuanciers, ains eulx mesmes l'ont inuenté.*
Homo ex se natus. Tacit. *Qui s'est faict luymesme.* B.
Vnde hoc natũ? Cic. *Dont sont venues premierement ces parolles?* B.
Nascens Participium. *Naissant*: vt Athenis non nascentibus, sed iam adultis fuit Thucydides. Cic.
Fraga nascentia humi. Virgil.
Nascenti propè nostræ laudi, dignitati, virtutique præfuisti. Cic.
Luna nascens Horat. Sol. Senec.
Poma nascentia. Ouid. Tempora nascentia. Ouid.
Puer nascens. Virgil. Vuæ nascentes. Ouid.
Natus, nati, Substantiuum, pro filio. Virgil. *Vn filz.*
Et nati natorum & qui nascentur ab illis. Virgil. *Les enfans des enfans.*
Charitas quæ est inter natos & parentes, dirimi nisi detestabili scelere non potest. Cic.
Parui nati. Horat.
Natus aliquando assumit g, & dicimus gnatus.
¶ Nati, de pullis equarum. Columel.
Nata, natæ, *Vne fille.*
Maxima natarum Priami. Virgil. Dulcis nata. Horat.
Auellere natam complexu matris. Catul.
Natu, vt Maior natu, non nisi in ablatiuo reperitur, & cum adiectiuis Magnus, Paruus, & Grandis iunctum.
Sum natu maximus. Terent. *Le plus aagé.*
Admodum grandis natu. Cic. *Fort aagé.*
Maiores natu consulemus. Liu. *Les plus anciens.*
Magno natu principes. Liu. *Aagez.* Vide MAGNVS.
Minor, siue Minimus natu, Vide Minor in PARVVS.
Grauior natu animus. Terent. *Qui a plus veu d'experiences.*
Natio, nationis. Plaut. *Nation, Gens qui sont natz du lieu mesme ou ils demeurent, Le pays.*
Iudæorum & Syrorum nationes. Cic.
Nationes mellis. Plin.
Natione Macedo. Plin. *Macedonien de nation.*
Nationes resinæ. Plin.
Acerrimæ nationes. Cic. Bellicosa natio. Cic.
Cumulata natio. Cic. Erudita illa Græcorum natio. Cic.
Exteræ nationes & gentes. Cic.
Inanes & barbaræ nationes. Cic.
Coniungere nationes. Cæsar.
Conquassare nationes, Vide CONQVASSO.
In pecoribus quoque, inquit Festus, bonus prouentus, bona natio dicitur. *Grande venue & abondance.*
Natio me hominis impulit, vt ei rectè putarem. Cicero. *Le pays de l'homme m'a, &c.*
¶ Natio, pro Ordine & societate, & genere hominum. Cic.
Ne de officiosissima quidem natione candidatorum. *De ceste bande & compagnie si trescourtoise des poursuyuants.*
In natione hominum genus consyderatur. Cic.
Gentiles nationes. Tacit.
Natâlis, pen. prod. m. g. vel Natâle, n. g. & hoc Natalitiũ. Cic. Plin. *Le iour de la naissance ou natiuité d'un chascun, Le natal, ou iour natal, Noel.*
Celebrare natalem suum, Vide CELEBRO & CONCELEBRO.
Vrbis natalis. Plin. *Le iour que la ville fut fondee.*
Natâlis, & hoc natâle, pen. prod. vt Natalis dies, Idem. Cic.
Natali die tuo scripsisti epistolã ad me plenã consilii. Cic.
Astrum natale. Horat.
Dies natalis. Valer. Flac.
Domus natales. Valer. Flac. Hora natalis. Horat.
Humus. Ouid. *En laquelle on a esté né.*
Locus. Ouid. Lux. Ouid. *Le iour de la natiuité.*
Rura natalia. Ouid.
Sterilitas natalis & ingenita. Columel. *Vne sterilité naturelle.*
Natales, natalium, pluraliter tantùm: vt Generosi natales.
Natales obscuri. Cor. Tacit. *La noblesse & ancienneté, ou petitesse de la race & maison d'un chascun, La parenté & le sang dont un chascun de nous a prins naissance.*
Mulier natalibus clara. Plin. iunior. *De noble lignee, ou de bonne maison, De noble origine.*
Natalibus restituere. Plin. iunior. *Anciennement c'estoit remettre un homme qui auoit esté serf, en ingenuité, Nous pouons aujourdhuy dire Anoblir: & pareillement, Releuer d'auoir faict chose derogant a noblesse.*
¶ Natales pro Ignobilitate generis posuit Plinius iunior.
¶ Natales diuersarum gentium. Plin.
Natalitius, Adiectiuum: vt Dies natalitius. *Le iour de la natiuité d'aucun.*
Natalitia prædicta. Cic. *Les deuinements & predictions des astrologues.*
Dare natalitia. Cic. *Faire le banquet du iour de sa natiuité.*
Natiuus, pen. prod. Adiect. Plin. Sunt & montes natiui salis. *Il y a des montaignes de sel naturel, ou le sel sengendre, Du sel naif, qui n'est point faict par artifice humain.*
Natiuus color. Plin. *Couleur naifue, Couleur naturelle, comme le noir & le blanc.* Coma natiua. Ouid.
Corpus natiuum ac mortale. Lucret.
Decus natiuum retinere. Ouid.
Natiui dei. Cic. *Qui ont commencement & naissance.*
Domos natiuas dabant antra. Seneca.
Lapilli natiui. Propert.
Malum natiuum. Cic. *Mauuaistié & malice naturelle.*
Moles natiua. Ouid.
Domesticus, natiuusq; sensus. Cic. *Que les bestes ont de nature.*
Testæ natiuæ. Cic.
Verba natiua. Cic. *Qui sont de la premiere facon, & ne sont point deriuez d'autres, Primitifs.*
Natiuitas, pen. corr. Vlpian. *Natiuité.*
Natûra, pen. prod. Plin. *Nature.*
Creatrix rerum natura. Lucret.
Mater omnium rerum, natura. Cic.
Parens communis natura. Cic.
Parens omnium natura. Cic.
Infensa natura generi humano, Vide INFENSVS.
Ius naturæ nouatum. Ouid.
¶ Natura. Plin. Cic. *La partie honteuse d'une personne ou d'une beste, La nature.*
Fœcunda natura. Lucret.
¶ Si exemeris ex rerum natura beneuolentiæ coniunctionem. Cic. *Si tu ostes d'entre les hommes, &c.*
E natura rerum euellere. Cic. *Destruire quelque chose.*
In rerum naturam cadere, Vide CADO.
Constare natura sua. Quintil.
Circunlinire simplicem vocis naturam pleniore quodam sono. Quintil. Mundi natura. Cic.
Cohærens & continuata natura, Vide COHÆREO.
Corporea natura. Lucret.
Edax natura Ætnæ. Ouid.
Immortali natura præditus. Lucret.

Quinta natura.Cic. Tenuis natura aeris.Lucret.
¶ Natura solitarium nihil amat.Cic. *La nature & inclination de l'homme.*
¶ Natura. Virgil. *Maniere & facon de faire.*
Quæ tua est natura.Cic. Cognitum per teipsum(quæ tua natura est)dignum eum tua amicitia hospitióque iudicabis. *Veu ta nature.*
Natura & mores alicuius.Cic. *Sa complexion.*
Adiunctio naturæ.Cic.
Collegium naturæ, Vide Collegium in COLLEGA.
¶ Ad naturam,Vide AD præpositionem.
Admirabilis ad dicendum natura.Cic.
Aduersante & repugnante natura nil decet. Cic.
Agilis & velox humani ingenii natura. Quintil.
Bona natura.Terent.
Communis omnium natura.Cic.
Difficilis natura.Ouid. Docilis.Quintil.
Dura rerum natura. Horat.
Dux rectè viuendi optima,natura.Cic.
Eximia illustrísque natura. Cic.
Fixa & mutari nescia natura.Iuuenal.
Generata hominis natura.Cic. Humana. Horat.
Ignaua.Ouid.
Immanis atque importuna natura.Cic.
Incorrupta natura.Quintil.
Animi quædam ingenita natura. Quintil.
Inuida natura.Lucret. Larga.Iuuenal. *Liberale.*
Liberalior.Quintil.
Mendosa est natura mea,Vide MENDA.
Mobiles naturæ & anni Horat.
Mobilis & varia natura malorum Iuuenal.
Voluntates hominú occultæ,multiplicésque naturæ.Cic.
Norma legis est natura.Cic. Prouida solérsque. Cic.
Potens natura.Horat. Vaga.Horat.
¶ Accommodatus ad naturam,Vide ACCOMMODO.
Addere naturam,Vide ADDO.
Aptare ad naturam.Cic.
Assumere in causam naturas iudicum. Quintil.
Naturæ cedere, siue concedere.Sallust. *Mourir.*
Commutare naturam.Varro.
Comparata ita est hominum natura, Vide COMPARO.
Adiuta cura natura magis eualescit Quintil.
Fabricata est hoc incredibiliter natura.Cic.
Facere sibi naturam alicuius rei. Quintil.
Vt fert natura aliquid facere. Terent. *Suyuát son naturel, D'un mouuement naturel, Sans contraincte, Naifuement.* Quod & ex animo facere dicimus.
Fingit homines ac creat imitatores ac narratores facetos natura.Cic.
Naturæ suæ rationem habere.Cic. *Auoir esgard a ses meurs & conditions.*
Hoc natura est insitum,vt qué timueris,&c.Cic. *Nous auons cela de nature,que,&c.*
Naturæ satisfacere.Cic. *Mourir.*
Sequi naturam ducem.Quintil.
Ad laudem atque virtutem natura valet.Cic.
Ad naturam viuere.Senec.
¶ Arborum atque herbarum naturas. Plin. *Leur nature, force & vertu.*
Tetra natura absynthii.Lucret.
Animæ natura propria atque vis,vt ipsa à seipsa moueatur.Cic. Cæli & loci alicuius natura.Cic.
Simplex canendi natura. Quintil.
Perscrutari penitus naturam criminis.Cic.
Vis & natura iustitiæ.Cic.
Mendaces non genere, sed natura loci. Cic. *A cause du lieu, Par la vertu & nature du lieu.*
Ea est natura & religio prouinciæ tuæ,vt,&c. Cic.
Stirpium naturas persecutus est Theophrastus.Cic.
Tractare virtutum,vitiorumque naturam.Quintil.
¶ Natura, Ablatiuus.Cic. *Naturellement, De nature.*
Insolens & superba natura victoria.Cic.
Sublimis & acer natura.Horat.

-hæc tria primum addidi
Præter naturam: Terent. *Contre ma nature, Oultre que ie n'auoye de coustume.*
Naturâlis,& hoc naturâle,pen.prod.Sueton. *Naturel.*
Desyderia naturalia,pro cupiditate coeundi.Columel.
Diuinatio naturalis.Cic. Fauor naturalis.Quintil.
Filius naturalis.Sueton. *Legitime, & qui n'est point adoptif.*
Legem naturalem diuinam esse censet Zeno.Cic.
Malum naturale.Ouid. Motus naturalis.Cic.
Munus naturale decoris.Ouid.
Naturalis & non fucatus nitor. Ouid.
Naturalis atque insita in animis nostris notio.Cic.
Pabulum naturale.Cic. Pater naturalis. Cic.
Pauor naturalis cerui.Ouid.
Principium naturale omnium causarum vnum est.Cic.
Quæstiones naturales & obscuræ.Cic.
Societas naturalis.Cic. Vindemia naturalis. Plin.
Maximè naturalis.Cic.
Plerisque verò naturale,vt nictare nó cessent. Pli. *Ce est naturel a beaucoup, Il y en a beaucoup qui ont cela de nature, que, &c.*
¶ Naturalia,plurali tantum numero.Colum. *Les parties hóteuses de la personne.*
Naturale,numero singulari,eodem sensu protulit Celsus.
Naturâliter,pen.corr. Aduerbium.Cic. Plin. *Naturellement, De nature.*
Nasiterna, nasiternæ.Varro. *Vne sorte de vaisseau a eaue qui ha des anses, & est fort ouuert.*
Nasiterna amphora.Cato.
Nassa, nassæ.Cic. *Vne nasse.* Leuis nassa.Sil.
Nasturtium, nasturtii,Herba. Plin.Cic. *Cresson alenois.*
Nasus, nasi. Cic. *Le nez.*
Pestis nasorum.Catul. *Grande puanteur.*
Pituita mala nasi.Catul. Aduncus nasus.Horat.
Crispans nasus. Pers. *Refroncé & ridé, comme quand on rit bien fort, ou on rechine.*
Madidi infantia nasi.Iuuenal. *Quád on ha le nez morueulx comme les petits enfants, La morue du nez.*
Turpiculo puella naso. Catul.
Vigilanti stertere naso.Iuuen. *Faire la dormeueille, Contrefaire le dormeur.*
¶ Nasus.Plin. *Moquerie.*
Naso suspendere aliquem.Horat.Pers. *Se moquer de luy.*
Nasum habere.Martial. *Estre moqueur.*
Ad nasum venire, Vide AD præpositionem.
Nasûtus,pen.prod. Adiectiuum. Horat. *Qui ha grand nez, Nasu, Nasard.*
Nasutus. Martialis. *Moqueur.*
Nasutius, comparatiuum formauit Martialis.
Nasutulus,penult.corr.Adiectiuum diminutiuum.Apul. *Petit moqueur, Moquereau.*
Nata, Natales, Vide NASCOR.
Natatilis, Vide NATO.
Nates, natis:pluraliter hæ Nates.Horat.Mart. *Les fesses.*
Aridæ nates.Horat.
Natio, Natiuitas, Natiuus, Vide NASCOR.
Nato, natas,Vide NO, nas.
Natrix, natricis, penult.corr. masc.& fœ.gen.Cic.Lucan. *Vne sorte de serpent venimeux.*
Natura, Naturalis, Natus, Vide NASCOR.
Nauale, Nauarchus, Vide NAVIS.
Nauci, n.g.indeclinabile.Fest. *La coquille d'une noix, ou le noyau d'une oliue, ou la petite taye qui est au milieu d'une noix.*
Nauci. Plaut. *Toute petite chose de nulle valeur, comme peleures de poires, pommes, rongneures de quelque chose que ce soit, Balieures & ramonneures de la maison.*
Non habeo nauci Marsum augurē.Cic. *Ie n'estime point peu.*
Naucifacio, naucifacis,pen.corr.naucifacere. Plaut. *N'estimer rien quelque chose.*
Naucleriacus, Nauclerus, Naufragium, Vide NAVIS.
Nauiculor, Nauigo, Vide NAVIS.
Nauis, huius nauis. *Vne nauire, Vne nau, naue, ou nef.* Alii masculinè dicunt. *Vn nauire.* Rector nauis. Virgil.

Magister nauis.Vlpian. *Vn pilote ou matelot.*
Moderamen nauis.Ouid.
Inhabilis magnitudinis nauis,Vide INHABILIS.
Acta per æquoreas hospita nauis aquas.Ouid.
Actuariæ naues.Liu.Cæsar. *Qu'on meine auec rames & auirons, Galleres.*
Æratæ naues,quæ & rostratæ.Nauium enim rostra ex ære fiebant.Cæsar.
Apertæ naues.Cic. *Qui ne sont point couuertes ne planchees.*
Cærulea nauis.Virgil.
Capaces fluminum naues, ad mare non sufficientes.Vlp. *Basteaulx.* Celsæ naues.Virgil.
Citæ naues.Ouid. Cursoria nauis. Sidonius.
Claudæ mutilatǽque naues.Liu. Curuæ naues. Ouid.
Debilitata nauis.Liu.
Fluuiatiles naues.Liu. *Desquelles on se sert es riuieres, Basteaulx de riuieres.*
Frumentariæ naues. Cæsar. *Qui seruent a porter froument & marchandise.* Inanis nauis, Vide INANIS.
Ingentes naues. Lucret.
Inhabiles,ad onera naues.Vlp. Instabiles naues.Ouid.
Longæ naues.Cæsar. *Galleres.*
Naues marinæ.Scæuola. *Nauires de mer.*
Minuta nauis.Catul. Obruta nauis aquis. Ouid.
Oneraria nauis,Vide ONVS.
Papyraceæ naues.Plin. Perfossæ naues.Plin.
Piratica nauis. Quintil. *D'escumeur de mer, De coursaire.*
Piscatoriæ naues.Liu. *De pescheurs.*
Prædatoriæ naues.Liu. *D'escumeurs de mer, De larrons & pirates,ou coursaires.*
Prætoria nauis.Liu. *La capitaine.*
Rostratæ naues.Liu.
Salua naue in portum peruenire.Quintil.
Speculatoriæ naues. Liu. *Qui seruent pour aller espier & descouurir, Brigantins,ou Fregates.*
Naues tectæ,& Naues apertæ, contraria. Liu. *Nauires couuertes & planchees.*
Turritæ naues.Plin.Cæsar. *Garnies de tours.*
Valida nauis.Virgil. Vinaria nauis.Vlp.
Vitiles naues.Plt. *Faictes d'ozier,& couuertes de cuir par dessus.*
Vulnerata nauis.Liu.
¶ Naues abreptæ remis in terram.Liu.
Adiguntur naues,Vide ADIGO.
Adornare nauem.Cæs. Aduehere naue,& nauē.Plin.
Aduehi naui ab Epidauro Piræeum.Seruius Ciceroni.
Ædificare nauem, Vide AEDIFICO.
Agere nauem.Horat. Ambulant naues.Cato.
Appellere nauim ad villam aliquam.Cic.
Applicare naues terræ,& ad terram, Vide APPLICO.
Aptæ instructǽque remigio naues.Liu.
Armare naues,Vide ARMO.
Summa nauium tabulis augent.Tacit.
Coactæ naues,Vide COGO.
Conducta nauis,Vide CONDVCO.
Conficit optimè cursum nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur.Cic.
Confracta nauis,Vide CONFRINGO.
Confugere in naues.Cæsar.
Conscendere nauem,vel in nauem.Cic. *S'embarquer.*
Constratæ naues,quæ & tectæ dicebantur.Cæsar. Cicero. *Couuertes & planchees.*
Constratæ tempestatibus naues, Vide CONSTERNO.
Construere nauem.Cic.
Contrudere in naues,Vide CONTRVDO.
Correpere in nauem Cic.
Deferri naui,Vide DEFERO.
Descendere ad naues.Cic.
Detrudunt naues scopulo.Virgil.
Timidæ dirige nauis iter.Ouid.
Diuidere nauem.Quintil.
Euertere nauem in portu.Cic. Fabricari naues.Tacit.
Magna vel parua naue ferri.Horat.
Fertur nauis velis ventóque.Lucret.

Gubernare nauem,& saluam in portu collocare.Cic.
Hærentes littore naues.Horat.
Austri iactantes nauim.Horat.
Impegit nauem,Vide IMPINGO.
Inflammari nauem,incendique iussit.Cic.
Inhiberi retro nauem,Vide INHIBEO.
Instituere nauem vel naues,Vide INSTITVO.
Instructæ naues.Virgil, *Equippees,Calfeutrees,Armees.*
Instructa & ornata nauis.Cic.
Aqua inuoluens nauémque viró sque.Virgil.
Loqui ex nauibus.Cæsar.
Moliri naues ab terra. Liu. *Les reculer de terre pour entrer en haulte mer.* Tarda nauis remigio mouebat se.Virgil.
Patiens nauium Tyberis,Vide PATIOR.
Nauigat nauis in stagno.Vlpianus.
Peragere nauem in portum,Vide PERAGO.
Nauibus atque quadrigis petere aliquid.Horat. *Par mer & par terre, De tout son pouuoir.*
Properatæ naues.Tacit. *Faictes hastiuement.*
Reficere naues.Tacit. *Refaire, Rhabiller, Racoustrer.*
Iactatam nauim religarat vdo littore.Horat.
Soluere nauem.Ouid. *Deslier, Desancrer.*
Subducere naues. Virgil. *Les tirer de mer sur terre pour les rhabiller & refaire.*
Supplere remigio naues.Liu.
Fessas naues tenent vincula.Virgil.
Transportare nauibus copias omnes Dyrrachium.Cic.
Turbata duce amisso nauis.Liu.
In nauibus vehere aliquem.Cic.
Venire nauibus.Liu.
Vna nauis est bonorum omnium,per translationem.Cic. *Touts les gents de bien sont d'un accord maintenant.*
Nauicula,pen.corr.Diminutiuum.Cic. *Nacelle.*
Parua nauicula.Cic.
Traiicere nauicula in Africam.Cic. *Passer de,&c.*
Nauicella,Diminutiuum ab altero diminutiuo Nauicula. Martianus. *Nacelette.*
Nauâlis,& hoc nauâle,pen.prod.vt Prælium nauale.Plin. *Qu'on fait sur la mer en nauires,Guerre nauale.*
Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Cic.
Bellum nauale.Cic. *Guerre nauale.*
Certamen nauale.Virgil.
Corona naualis.Virgil. *Qu'on donnoit anciennement a celuy qui entroit le premier dedens la nauire des ennemis.*
Crimen nauale.Cic. Disciplina naualis.Cic.
Gloria naualis. Cic. *La gloire & le loz qu'on ha d'auoir eu la victoire sur la mer.*
Materia naualis.Liu. *Bois de quoy on fait les nauires.*
Pugnæ nauales.Cic.
Res naualis. Liu. *Le faict de la marine.*
Socii nauales,Qui remiges quoque dicuntur.Liu.
Naualis triumphus.Pli. *Triomphe d'une victoire gaignee sur mer.*
Naualis tuba.Martial.
Vncus naualis.Valer.Flac.
Nauâle,nauâlis,pen.prod.n.g.Virgil.Cic. *Vn haure,ou hable.*
Aptum nauale carinæ.Ouid.
Caua naualia.Ouid. Longa naualia.Ouid.
Siccum nauale.Ouid. Diripere rates naualibus.Virg.
Puppis exit naualibus.Ouid.
Nauarchus, nauarchi. Cic. *Pilot & patron d'une nauire, Galiot, Nauchier.*
Nauarchis,nauárchidis,pen.corr.f.g.Nauis Prætoria,in qua est Prætor. *La capitaine.*
Nauclêrus, nauclêri, pen. prod. Plaut. *Vn patron de nauire, Vn pilot ou matelot,Galiot,Nauchier,Gouuerneur de nauire.*
Nauclerius, Adiectiuum. Plaut. *Appartenant a patron de gallere.*
Naucleriacus,pen.corr.Idem.Plaut.
Naufragus, naufragi, pen. corr. Propert. Cic. *Qui est eschappé du peril de la mer,apres que la nauire ou il estoit a esté rompue par tempeste & tormente,Eschappé du naufrage,ou Qui est en naufrage.*
Interiit naufragus.Ouid.
¶ Naufragus,per trāslationē.Ci. *Qui vient a pouureté par sa faulte*
Naufragus patrimonio.Cic. *Qui a tout perdu.*

Dare tabulam naufrago. Sene. *Sauuer aucun, & le secourir apres qu'il a tout perdu.*

Naúfragus, pen. cor. Adiectiuum, interdum actiuè, interdum passiuè sumitur: vt Corpora naufraga. Virg. *Perdus par naufrage.*

Mare naufragū. Horat. *Qui faut le naufrage & perdre les nauires.*

Monstra naufraga. Ouid. Tempestas. Valer. Flac.

Puppis naufraga. Ouid. Vnda. Tibul.

Naufragium, naufragii. Cic. *Brisement & perte de nauire par tempeste, Naufrage.*

Commune naufragium. Claud.

Magna naufragia. Lucret. Dira. Seneca.

¶ Colligere naufragia, Vide COLLIGO.

Expelli naufragio. Cic.

Facere naufragium. Cic. *Perdre sa nauire par tempeste.* Et per translationem, *Perdre toute chose que ce soit.*

Pati naufragium. Seneca.

Naufragia & bonorum direptiones. Cic.

Naufragia rei familiaris. Cic.

Ex naufragio tabula. Cic. *Ce qu'on peult sauuer d'une grāde perte.*

Naufragium fortunarum. Cic.

Nauifragus, pen. corr. Adiectiuum: vt

Fretum nauifragum. Ouid *Qui faut rompre & briser & perir les nauires.* Saxa nauifraga. Stat.

Nauiculor, pen. corr. nauiculâris, nauiculâri. Martial. *Aller sur l'eaue en une nauire, Nauiger.*

Nauiculárius, nauicularii, Idem qui Græcè Nauclerus. Cic.

Nauiculâtor, pen. prod. Idem. Cic.

Nauicularia, nauiculariæ. *L'art & science de conduire une nauire.*

Nauiculariam facere. Cic. *Freter une nauire pour les marchands, Louer sa nauire pour porter marchandise, ou Porter gents ou marchandise en payant.*

Nauigium, nauigii. Columel. Cæsar. *Toute sorte de nauire.*

Actuaria nauigia, Vide AGO.

Grauia nauigia. Cæsar.

Piscatorium nauigium. Quintil. Probum. Cic.

Speculatoria nauigia. Cæsar. *Espions & briganteins.*

Vectoria nauigia. Cæsar.

¶ Committere paruo nauigio pueros. Cic.

Concedere mari nauigia. Columel.

Concredere mari nauigia, Vide CONCREDO.

Dissolutum & dissipatum nauigium. Cic.

Infrænare nauigia anchoris, Vide INFRAENO.

Instruere nauigia armamentis, Vide INSTRVO.

Nauigium interiit. Hirtius.

Mare scindere nauigiis. Ouid.

Nauigium trahit aquam, Vide TRAHO.

¶ Nauigium. Scæuola. *Nauigage, Nauigation.*

Nauigiolum, pen. cor. Diminutiuum. Lentulus Senatui. *Une barque, Une flette.*

Náuiger, pen. corr. Adiectiuum. Plin. *Portant nauire.*

Mare nauigerum. Lucret.

Náuigo, náuigas, pen. cor. nauigâre. Cic. *Nauiger, Aller sur l'eaue en une nauire.*

In Indos nauigare. Plin.

In Britanniam nauigare consueuerunt. Cæsar.

Nauigare in portu. Terent. *Estre a seureté.*

E portu nauigare. Quintil. *Partir du port.*

Commodè magis, quàm strenuè nauigare. Cic.

Incommodissimè nauigare. Cic.

Classibus maximis nauigare. Cic.

Nauigare mare. Virgil.

Myoparonibus nauigare. Cic.

Probo nauigio, bono gubernatore nauigare. Cic.

Pinus nauigat in vndis. Ouid.

Nauigare ratibus. Plin.

Remis nauigare. Cic.

Si Xerxes cum tantis classibus, tantísque equestribus & pedestribus copiis maria ambulauisset, terram nauigauisset. Cic.

Plenissimis velis nauigare. Cic.

¶ Nauigâtur, Impersonale. Cic. Quum aut hyeme, aut referto prædonum mari nauigaretur.

Nauigatur Occidens. Plin.

Nauigâtus fluuius. Plin.

Nauigandus, Adiectiuum. Vlpianus, Nautæ appellantur omnes, qui nauis nauigandæ causa in naui sunt.

Nauigátio, nauigatiônis, Verbale. Cic. *Nauigation, Nauigage.*

Secunda nauigatio. Tacit. *Prospere & sans encombrier.*

Longa ex nauigatione aliquando in portum venire. Cic.

Cōquiescit mercatorū nauigatio, Vide CONQVIESCO.

Nauigábilis, & hoc nauigábile, pen. corr. vt Nauigabile flumen. Columel. *Qui porte basteaulx, Nauigable.*

Nauigabile mare. Liu.

Naumachia, naumáchiæ, penult. cor. Martial. *Guerre faicte sur la mer.*

Naumachiam committere. Sueton.

¶ Naumachia. Sueton. *Le lieu ou se faict telle guerre.*

Naumachiárius, naumachiarii. Suetonius. *Combatant en nauire sur la mer.*

Naumachiarius, Adiectiuum: vt Naumachiarius pons. Plin. *Le pont par lequel on entre es nauires pour combatre.*

Naulum, nauli. Iuuenal. *Le pris & salaire qu'on baille pour estre passé l'eaue.*

Nauta, nautæ, com. gen. vel Náuita, náuitæ, pen. cor. Terent. *Marinier, Maronnier, Batelier, Nautonnier, Matelot.*

Nauta significare dicitur, quum tempestatem aut serenitatem præuidet. Cic.

Nautæ & gubernatores. Cæsar.

Audaces nautæ. Horat.

Callidi nauitæ horrida vincunt æquora. Horat.

Fluctiuagi nautæ. Stat.

Miseri nautæ. Lucan.

Oppressi in æquore nautæ. Stat.

Perfidus nauita. Catul. Sollicitus nauita. Ouid.

Timidus. Horat. Vagi nautæ. Stat.

Náuticus, náutici, pen. corr. Plin. Liu. *Le patron d'une nauire.*

Náuticus, pen corr. Adiectiuum: vt Nauticus clamor. Virgil. *Cri de nautonnier.*

Nauticus cantus. Cic. Pubes nautica. Sil.

Nauticæ exuuiæ. Cic. Res nauticæ. Cic.

Panis nauticus. Plin. *Biscuit.* Vela nautica. Horat.

Pinus nautica. Virgil. Verbum nauticum. Cic.

Nauo, nauas, nauâre. *Aider de tout son pouoir, S'employer de toute sa puissance a faire quelque chose.*

Nauare & efficere aliquid. Cic.

Vespasiano bellum nauauerint. Tacit.

Vt istic quoque nostram in te beneuolentiā nauare possimus. Cic. *Que puissions faire chose, dont tu congnoisses la bonne voluntè que nous te portons.*

Cæteros vt quisque flagitium nauauerat, præmiis attollit. Tacit.

Operam nauare. Cic. *Ayder de toute sa peine, Employer sa peine.*

Operam militarem nauare. Liu.

Tibi omnes fortes viri nauare operam & studium volunt. Cic. *Se veulent employer pour toy.*

Nauare & efficere opus aliquod. Cicero.

Reipublicæ nauare. Cic.

Studium suum alicui nauare. Cic.

Studia suffragandi nauare. Q. Cic.

Nauplius, nauplii, Piscis. Plin. *Une sorte de poisson.*

Nausea, nauseæ. Plin. *Faim & appetit de vomir, ou de rendre sa gorge.*

Nauigauimus sine timore, & sine nausea. Cic.

Abiit iam planè nausea, Vide ABEO.

Fluentem nauseam coercere. Horat.

Discutere nauseam. Columel. *Oster l'appetit de vomir.*

Facere nauseam Cic. *Vomir, Rendre sa gorge, Desgoziller.*

Inhibere nauseam. Plin. *Garder de vomir.*

Nauséola, pen corr. Diminutiuum. Cic.

Nauseôsus, penult. prod. vt Radix nauseosa. Plin. *Qui induit & prouoque a vomir.*

Nauseo, nauseas, nauseâre. Cic. *Auoir faim de vomir.*

¶ Nauseare. Cic. *Despriser & reiecter.*

Nauseans, Participium: vt Ructans & nauseans. Cic.

Nauseâtor, nauseatôris, Verbale. Senec.

Nauta, Vide NAVIS.
Nautea, náuteæ, pen. corr. Plaut. *Vne herbe vulgairement dicte Maulue terrestre, Bon poane.*
Nauticus, Vide NAVIS.
Nautilus, pen. corr. Plin. *Vne sorte de poisson qui nage le ventre dessus.*
Nauus, Adiect. Cic. *Prompt, Soubdain, Diligent & soigneux a faire quelque chose.*
Nauus & Ignauus, contraria. Columel.
Nauus & industrius homo. Cic.
Timor nauus. Silius.
Náuitas, pen. corr. nauitâtis. Cic. *Soubdaineté, Diligence & soing.*
Nauiter, pen. corr. Aduerbium. Terent. *Soubdainement & diligemment, Songneusement.*
Nauiter & sine concessationibus vllis permeabit. Colum.

N E

Ne, Aduerbium prohibendi, Idem significat quod Non. Secundis personis subiunctiuorum aliquando iungitur.
Ne metuas. Terent. *Ne crains point.*
Ne abs te hanc segreges. Terent.
Secundis personis imperatiuorum. Plaut. Ne doce.
Ne iura, satis credo. Plaut. Ne sæui tantopere. Terent.
Optatiuo aliquando. Cic. Ne viuam, si tibi concedo. *Ie puisse mourir si, &c.*
Ne abeo, pro, Non abeo. Plaut.
Ne forsan, pro Ne forte. Portius Latro.
Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas. Terent.
Ne tu frustrà sis. Terent. *A fin que tu ne t'abuses.*
Id paues, ne ducas tu illam. Terent. *Tu as paour que, &c.*
¶ Ne causalis. Terent. Verbum vnum caue de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam. *A fin que, ou De paour que, &c.*
Vide ne pereas. Terent. *Garde que tu ne perisse.*
Te per amicitiam obsecro, vt ne ducas. Terent. *Que tu ne la prenne a femme.*
Vt ne addam, quòd sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es. Terent. *Sans que ie die d'aduantage que, &c.*
¶ Ne quidem. Cic. Nunquam illum ne minima quidem re offendi. *En quelque petite chose que ce fust.*
Quid enim Africanus indigens mei? minimè hercle. at ne ego quidem illius. Cic. *Ne moy aussi.*
Ne nunc quidem. Terent. *Ne a ceste heure mesme.*
Virgo, cuia est? CH. nescio hercle. P. vnde est? CH. tantundem. P. vbi habitat? CH. Ne id quidem. Terét. *Ne cela aussi.*
Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Terent.
Ne tantillum quidem commotus est. Cic.
¶ Ne plura. Cic. Si peccat, magis ineptiis, quàm improbitate peccat. Sed ne plura. *Il suffit, C'est assez dict, N'en parlons plus.*
Ne multa. Cic. *Sans plus dire, A fin que ie le face court, Brief, Pour le faire court.*
Ne multa, ipsum dicere adolescentem audistis. Cic.
Ne multis, Diogenes emitur. Cic.
Et ne longum sit, Omnium vicinorum summam esse in hunc beneuolentiam confirmamus. Cic.
Ne longum faciam. Horat.
Ne diutius teneam, nullius consilii exitû inuenimus. Cic.
¶ Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Cic. *Ie puisse mourir si, &c.*
Ne viuam, si scio. Cic.
¶ Ne, dubitatiua aut interrogatiua particula. Terentius, Estne hic Crito sobrinus Chrysidis? *N'est ce point ci, &c.*
Honestúmne factu sit, an turpe dubitant. Cic. *Ilz doubtent s'il est honneste, ou mlau de le faire.*
-éstne herilis concubina
Philocomasium, annon est ista? Plaut. *Est ce elle, ou non?*
Vise redieritne iam, an nondum domum. Terent. *S'il est retourne, ou non.*
Nec quid agam, certum est, Pamphilúmne adiutem, an auscultem seni. Terent.
Emitterésne, necne eum seruum manu? Plaut.
¶ Eam nequis nobis minuat, néve viuus, néve mortuus. Cic. *Ne mort, ne vif.*
Néve hoc, néve illud. Cic. *Ne cecy, ne cela.*

¶ Ne dicam. Cic. Vt molestè ferrem tantùm ingenium in tam leues, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. *Ie n'ose dire, ou A peine que ie ne die, ou A fin que ie ne die.*
Hæc clausula, Ne dicam, si sequatur substantiuum, adiectiuum ponitur in accusatiuo: sin interiicitur inter substantiuum & adiectiuum, relinquit vtrunque in nominatiuo. Homo imprudens, ne dicam stultum: non, stultus: quia HOMO, substantiuum præcedit. Crudelis, ne dicam impius & sceleratus Castor: non, sceleratum Castorem: quia substátiuum CASTOR, sequitur. In aliis casibus nulla est ambiguitas: quia semper oportet conuenire adiectiuum & substantiuum: vt, Non faceres hæc magistro conscio, ne dicam præsente: non, præsentem. Ex Valla.
¶ Ne, Rationalis, pro Ergo. Virgil.
Méne incœpto desistere victam? *Quoy? laisseray ie mon entreprinse vaincue?*
¶ Ne nihil. Cicero, Ne amicis nihil tribuamus, epulamur. *A fin que noz amis ne puissent pas dire que nous ne faisons rien pour l'amour d'eulx.*
¶ Ne, Aduerbium percontantis. Terentius,
-datúrne illa hodie Pamphilo Nuptum? *La baille on auiourdhuy en mariage a Pamphile?*
Continuóne causa fuisset, cur à Prætore postulares, vt bona possideres? Cic. *Pense tu pourtant que, &c.*
Puellam dedit ex Attica hinc abreptam. P. ciuémne? T. arbitror. Terent. *Est elle citoyenne?*
Egóne? P. tu ergo. Terent. *Moy?*
¶ Ne sit sanè, videri certè potest. Cic. *Prenez le cas qu'il ne soit point ainsi.*
Nebrides, pen. corr. *Peaulx de daims & de cerfs desquoy vsoyent les anciens es festes de Bacchus.*
Maculosa nebris. Sidonius.
Aspersæ nebrides vario auro. Stat.
Nebula, nébulæ, pen. corr. Plin. *Vne brouee, ou Brouillars, ou Brume, Vapeur, Neble.*
Aereæ nebulæ. Catull. Leues nebulæ. Seneca.
Atra nebula. Virgil. Liuens nebula. Sil.
Grauis. Seneca. Tenues nebulæ. Ausenus.
Humentes nebulæ. Stat. Tristes nebulæ. Stat.
Volucres. Ouid.
Diluit nebulas Titan. Sil. *Le soleil abbat les brouillars.*
Dimouere nebulam. Claud.
Campus in cælum erigit nebulas. Seneca.
Resoluuntur nebulæ ventis ac sole. Ouid.
Obstantes nebulas scindere. Ouid.
Velatus nebula. Ouid.
Pinguem nebulam vomuere lucernæ. Pers.
¶ Nebula erroris. Iuuenal.
Nébulo, pen. corr. nebulônis. Terent. Cic. *Vn homme de peu d'estime, ou de nulle valeur, Vn vaulneant, Vn rien ne vault.*
Ex magno aliquo nebulone aliquid audire. Cic.
A nebulone facilè eludi. Cic.
Nebulôsus, pen. prod. Adiectiuum. *Nebuleux, Plein de brouees & de brouillars, Brumeux, Plein de vapeurs.*
Aer nebulosus. Plin. Æstus nebulosus. Colum.
Ager nebulosus Cato. Plin.
Cælum nebulosum. Cic. *Couuert de brouees & de brouillars, ou brumes.*
Cubilia nebulosa. Stat. Littus nebulosum. Ouid.
Locus nebulosus. Colum. *Vn lieu tépere, qui n'est ne trop froid, ne trop chauld, auquel se lieuent souuent les nuees.*
Palus nebulosa. Sil.
Nebulosior, Comparatiuum. Cato.
Nec, Disiunctiua coniunctio. Cic. Nec melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior. *Il n'y eut iamais homme meilleur que Africain, ne qui fust plus renommé.*
¶ Nec, pro Non. Terent. Audiui iam omnia. D. ah, nec tu omnia. *Non pas tout.*
Quæ nec opinanti accidunt. Teret. *A moy qui n'y pense point, ou sans que i'y pense.*
Nec opinantes assecuta est senectus. Cic.
Nec opinata res eos perculit. Liuius. *Vne chose dont ilz ne se*

doubtoyent point, & a quoy ils ne pensoyent point, les estonna.

Nec opinato, aduerbii vice positum, pro Inopinato. Cic. *D'aduenture, Sans qu'on s'en doubtast.*

Nec, secundo loco positum. Terentius,

Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,

Nec magis compositum quicquam.

Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit, tamen. Teret. *C'est quelque chose, & si ce n'est pas tout, On ne peult pas dire que ce soit neant, aussi n'est ce pas tout.*

Nec enim, Id est, non enim. Cic.

Nec iniuria. Liu. *Non sans cause, Non a tort.*

Nec ita multò pòst. Cic. Quo mortuo nec ita multò pòst in Galliam proficiscitur. *Bien tost apres.*

Nec mirum. Cic. *Ce n'est pas de merueille.*

Nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem. Cic.

Nec verò dialecticis modò sit instructus, sed habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos. Cic. *Mais non seulement, &c.*

Nec verò, secundo loco positum, pro Sed nec. Cic. Neque in publicis rebus infantes & insipientes homines solitos esse versari: nec verò ad priuatas causas magnos ac disertos homines accedere. *Ne aussi d'autre part, &c.*

Persolui gratia non potest, nec malo patri. Quintil. *On ne sçauroit recompenser son pere, ou luy rendre le plaisir, voire encore qu'il soit mauuais.*

Nec caput, nec pedes habet. Cic. *C'est affaire n'ha ne commencement, ne fin, Il est fort entouillé & meslé.*

Nec eo minus, pro Nihilo secius. Sueton. *Neantmoins.*

Affirmauit, inermem se in conspectu exercituum proditurum, nec quicquam aliud quàm fleturum. Sueto. *Et ne feroit que pleurer.*

Necnon & minaciter efflagitantes, aut, &c. Sueto. *Et aussi.*

Necnon etiam poemata faciebat ex tempore. Sueton. *Aussi pareillement il faisoit, &c.*

Non nequicquam, Vide NON aduerbium.

Quippe nec somno quidem saginatis. Plin.

Consul alter largitioni resistebat, authoribus Patribus, nec omni plebe aduersante. Liu. *Et sans ce qu'il eust tout le menu peuple contre soy.*

Excogitat quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adesse posset. Cic. *Et que neantmoins Herodote ne s'y peust trouuer.*

Nécne. Cic. Parthi transierint, nécne, præter te video dubitare neminem. *S'ils sont passez, ou non.*

Quæro potuerit ne Roscius ex societate suam partem petere, nécne. Cic.

Nec suspicari, pro Ne suspicari quidem. Cic. Quod bonũ quale sit, negat omnino Epicurus sine voluptatib° sensum mouentibus nec suspicari. *Ne soupeconner mesme.*

Necdum, pro Non adhuc. Cic. Cassius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatæ. *Celles de Bibulus n'estoyent point encores apportees.*

Necesse, siue necessum, Nomen est. Donatus. *Necessaire.*

Necesse fuit hoc facere. Terent. *Il a esté necessaire de ce faire, Ce a esté force.*

Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Cic.

Vendiderit instrumentum necesse est. Cic. *Il a esté contrainct de vendre. Il luy a esté force de vendre.*

Necesse habere, pro Opus habere. Cic. In quibus nõ verbũ pro verbo necesse habui reddere. *Il ne m'a point fallu, &c.*

Non habebimus necesse semper concludere. Cic. *Il ne nous fauldra pas tousiours conclure.*

Necessum, Idem. Plautus, -nauseam

Bibere malim, si necessum est, quàm illam oscularier. *Si ainsi le fault, s'il est besoing.*

Necéssitas, pen. corr. necessitâtis. *Necessité.*

Nisi ego necessitate cogar. Plaut.

Efficiendi necessitas. Cic. Vitæ necessitas. Cic.

¶ Dira necessitas. Horat. Immutabilis. Quintil.

Fatalis. Cic. Sæua. Horat.

¶ Adducere in necessitatem, Vide ADDVCO.

Adhibere necessitatem, Vide ADHIBEO.

Afferre necessitatem. Cic. *Contraindre.*

Astringi necessitate, Vide ASTRINGO.

Astrictus necessitate. Cic. Necessitate coactus feci. Cic.

Constringi necessitate, Vide CONSTRINGO.

Debetur necessitati vita. Cic.

Denuntiare vltimam necessitatem. Tacit. *Denoncer la mort.*

Deprehendi subita necessitate. Quintil.

Dare operam necessitati. Cic.

Datur necessitati venia. Cic.

Tempus & necessitas flagitat. Cic.

Ea quæ habent aliquam necessitatem: pro, Quæ necessaria sunt. Cic. *Qui sont necessaires.*

Mors necessitatem habet fati. Cic.

Necessitatem sibi imponere. Cic. *Se contraindre.*

Iniungere necessitatem, Vide INIVNGO.

Tempori cedere, id est necessitati parère, semper sapientis est habitum. Cic.

Pareatur necessitati, quam nec dii quidem superant. Liu.

Premit necessitas. Cic.

Reliquis tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas tuendásque, quibus actio vitæ continetur. Cic. *Ces trois vertus sont contrainctes d'apprester, &c.*

Repugnare necessitatibus. Quintil.

Vti necessitate. Tacit.

¶ Necessitates. Plin. iunior. *Affaires, Negoces vrgentes.*

¶ Necessitas. Gell. *Parenté & alliance.*

Necessitatem, familiaritatémque violare. Cic.

Necessitûdo, pen. prod. necessitúdinis, Idem quod Necessitas. Cic. Afferre necessitudinem pugnæ. Tacit.

Necessitudinibus circunuentus. Sallust. *Enueloppé & obligé de mille plaisirs.*

Dicere ad necessitudinem. Sallust.

Facere necessitudinem alicui. Tacit. *Le contraindre.*

Necessitudinibus publicis implicitus. Plin. iunior. *Empesché es affaires vrgentes publiques.*

Imponere necessitudinem. Sallust. *Contraindre.*

¶ Necessitudo. Cic. *Parenté & alliance de sang.*

Hospitium, necessitudo & familiaritas. Cic.

Contubernii necessitudo. Cic. Liberorũ necessitudo. Cic.

Fraterna necessitudo. Cic.

Magnæ, veteres, iustæ necessitudines. Cic.

Religiosa necessitudo. Quintil.

Simplex & absoluta necessitudo. Cic.

¶ Summa necessitudine & summa coniunctione adductus, eos commendabat. Cic.

Adiungere ad necessitudinem suam bonos viros. Cic. *Prendre accointance, ou alliance de gens de bien, S'accointer & s'allier de gens de bien.*

In amicitiæ coniunctionísque necessitudine, superiores se æquare cum inferioribus debent. Cic.

Accessionem afferre ad veteres necessitudines, Vide ACCEDO.

Attingere aliquẽ summa necessitudine, Vide ATTINGO.

Coniungere necessitudinem cum aliquo. Cic.

Necessitudine aut beneuolentia quos coniunxit natura aut voluntas. Author ad Herennium.

Constituta necessitudo officii. Cic.

Summam necessitudinem magna eius officia in me effecerunt. Cic.

Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliqua re. Cic.

Tironem familiarissimè diligo, & priuatis mihi & publicis necessitudinibus implicitum. Plin. iunior.

Intercedit alicui necessitudo cũ altero, Vide INTERCEDO.

Familiaritatis necessitudinísque obliuisci. Cic.

Parare necessitudines, Vide PARO, paras.

Recipere aliquem in necessitudinem. Cic. *Receuoir au nombre de ses amis & familiers.*

Repudiare officium necessitudinis. Cic.

Suffidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo. Cic. *Auec lequel i'ay toutes les alliances du monde.*

Amicitiæ necessitudines mihi erant cum illo. Cic.

¶ Remisit tamē hosti iudicato necessitudines, amicósque omnes. Sueton. *Touts ses parents & affins.*

Necessarius, Adiectiuum. Cic. *Necessaire.*
Re necessaria nulla coacti. Cic.
Quod mihi esset maximè necessarium. Cic.
Necessarius & fatalis casus. Cic.
Conclusio necessaria. Cic.
Ex cōsecutione necessaria simplex conclusio efficitur. Cic.
Fatales & necessariæ leges. Cic.
Necessaria & Voluntaria oratio, contraria. Cic.
Cætera quæ sunt ad victum necessaria. Cic.
Ad vsus vitæ necessarios expetuntur diuitiæ. Cic.
Necessarium dictu. Plin.
¶ Necessarii. Cic. *Parents & alliez.*
Amicus & necessarius. Cic.
Familiaris ac necessarius meus. Cic.
Necessarius & propinquus. Cic.

Necessarie, Aduerbium. Cic. *Necessairement.*

Necessariò, Similiter aduerbium, Idem. Cic.
Quibuscum viuo necessariò. Cic. *Par contraincte, Par force.*

Neco, necas, necáui, necátum, & necui, nectum, necáre. Plaut. *Tuer.*
Obruptam armis necauere. Liu.
Omni Senatu necato. Cæs. Afflatu necare aliquē. Ouid.
Necari ac trucidari. Cic. Ferro necari. Horat.
In amne necari. Ouid. Morsu necare aliquem. Ouid.
Odore tetro necare aliquem. Lucret.
Necantur herbarum radices. Columel.
Legumina necare. Plin. Indolem rectam necas. Senec.

Necátus, pe. pro. Particip. vt In tormētis necatus Zeno. Cic.
Necatus fame. Sueton.
Necatus veneno. Author ad Herennium.

Nectus, semper sine ferro dicitur. Liu. Fame, frigore, illuuie, squalore enecta.

Necromantia, necromantiæ, pen. prod. Cic. *Diuination faicte par inuocation des esprits des trespassez.*

Nectar, néctaris, pen. corr. Cic. *Vne sorte de vin faict de moust & de miel, La boisson des dieux des payens.*
Cæleste nectar. Ouid. Dulce nectar. Virgil.
Baccheum. Stat. *Vin precieux.*
Odoratum nectar. Ouid.
¶ Nectar, pro Melle, per translationem. Virgil.
Hybleum nectar. Sil. Nobile nectar. Martial.

Nyctalops, pen.corr. nyctalopis, pen.prod. om. gen. Luscriosus dicitur à Latinis. Plin.

Nycticorax, pen.corr. nycticoracis, pen.corr. m.ge. Coruus nocturnus.

Nympha, nymphæ, Latinè sponsa dicitur. *L'espouse, La mariee.*

Nymphas antiqui aquarum deas esse putauerunt, quasi lympharum numina. Aliquando Nymphæ dicuntur Musæ, quòd aqua currendo musicos sonos efficiat. Virgil.

¶ Nymphæ, dicuntur apes quum primùm formam cœperint habere. Plin.

Nymphæum, nymphæi. Plin. *Une estuue & baing.*

Nymphæa, Herba. Plin. *Neufar.*

O

O Vocandi interiectio, nominatiuo interdum, nonnunquam etiam accusatiuo gaudens. Virgil. O regina. *Vn mot de quoy on use quand on huche aucun: usité mesme en Francois, & autres langaiges.*

❡ Aliquando admirandi. Terent. O faciem pulchram! *O le beau visage!*

❡ Exclamantis. Teré. O audaciam! *O la hardiesse! En s'escriant.*

O immoderata mulier. Cic.

❡ Dolentis. Cic. O me perditum, ô me afflictum. *O moy homme perdu. Par desplaisir & douleur.*

O misera vitæ ratio. Cic.

❡ Irridentis. Cic. O præclaram sapientiam. *Voila une belle sagesse. En se mocquant.*

O præclarum custodem ouium, vt aiunt, lupum. Cic.

❡ Exultantis. Terent. O factum bene. *O que c'est bien faict. En s'esiouissant.*

❡ O si solitæ quicquam virtutis adesset. Virgil.

O vtinam tunc quum Lacedæmona classe petebat, &c. Ouidius.

O, Interiectio repentè perculsi. *Quand il survient soubdainement ce qu'on desiroit veoir.* Terentius, Quis hic loquitur? Mysis salue. M. ô salue Pamphile.

O, quid agis. Horat.

O, pro Vtinam. Virgilius, O tantùm libeat mecum tibi sordida rura habitare. *Pleust a Dieu que, &c.*

O, quandoque tacetur, quum accusatiuo iungitur. Cic. Me miserum, cur non ades?

O B

Ob, Præpositio, accusatiuo iungitur, & significat Propter. Terent. Pretium ob stultitiam fero. *Pour, ou A cause de ma folie.* Ob adulterium cæsus. Virgil.

Laborat ob auaritiam. Horat. *Il est vexé du mal d'avarice.*

Ob delictum pœnas dii expetunt. Cic.

Ob dictum. Metellus ad Ciceronem. *Pour une parolle.*

Ob industriam. Plaut. *De faict a pensé, Tout de gré.*

Ob decem minas oppositus pignori. Terentius. *Engagé pour, &c.*

Tu mihi fecisti ob nullam noxiam. Plaut. *Sans cause, A tort, Sans que i'eusse commis aucun mal.*

- non pudet Vanitatis? D. minimè, dum ob rem. Terent. *Pourveu que ce soit pour mon prouffit.*

❡ Ob absoluendum, Ob tacendum, & similia: pro Ad absoluendum, vel vt absoluat. Cic. *Pour absouldre.*

❡ Ob oculum habebat. Plaut. *Devant l'oeil.*

Ob oculos mihi sæpe mors versata est. Cic. *I'ay eu souvent la mort devant les yeulx.*

Mihi ob oculos exilium versatur. Cic.

Ob os offusus ignis. Cic.

Obacerbo, obacerbas, obacerbâre. Festus, *Courroucer fort aucun.*

Obæratus, pen. prod. Adiectiuum. Liu. Cæsar. *Endebté.*

Obambulo, obámbulas, pen. cor. obambulâre. Plaut. *Cheminer, Aller a l'entour ca & la, Costoyer.*

Solus obambulat ipse. Ouid.

Gemebundus obambulat Ætnam. Ouid.

Obambulantes ante vallum portásque. Liu.

Obambulare muris. Liu.

Obambulatio, Verbale. Author ad Heren. *Cheminement.*

Obaro, obaras, penult. corr. obaraui, obarâre. Liu. *Labourer tout entour.*

Obarmo, obarmas, obarmare, Idem quod Armare. Horatius. *Armer.*

Obater, pen. prod. Adiectiuum. Plin. *Noirastre, aucunement noir, ou Tirant sur le noir.*

Obba, obbæ. Varro. *Une sorte de pot a boire.*

Sessilis obba. Persius.

Obbibo, óbbibis, óbbibi, pen. corr. obbibitum, penult. corr. obbibere. Cic. *Boire tout a faict.*

Obbrutesco, obbrutescis, obbrútui, obbrutéscere, Brutũ fieri. Lucret.

Obcæco, obcæcas, obcæcâre. Colum. *Aveugler.* Dicimus & Occæco.

Obcæcat orationem totam narratio obscura. Cic.

Obcæcatus stultitia. Cic. *Aveuglé de, &c.*

Obcæcari tenebris. Author ad Heren.

Æther terrificis obcæcat sidera nimbis. Ouid. *Il cache, ou couvre.*

Obcæcare fossas in agro. Colum. *Couvrir qu'on ne les apperçoive.*

Obcaleo, óbcales, penult. corr. obcalui, obcalêre. Cels. *Estre chauld tout a l'entour.*

Obcalleo, Vide OCCALLEO.

Obdo, obdis, óbdidi, óbditum, pe. corr. óbdere. *Mettre a l'encontre, ou au devant.*

Obdere ceram auribus. Seneca.

Obdere forem. Plaut *Fermer la porte.*

Obdere fores ferratis trabibus. Plin.

Obdere pessulum ostio. Terent. *Verrouiller l'huis.*

Obdormio, obdormis, obdormiui, obdormitum, penul. prod. obdormire. Cic. *S'endormir.*

Obdormire crapulam. Plaut. *Reposer son vin, Dormir pour se desenyvrer.*

Obdormisco, obdormiscis, obdormiscere, Idem. Cic.

Obduco, obdúcis, pen. prod. obduxi, obductum, obdúcere. Plaut. *Mener au devant, ou a l'entour.*

Obducere velum. Plin. iunior. *Mettre ou tendre au devant, Tirer le rideau.*

❡ Obducere torporem. Plin. *Causer un endormissement.*

Obducere rebus tenebras. Cic. *Obscurcir, Obtenebrer.*

❡ Obducere. Cic. *Couvrir, Estendre dessus.*

Obducuntur libro aut cortice trunci stirpium, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Cic.

Herbæ obducunt segetem densis sentibus. Virgil.

Obducere plagam limo. Plin.

Crustam obducere. Plin. *Prendre couverture de crouste, Devenir en crouste.*

Rubiginem obducere. Plin. *Enrouiller.*

Tenebræ obduxere oculos. Lucan.

Frontem obducere. Quintil. *Se refrongner, Froncer le front.*

Vultum obducere, Idem. Seneca.

Callum obducere. Cic. *Endurcir.*

Consuetudo diuturna callũ iá obduxit stomacho meo. Ci.

Obducere callum dolori dicitur labor. Cic. *Endurcir une douleur.*

Obductus, Participium: vt

Cicatricem Reip. iam obductam refricare. Cic. *Renouveler une playe qui desia estoit reprinse & refermee, ou reclose, Resveiller le chat qui dort, Resveiller une chose qui estoit mise en oubli.*

Pluma alias, alias squama videmus obductas animantes. Cic. *Couvertes de, &c.*

Color cano situ obductus. Plin. *Couvert.*

Dolorem obductum vulgare. Virgil.

Frons obducta. Horat. *Refrongné, Froncé.*

Obstructio obducta. Cic.

Obducta situ vetustatis prata. Colum.

Tenebræ obductæ. Propert.

Vultus obductos condere. Ouid.

Obdúctio, obductiônis, Verbale. *Couuremens.*
Obductio capitis. Cic. *Quand on bande les yeulx a aucun, pour luy couper la teste.*
Obducto, obductas, obductâre, Frequentatiuum. Plaut.
Obduro, obduras, pen. prod. obdurâre. *Endurcir.*
Perfta atque obdura. Horat.
Obdúreo, obdures, pen. prod. obdúrui, obdurêre, Durius fieri. Cic. *S'endurcir.*
Obduresco, obdurescis, obdúrui, obduréscere, Idem. Varro.
Nescio quomodo iam vsu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Cic.
Consuetudine obdurescere. Cic.
Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi. Cic. *S'endurcissent.*
Iam ad ista obdurnimus, & humanitatem omnem exuimus. Cic.
Obduruit animus ad dolorem nouum. Cic. *Il est tout endurci*
Contra studia naturæ vehementer obduruit. Cic.
Quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate obduruisset. Cic.
Obedio, obédis, pen. prod. obediui, obedítum, pen. prod. obedire. Cic. *Obeir.*
Parêre & obedire. Cic. Obtemperare & obedire. Cic.
Si ad verba nobis obediant. Cic.
In modum seruorum alicui obedire. Tacit.
Obédiens, Participium. Cic. *Obeissant, Obedient.*
Obediens dicto. Plaut. *Qui fait ce qu'on luy dit.*
Naturæ obediens homo nomini nocere non potest. Cic.
Appetitiones obedientes efficere rationi. Cic.
Obediens, Nomen ex participio. Liu. Imperiis viuorum nemo obedientior me vno. *Plus obedient, ou obeissant.*
Obedientissima quocunque in opere fraxinus. Plin. *Tresobeissant.*
Obedientia, obedientiæ. Cic. *Obedience, Obeissance.*
Obedientia imperiorum. Plin.
Abiicere ac relinquere obedientiam, Vide ABIICIO.
Obedienter, Aduerbium. Liuius. *Obediemment, Obeissamment, Auec obeissance, En obeissant.* Obedienter curatum est. Liu.
Obedienter seruire Liuius.
Obedo, obédis, pen. corr. obédi, obêsum, pen. prod. obédere. *Manger, ou Ronger tout entour.*
Obêsus, pen. prod. Adiectiuum. Nonius. *Maigre, Gresle.*
Obesus. Virgil. *Gras.*
Facies rubida, plerunque ex vinolentia, venter obesus. Sueton.
Minus solertes, quibus obesissimus venter. Plin.
Canis obesus lacte. Claud.
Obesum corpus leuant onere. Plin.
Fauces obesæ. Virgil. Obesa illuuies. Colum.
Naris obesæ iuuenis. Horat. Turdus obesus. Horat.
Obêso, obêsas, pen. prod. obesâre. Columel. *Engresser.*
Obésitas, pen. corr. obesitâtis. Sueton. *Grassesur.*
Nimia corporis obesitas. Columella.
Obelus, obeli, pen. corr. *Vne broche.*
Obeliscus, obelisci, Diminutiuum. Plin. *Vne grande aguille de pierre, large par le bas, & poinctue par en hault.*
Obeo, obis, obiui vel obii, óbitum, pen. corr. obire. *Aller.*
Obeunt tres noctes. Plaut. *Se passent.*
Obire sidera dicuntur, quum occidunt. Plin.
Id obire non potui. Cic. *Parfaire & parachever.*
Obire. *Mourir.* vt Pereas atque obeas citò. Plaut.
Obire morbo. Plin.
Annum petitionis suæ non obierunt. Cic. *Ne sont pas venus demander & briguer en leur rang & au temps destiné par les loix.*
Bella & res alias obire. Liu. Quia duo Consules obire tot simul bella nequirent. *Ne pourroyent fournir a tant de guerres ensemble, ou aller & assister & estre presents.*
Ne ad omnia simul adire & obire vnus non possit. Liu. *Qu'il ne puisse estre present & assister.*
Omnia per se obire. Cæs. *Faire tout de soymesme sans ayde d'aucun.*
Cœnas obire. Cic. *Aller aux banquets par cy par la.*
Colonias obire. Cic. *Aller par toutes les, &c.*
Comitia obire. Cicero. *Assister, & estre present es assemblees du peuple.*
Competitores plures obeunt. Q. Cic. *Quand plusieurs demandants un mesme Magistrat, vont ca & la faire leur brigue.*
Diem aliquem obire. Sueton. Cic. *Se trouuer au iour assigné.*
Diem auctionis obire. Cic. *Estre present au iour, &c.*
Diem obire. Plaut. *Mourir.*
Obire supremum diem. Idem Plin.
Hæreditatem obire, Vide HAEREDITAS.
Legationes obire. Cic. *Aller en embassade.*
Obiit legatus Ægyptum. Cic. *Alla par toute l'Egypte.*
Lethum obire. Lucret. *Mourir.*
Locum & tempus obire. Cic. *Se trouuer au temps & lieu.*
Mortem obire. Cic. *Mourir.*
Morte obiit repentina, & sine casu. Sueton.
Munus Consulis obire. Liu. *Faire l'office de Consul.*
Munus vigiliarum obibant. Liu. *Faisoyent le guet.*
Grauatè munus obire. Liu.
Munia regis obire. Liu.
Negotium obire. Cic. *Faire sa charge.*
Oculis obire. Plin. iunior. *Regarder de costé & d'autre, de toutes parts.*
Officia obire. Plin. iunior. *Exercer.*
Officia liberaliter & dextrè obire. Liu.
Opus rusticum obire. Colum. *Labourer aux champs.*
Nolite expectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates: hoc vno complector crimine omnia. Cic. *Que ie descripue par le menu tous les maulx qu'il a faict par les villes.*
Pericula ac labores obire. Liu. *Se mettre en danger, & prendre beaucoup de peines.*
Prælia obire. Lucret. *Combatre.*
Prouinciam obire. Cic. *Aller par toute la prouince.*
Rem priuatam obire & publicam. Cic. *Faire ses affaires particulieres & les publiques.*
Res suas obire. Cic. Sacra obire. Liu. *Y assister.*
Vadimonium obire. Cicero. *Comparoistre en personne au iour de l'assignation.*
Vigilias obire. Plin. *Faire le guet.*
¶ Terras obire. Virgil. *Aller par touts pays.*
Multum telluris obiuit. Virgil. Vrbes obire. Curt.
Regiones pedibus obire. Cic. *Aller a pied par toutes les regions.*
Domos amicorum obire. Cic. *Aller par les maisons de ses amis.*
¶ -quem fulua leonis Pellis obit totum. Virgil. *Enuironne.*
¶ Obiri, padiuum. Plin. *Estre enuironné.*
Campus obitur aqua. Ouid.
Obiens, huius obeuntis, Participium. Plin. *Enuironnant.*
Obeundus, Aliud participium. Horat. *Qui sera enuironne.*
Bella planè accinctis obeunda. Tacit.
Obitus, pen. cor. Similiter participium. Cic. A maioribus nostris morte obita positos in illo loco videtis. *Apres leur mort.*
Obitus, huius obitus, pen. corr. Seruius Ciceroni. *La mort & trespas.* Difficiles obitus. Virgil.
Mitis obitus. Tacit.
Ante obitum nemo dici debet beatus. Ouid.
Interitus atque obitus omnium rerum cōficit natura. Cic.
Dare obitus. Valer. Flac.
¶ Signorum obitus & ortus. Virgil.
Ortus, obitus, motúsque siderum. Cic.
Æstus maritimi, ortu aut obitu lunæ commouentur. Cic. *Quand la lune se couche.*
Obitus & occasus. Cic.
Stellarum ortus atque obitus. Catull.
¶ Obitus. Terent. *Suruenue, Aduenement.*
Obequito, obéquitas, pen. cor. obequitâre. Liu. *Cheuaucher tout a l'entour, Costoyer a cheual.*
Obequitauit stationibus hostium. Liu.
Obequitare, cum accusatiuo. Curt. Quumque agmen obequitaret, &c.
Oberro, oberras, oberrâre. Plin. *Aller ca & la.*
Oberrare. Pers. *Voler tout a l'entour.*
¶ Oberrare Horat. *Errer, Faillir, Commettre une faulte.*
Obesco, obescas, obescâre, ab Esca compositum. Columel. *Bailler a manger, Appasteler.*
Obesus, Vide OBEDO.

Obex, obicis, pe. corr. cō. g. Liu. Virg. *Toute chose qu'on met au deuant de quelque lieu, de paour qu'on ne passe, comme un verrouil, serrures, & autres choses. Toute sorte d'obstacle & empeschement.*
Obices, per duplex ii scribitur apud poetas, vt producatur O B. Aperti obiices. Claud.
Obices rupti. Virgil.
Moliri obices, Vide MOLIOR.
Firmo obiice portas claudere. Ouid.
Abrupto obiice soluit montes. Seneca.

Obfirmo, obfirmas, obfirmâre. Terentius. *Affermir & tenir ferme.*
Ne tam obfirma te. Terent. *Ne t'obstine point si fort.*
Obfirmare animum. Plin. iunior. *S'obstiner, & estre ferme en son propos.*
Obfirmare viam. Terent. *S'obstiner a l'encontre de touts.*
Obfirmâtus, pen. prod. Nomen ex participio. Cic.
Illius voluntas obstinatior, & in iracundia obfirmatior. Cicero. *Obstiné.*
Obfirmáte, pen. prod. Aduerb. Suet. *Obstinement, Fermement.*

Obgannio, obgannis, obganniui, obgannitum, pen. prod. obgannîre. Terent. *Rompre les oreilles a aucun, & le fascher de quelque propos.*

Obhæreo, obhæres, obhæsi, obhærêre. Suet. *Tenir a quelque chose, ou contre quelque chose.*

Obhorreo, obhorres, obhórrui, obhorrêre. Plin. *Estre horrible & espouantable.*

Obiaceo, óbiaces, penul. corr. obiácui, obiactum, obiacêre. Colum. *Estre couché & estendu au deuant & par le chemin.*
Omnes lapides, & siqua obiacent facibus obnoxia, colligi debent. Columella.

Obiicio, óbiicis, pen. cor. obiéci, pen. prod. obiectum, obiícere. Plaut. *Iecter au deuant, Opposer.*
Obiicere argentum lenæ. Plaut. *Presenter, Offrir.*
Obiicere cibum canibus. Plin.
Offam obiicere cani. Virgil.
Caput obieci ruenti telo. Sil.
Obiicere corpus feris. Cic. *Exposer.*
Obiicere fores portæ. Liu. *Mettre au deuant.*
Obiici ad omnes casus. Cic. *Estre exposé a touts dangers.*
Obiicere se in impetus hominum quotidianos. Cic.
Obiicere caput suum ferro pro cæremoniis. Cic. *Se mettre en danger de perdre la uie pour, &c.*
Obiicere se telis hostium. Cic. *Exposer sa uie.*
Flos veteris vini meis naribus obiectus est. Plaut.
¶ Funera acerba obiicere. Plaut. *Tuer cruellement.*
Furorem obiicere alicui. Cic. *Le mettre en fureur.*
Impietatem obiicere alicui. Plin. iunior. *Luy mettre au deuant, & reprocher, Luy obiicer, ou obicer.*
Laborem obiicere alicui. Terent. *Luy faire quelque fascherie & ennuy.*
Lætitiam obiicere alicui. Terēt. *Luy annoncer quelque soubdaine ioye, de quoy il ne se doubtoit point.*
Lucrum alicui obiicere. Plaut. *Le faire gaigner.*
Maledictum alicui obiicere. Cic.
Malum obiicere. Plaut. *Faire quelque mal.*
Mentem alicui obiicere. Liu. *Le mettre en fantasie, Luy mettre en la teste quelque chose.*
Metum animo alicuius obiicere. Cic. *Faire paour.*
Moram obiicere. Plaut. *Retarder.*
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem. Horat.
Nubem obiecit oculis. Ouid.
Præuaricationem obiicere. Plin. *Mettre sus a aucun quelque cas, Obiicer, Reprocher.*
Religionem obiicere. Liu. *Mettre en scrupule de conscience.*
Salutem suam pro aliquo obiicere. Cic.
Solicitudinem. Plaut. *Faire ennuy.*
Spem. Liu. *Donner esperance.*
Splendorem falsi honoris obiicere. Cic.
Terrorem obiicere hosti. Liu. *Faire paour.*
¶ Obiicere. Plaut. *Remettre en memoire, Ramenteuoir.*
¶ Obiicere aliquid alteri. Cic. *Reprocher, Obiicer, ou Obicer.*
Obiicit mihi, me ad Baias fuisse. Cic.
Te miramur non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obiiceres. Brutus ad Antonium. *Reprochasse comme cas meschant.*
Obiicere aliquid crimini. Plin. *Obiicer pour reproche.*
Obiicere in loco criminis, Idem. Cic.
Obiicere vt probrum, Idem. Cic.
Digna pudore obiicere alicui. Ouid.
Eloquentiam vt vitium alicui obiicere. Cic.
Factum quod obiicitur, negare. Cic.
Furta, largitiones, libidines obiicere alicui. Cic.
Ignobilitatem alicui obiicere. Cic.
Libido mihi obiicitur abs te. Propert.
Obiiciendus, Participium. Virgil.
Obiectus, Aliud participium. Cic. *Iecté & mis au deuant, Opposé.*
Obiecta tela. Cic.
Obiectæ vallo munitiones. Liu.
Oppositum & obiectum hostibus propugnaculum. Cic.
Flumina obiecta retardant equos. Virgil.
Scopuli retardant obiecta flumina. Virgil.
Visum obiectum est à deo dormienti. Cic.
Ad omnes casus subitorum periculorum obiecti sumus. Cic. *Nous sommes exposez, &c.*
Error in aliqua re obiectus. Cic.
Obiecta species voluptatis. Cic. *Offerte, Presentee, Mise au deuant & monstree.*
Vtilitas obiecta. Cic.
De obiectis non confiteri. Cic.
Diluere obiecta. Quintil.
Obiectus, huius obiectus, Verbale. Colum. *Quand quelque chose est iectee & mise au deuant, Obiect.*
Obiecto, obiectas, obiectâre, Frequentatiuum. Plaut. *Dire incontinent & de prinsaule ce qu'on ha sur le cueur.*
Corpora bello obiectant. Virgil. *Mettent leurs corps aux dangers de la guerre, Exposent leur corps, &c.*
Caput obiectare periculis. Virgil.
Animam obiectare pro aliquo. Virgil.
Vitam obiectare procellis. Claud.
¶ Obiectare. Liu. *Reprocher, Obiecter, Obiicer, ou obicer.*
Falsum crimen bonis obiectat. Cic.
Obiectatio, Verbale. Cæs. *Reproche.*
Obiectáculum, huius obiectáculi, pen. corr. Varro. *Ce qu'on met au deuant de quelque chose de paour de passer & pour arrester, Obstacle, Empeschement.*

Obinanis, & hoc obinâne, pen. prod. Varro. *Vuyde.*

Obiratus, pen. prod. Adiectiuum. Liu. *Courroucé.*

Obiter, pen. corr. Aduerbium compositum ex ob, quod significat Circum, & iter. Plin. *Ce temps pendant, En passant, Incidemment.*

Obitus, óbita, óbitum, penult. corr. Participium, Vide OBEO.

Obiurgo, obiurgas, obiurgâre. Plaut. *Reprendre aigrement & asprement aucun de quelque faulte qu'il a faicte, Tanser, Obiurguer.*
Obiurgare à peccatis. Plaut.
Quod me de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me, &c. Cic.
Verecundiam alicuius in rogando obiurgare. Cic.
Summa cum authoritate Senatum obiurgare. Cic.
¶ Obiurgare. Quintil. *Reprocher.*
¶ Ea villa videtur esse quæ obiurget cæterarum villarum insaniam. Cic.
¶ Monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi. Cic. *Il fault remonstrer a ses amis.*
Obiúrgito, obiúrgitas, penult. corr. obiurgitâre, Frequentatiuum. Plaut.
Obiurgátio, obiurgatiônis, Verbale. Cic. *Vne aigre reprehension d'aucune faulte faicte, Obiurgation, Tansement.*
Obiurgationes in quibus vtendū est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore. Cic.
Tum obiurgatio si est authoritas, tum admonitio quasi lenior obiurgatio. Cic.
Deliciarum obiurgatio. Cic.
Castigatione & obiurgatione dignus. Cic.
Habet acerbitatem obiurgatio. Cic.
Mordebit puerum obiurgatio. Quintil.

Susceptam obiurgationem reprimere. Cic.

Obiurgâtor, pen. prod. Aliud verbale. Cic. *Qui reprend & tanse aucun pour quelque faulte, Obiurgateur, Reprehenseur, Repreneur, Tanseur.*

Placare obiurgatores. Cic.

Ferendus quidem obiurgator non est is, qui quod non in altero vitium reprehêdit, in eo ipse deprehenditur. Cic.

Conuincere suos obiurgatores. Cic.

Obiurgatórius, Adiect. vt Obiurgatoria epistola. Cic. *Lettres par lesquelles on reprend & tanse aucun, Lettres obiurgatoires.*

Oblædo, oblædis, oblæsi, oblæsum, oblædere. Plaut. *Blesser.*

Oblangueo, oblangues, oblangui, oblanguère. Cicero. *Languir.*

Oblatro, óblatras, pen. corr. oblatrâre. *Abbayer.*

Oblatrare aliquem. Sil.

Oblatrâtor, pen. prod. oblatratôris, Verbale. *Abbayeur, ou qui crie contre aucun.*

Oblatrátrix, pen. prod. oblatratrîcis. Plaut. *Criarde.*

Oblatus, Vide OFFERO.

Oblecto, oblectas, oblectâre, Frequentatiuum est ab Oblicio, quod ex ob & lacio componitur. *Recreer, Esiouir, Oblecter, Delecter.*

Aliquem falso gaudio oblectare. Plaut.

Fabula valde oblectat populum. Horat.

Senectutem oblectant hæc studia. Cic.

Sordido pane vitam oblectabas. Plaut.

Me te oblectes. Terent. *Pren ta recreation en moy.*

Qui se agri cultione oblectabant. Cic. *Qui prenoyent leur recreation & esbat a labourer la terre, Qui se delectoyent a, &c. Qui prenoyent leur deduit & passetemps a, &c. Qui se deduisoyent & esbatoyent a, &c.*

Musæ me oblectant dulci carmine. Catul.

Rura oblectant animos. Ouid.

Vbi te oblectasti tam diu? Terent. *Ou t'es tu recreé si long têps?*

Oblecta te cum Cicerone nostro quàm bellissimé. Cic.

In eo me oblecto, solum id est charum mihi. Terent.

Se oblectare in hortis. Cic.

Tempus oblectare studio. Ouid.

Oblector hac re, Passiuum. Cic. In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.

Ludis oblectari & duci. Cic.

Oblector, oblectâris, Deponens, Idem quod Oblecto. Cic.

Oblectatio, Verbale. Cic. *Esbat, Esbatemét, Oblectation, Delectation, Recreation, Deduit.*

Oblectatio & leuamentum. Cic.

Plena oblectationis requies. Cic.

Animi oblectatio. Cic.

Oblectatio otii. Cic. *Le fruict de son loisir.*

Oblectamentum, oblectamenti. Cicero. *Recreation, Passetemps, Deduit.*

Erat ei in oblectamentis serpens draco. Sueton.

Oblectamenta & solatia seruitutis. Cic.

Oblectâmen, pen. prod. oblectáminis, Idem. Stat.

Oblenio, obléńis, pen. prod. oblenìui & obléńii, oblenîre, Idem quod Lenire. Senec. Lectio illum carminû oblenîat.

Oblido, oblîdis, oblisi, oblîsum, pen. prod. oblidere, Ex ob & lædo. Colum. *Blesser.*

Fauces oblisæ. Tacit.

Obligo, obligas, pen. corr. obligâre. Columella. *Lier tout autour, Enueloper.*

Obligare manipulos. Colum. Obligare vulnus. Cic.

Obuolutus & obligatus corio. Author ad Herennium. *Enuelopé & lie, &c.*

¶ Obligare aliquem. Plin. iun. *Obliger aucun a soy par plaisirs.*

Obligare beneficio. Cic.

Prius quàm alio fœdere obligarentur. Liu.

Sua liberalitate sibi aliquem obligare. Cic.

Obligare se nexu. Cic.

Pactionibus aliquos obligare. Cic.

Obligari periculo iurisiurandi. Cic.

Pœnæ obligare. Seneca.

Religione sempiterna obligari. Cic.

Sacramento militiæ obligare. Cic.

Scelere obligare aliquem. Cic. *Faire faire une meschanceté a aucun, Charger la conscience d'aucun.*

Obligare se sceleri. Seneca. Sponsione obligari. Cic.

Superstitione. Cic.

Se vno verbo obligare. Cic.

Fidem suam obligare. Cic.

Obligare fidem pro alio apud alium. Papinianus.

Fundi ædes obligatæ sunt ob amoris prandium. Plaut.

Se furti obligare. Gell. *Se rendre coulpable de larrecin, Commettre cas de larrecin.*

Obligare vadem trium millium æris. Liu.

Obligare omnia bona sua pignori. Scæuola. *Engager tous ses biens, & hypothequer.*

Obligans & obligatus. Seneca.

Magnis & multis pignoribus eum Respublica obligatum tenet. Cic. *Obligé.*

Dapem obligatam redde Ioui. Horat. *Promise, Vouee.*

Obligatior, Comparatiuum. Plin. iunior. *Plus obligé & tenu.*

Obligatio, Verbale. Cic. *Obligation.*

In obligationem deducere, Vide DEDVCO.

Obligurio, obligúris, pen. prod. obligurìui vel obligúrii, obliguritum, pen. prod. obligurire. Cic. *Consumer & despendre tout par friandise.*

Oblimo, oblimas, pen. prod. oblimâre. Cic. *Emplir, ou couurir de boue & de fange, ou limon de terre.*

Oblimare, per translationem. Claud. *Aueugler, Corrompre & gaster.*

Oblimare rem. Horat. *Despendre ses biens, Faire de cent solds quatre.* Bud.

Oblinio, óblinis, pen. corr. obliniui, oblinîtum, pen. prod. oblinîre. Colum. *Oindre & frotter tout entour doulcement de quelque oincture.*

Oblino, óblinis, pen. corr. oblini, obliui, obléui, pen. prod. óblitum, pen. corr. oblinere. Varro. Colum. *Enduire, Frotter de quelque liqueur, ou autre chose humide.*

Moribus externis se oblinere. Cic. *Se barbouiller & souiller de, &c.*

Versibus atris oblinere aliquem. Horat. *Diffamer.*

Oblitus, óblita, óblitum, pen. corr. Particip. Tibull. *Frotté ou enduict de quelque liqueur, Barbouillé, Maculé, Souillé.*

Cœno obliti. Cic. *Embouez.*

Oblitus faciem suo cruore ne nosceretur. Tacit.

Lupus oblitus spumis. Ouid.

Oblitus cibis stomachus. Plin. iunior.

Parricidio oblitus. Cic.

Libidine flagitiosa oblita est Antoniorum vita. Cic.

Stultitia singulari atque inhumanitate oblita omnia. Cic.

Scripta nimia priscorû verborû affectatione oblita. Suet.

Facetiæ oblitæ Latio. Cic.

Obliquus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Qui va de trauers & de costé, Oblique, De bihay.*

Carmen obliquum, Vide CARMEN.

Cursus obliqui. Ouid.

Dente obliquo timendus aper. Ouid.

Obliquus ictus. Plin. Latus obliquum. Ouid.

Lumine obliquo cernere aliquê. Ouid. *Regarder de trauers.*

Oculo obliquo limare commoda alicuius. Horat.

Obliquis ordinibus in quincuncem dispositis. Cæs. *Quand un grand nombre d'arbres sont plantez a la ligne par rangees, & en pareille distance les uns des autres, tellement que de quelque costé que ce soit qu'on regarde, on voit droict a trauers de bout en bout.*

Pede obliquo claudicare. Ouid.

Obliqua radice arbor & imitante auium pedes. Plin.

Riuus obliquus. Horat.

Obliquum litorum spatium. Plin.

¶ Natant obliqui in caput. Plin.

Flexus in obliquum. Plin.

Sectus in obliquum est limes. Ouid.

Oblíque, penult. prod. Aduerbium, cui contrarium est Recte. Cic. *De trauers, a la trauerse, Obliquement, De costé, De bihay, En bihaysant.*

Obliquè præradere vitis latus. Cato.

Obliquè in latera procedunt locustæ. Plin.

Obliquitas, pen. corr. obliquitatis. Plin. *Tortuosité, Flechissure, Obliquité, Bihai.*
Ni talis obliquitas in latus digredi videretur. Plin.
Obliquo, obliquas, pen. prod. obliquare. Plin. *Faire aller de costé & de travers, Comber, Tourner, Destourner, Biaiser.*
Ensem obliquat in latus. Ouid.
Equos pauentes obliquauit. Stat.
Preces obliquare. Stat.
Visus superbos obliquat. Stat.
Oblitero, obliteras, penul. cor. obliterare. Cic. *Effacer, Mettre en oubli, Abolir.*
Famam rei malè gestæ obliterare. Liu.
Offensionem obliterare. Cic.
Nondum obliterata memoria superioris belli. Liu.
Tempora vltima, & iam obliterata. Quintil.
Peccata obliterata. Liu.
Vetustate obliterata res. Liu.
In animo obliterari. Liu.
Obliteratio, Verbale. Plin. *Effacement, Abolissement.*
Æris obliteratio. Plin. *La perte & abolissement de la congnoissance de sçavoir besongner en fonte d'arain.*
Oblitesco, oblitescis, oblitescere. Varro. *Estre caché & mussé.*
A nostro aspectu oblitescant. Cic.
Oblitus, præteritum ab Oblitesco, legitur apud Senecam.
Oblitus. Vide OBLINO & OBLIVISCOR.
Obliuiscor, obliuisceris, pen. cor. oblitus sum, pen. prod. obliuisci. *Oublier, Mettre en oubli.*
Oblitus sum dicere. Terent. *I'ay oublié de le dire.*
Oblitus, cum genitiuo. Terent. Prorsus oblitus sum mei.
Quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. Cic.
Consuetudinis & instituti sui obliuisci Cic.
Dignitatis suæ obliuisci. Cic. Malorum obliuisci. Horat.
Obliuiscor, cum accusatiuo. Cic. Et artificium obliuiscatur, & studium deponat, licebit.
Obliuisci aliquem. Virgil.
Nunc oblita mihi tot carmina. Virgil. *Que i'ay oublié.*
Obliuiscens, Participium: vt
Secla obliuiscentia. Catull. *Oubliant.*
Obliuiscendus, Aliud participium. Horat. *Qui sera oublié.*
Obliuiscendi tui mores. Plaut. *Il fault que tu oublie & desapprenne tes meurs & conditions.*
Oblitus, pen. prod. Participium. Plin. *Qui a oublié.*
Mortis patris oblitus. Ouid.
Pudoris oblita. Ouid. Corda oblita laborum. Virgil.
Obliuio, obliuionis. Plin. *Oubliance, Oubli.*
Obliuio amicitiæ. Cic. Liuidæ obliuiones. Horat.
Longa obliuio. Iuuen.
Capere obliuionem alicuius, Vide CAPIO.
Nos post exactos reges seruitutis obliuio ceperat. Cic. *Il ne nous souvenoit plus de servitude.*
Eius omnes grauissimas iniurias voluntaria quadam obliuione contriueram. Cic. *Ie les avoye mis en oubli.*
Dare obliuioni. Liu. *Oublier, Mettre en oubli.*
Obliuione delere, Idem. Cic.
In obliuione iacuit: cui opponitur In assidua esse commemoratione. Cic. *Il a esté long temps en oubli, & qu'on ne faisoit aucune mention de luy.*
Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio. Cicero.
Tuas laudes obscuratura nulla vnquam est obliuio. Cic. *Tes louanges seront en perpetuelle memoire.*
Intercipit obliuio, Vide INTERCIPIO.
Obliuione obruere. Cic. *Mettre en oubli.*
Obliuio surrepit. Plin.
Obliuione hominum & taciturnitate tegere. Cic.
Venire in obliuionem. Cic. *Estre oublié, Estre mis en oubli.*
Vindicare ab obliuione. Cic. *Faire que quelque chose ne vienne en oubli.*
Obliuium, obliuii, Idem. Virgil.
Rerum obliuia. Lucret. Meriti nostri obliuia. Ouid.
Iucunda obliuia sollicitæ vitæ. Horat.
Pigra obliuia. Statius.
Cepere te obliuia nostri. Ouid. *Tu m'as oublié.*

Obliuiosus, pen. prod. Adiectiuum. Plaut. *Qui oublie soubdainement quelque chose, Oubliant, Oublieux.*
Memor an obliuiosus. Cic.
Stultus & obliuiosus senex. Cic.
¶ Obliuiosus, *Qui fait oublier*: vt Vinum obliuiosum. Horat.
Obloco, oblocas, pen. corr. oblocare, Idem quod simplex Locare.
Operam oblocare ad puteos exhauriendos. Iustin. *Louer sa peine a espuiser des puis.*
Oblongus, Adiectiuum. Liu. *Long, ou Longuet, Long & estroict.*
Oblonga oua. Plin.
Oblongo semine cardamomum. Plin.
Obloquor, pen. corr. obloqueris, obloqui. Cic. *Contredire, Parler a l'encontre d'un autre, Dire le contraire.*
Respondere & obloqui. Plin.
Auis obloquitur. Ouid.
¶ Obloqui. Plaut. *Mesdire d'aucun.*
Obloquutor, penult. prod. obloquutoris, Verbale. Plautus. *Mesdisant.*
Obluctor, obluctaris, obluctari. Colum. *Luicter a l'encontre, Resister fort & ferme, Repugner.*
Genibus aduersæ obluctor arenæ. Virgil.
Soli obluctandum Fabio. Sil.
Obluctans, Participium: vt
Saxa obluctantia summouit. Stat. *Qui empeschoyent.*
Obluctatus, pen. prod. Aliud participium: vt
Turba obluctata morti. Lucan.
Obludo, obludis, oblusi, oblusum, pen. prod. obludere. Plaut. *Se iouer a quelcun.*
Obmolior, obmoliris, obmolitus sum, pen. prod. obmoliri. Liu. *Avec grande peine & travail mettre quelque chose au devant de quelque lieu, a fin qu'on n'y puisse passer.*
Arborum truncos & saxa obmoliuntur. Curt.
Obmurmuro, obmurmuras, pen. corr. obmurmurare. Ouid. *Murmurer contre aucun.*
Obmutesco, obmutescis, obmutui, obmutescere. Terent. Cic. *Se taire tout coy comme muet.*
Ore presso obmutuit. Virgil.
Aspectu obmutuit amens. Virgil.
Obmutescere dicitur res aliqua. Plin. *N'estre plus en usage.*
Obnato, obnatas, pe. cor. obnatare. Virgil. *Nager a l'encontre.*
Obnatus, pen. prod. Participium ab Obnascor. Liu. Obnata ripis salicta. *Nez au tour des rivages.*
Obniger, pen. corr. Adiect. Plin. *Fort noir, ou Noirastre.*
Obnitor, pen. prod. obniteris, obnisus vel obnixus sum, obniti. Virg. *Resister de tout son pouvoir, Mettre toute sa peine a tenir ferme contre quelque chose.*
Obniti contra & tendere. Virgil.
Aduersis obniti. Tacit.
Obnixus, Participium: vt
Scutis, corporibusque ipsis obnixi vrgebant. Liu.
Obnixus impetum hostium excipit. Liu.
Obnixus opibus. Plaut. *Qui se tient fort a cause de ses richesses.*
Mens obnixa malo. Valer. Flac.
Obnixa firmitas. Plin.
Venti obnixi lacerant caua nubila. Stat.
Obnixe, Aduerbium. Terent. *De toute sa force & de tout son pouvoir, Fermement.*
Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum. Teret. *Ie croy qu'il en fera du sanglant pu qu'il pourra.* Budæus.
Obnoxius, Adiectiuum. Plaut. *Qui a deservi d'estre puni pour quelque faulte qu'il a faicte.*
Supplex & obnoxius. Brutus Attico.
Obnoxium & trepidum agebat. Sueton. *Il faisoit bien le petit, Il faisoit le timide & servilement craintif.*
Minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret. Sallust. *Si elle ne faisoit a son plaisir.*
Obnoxius gratiæ iudex. Quintil. *Qui regarde a complaire aux parties, & porter faveur, Favorable.*
Obnoxius sum illi. Plaut. *Ie suis subiect a luy.*
Obnoxius, ad alia multa transfertur: vt Obnoxius ventis.

Colum. *Exposé & subiect aux vents.*

Obnoxius iniuriis, ludibriis, & huiusmodi. Plin. iunior. *A quoy on faict aisément iniure, ou Souuent subiect a iniures, Exposé aux iniures de chascun.*

Quorum ætatem iniuriæ obnoxiam sciebat. Plin. iunior.

Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii. Plin. iunior. *Tu vois a combien de dangers nous sommes subiects.*

Obnoxius crimini. Liu. *Qui est chargé d'aucun crime.*

Mens turpi obnoxia facto. Tibull. *Se sentant coulpable de quelque meschant acte.*

Pars hominum obnoxia prauis. Horat. *Addonnee & comme assubiectie a vices.*

Obnoxius tibi sum. Plaut. *Ie suis tenu a toy, Ie suis ton obligé.*

-obnoxii Vobis sumus ob hanc rem, quuquæ volumus, &c. Plaut.

Tum vxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit. Terent.

Animis obnoxius. Plin. *Forlignant & deshonneste, Cœur vilain, & qui n'ha rien de noble.*

Arua obnoxia curæ. Virgil. *Desquels il fault necessairement auoir soing, Lesquels ne rapportent rien, s'ils ne sont soigneusement cultiuez & labourez.*

Vitis procellis obnoxia. Colum.

Corpora obnoxia. Plin. *Maladifs.*

Fructus feris obnoxius. Colum. *Qui est au danger des bestes sauuages & en leur misericorde.*

Obnoxia nulli animali olera. Plin. *Ausquels nulle beste ne fait dommage ou nuysance.*

Obnoxiè, Aduerbium. Liu. *Seruilement & auec crainte.*

Obnubilo, obnúbilas, penult. corr. obnubilâre. Gellius. *Obscurcir, Obnubiler.*

Obnúbilus, pen. corr. Adiectiuum: vt

Obnubila & obsita tenebris loca. Cic. *Pleins de nuees, Obscurs, Nubileux.*

Obnubo, obnûbis, pen. prod. obnupsi, obnuptum, obnúbere. Stat. *Couurir.*

Decius obnubitur caput atra tempestate Sil.

Obnubere caput. Liu. *Bender d'un bendeau, comme quand on veult decapiter un homme.*

Comas obnubit amictu. Virgil.

Obnuntio, obnúntias, obnuntiâre. Terent. Cic. *Annoncer ou rapporter mauuaise nouuelle.*

Obnuntiare. Sueton. *Resister, Repugner.*

Obnuntiatio, Verbale Cic.

Oboleo, oboles, pen. cor. obolui & oboléui, obolêre. Plaut. *Puer, Rendre mauuaise odeur.*

Oboluisti allium. Plaut. *Tu sens les aulx.*

Ille antidotum oboluisset. Sueton.

Obolere, per translationem. Plaut. *Se doubter de quelque chose.*

Obolus, oboli, pen. cor. Terent. *Une petite piece de monnoye valant sept deniers tournois.*

Oborior, oboriris, pen. prod. vel oboreris, pen. cor. obortus sum, oboriri. *Se leuer & naistre, Sourdre.*

Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Plaut.

Aduentu suorum lachrymæ obortæ. Liu. *Les larmes luy vindrent aux yeulx.*

Tanta hæc lætitia oborta est. Terent. *Ceste si grande ioye m'est suruenue.*

Obortum est bellum. Liu. *Il est suruenu une guerre.*

Oborta lux. Liu. Nox oborta est. Seneca.

Tenebræ obortæ sunt oculis. Ouid.

Obrepo, obrêpis, pen. prod. obrepsi, obreptum, obrépere. Plaut. *Se couler tout doulcement, & trainer par quelque lieu sans qu'on apperceoiue rien.*

Inscientibus nobis obrepit aliquid. Cic.

¶ Obrepere dicitur quicquid sensum fallit. Plaut. *Quand quelque chose suruient sans qu'on y pense.*

Statim te obrepet fames. Plaut.

Vt mors obrepat interim. Plaut.

Obrepit somnus. Plin. iunior.

Adolescentiæ senectus obrepit. Cic.

Mihi decessionis dies obrepebat. Cic. *Le iour & terme venoit sans que i'y pensasse.*

Statim obrepserit dies. Cic. *Tu seras tout esbahi que le iour sera escheu, ou que le terme sera venu, sans que tu y ayes pensé.* Bud.

Obrepit obliuio. Seneca.

Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus. Cic.

¶ Obrepere. Plin. *Tromper aucun par finesse, sans qu'il y prenne garde.*

¶ Obrepere ad magistratum. Cic. *Paruenir a quelque dignité par abus, fiction & hypocrisie, soubz ombre de simplesse & de bonté.*

Obrepto, obreptas, obreptâre, Frequentatiuum. Plaut.

Obréptio, obreptiônis, Verbale. Vlpianus. *Quand par subtils moyens & faulsete on paruient a quelque chose.*

Obretio, obrétis, pen. prod obretire. Lucret. *Enueloper ou enuironner d'une rets.*

Obrigeo, obriges, pen. corr. obrigui, obrigêre. Columel. *Se roidir de froid.*

Obrizum, huius obrizi: vel potius Obryzum. Plin. *Fin or, qui plusieurs fois a esté purgé & affiné par feu, & ne se dechet point.*

Obrodo, obrôdis, penul. prod. obrosi, obrôsum, obródere. Plaut. *Ronger tout a l'entour.*

Obrôsus, pen. prod Participium. Plin. *Rongé tout a l'entour.*

Obrogo, óbrogas, pen. cor. obrogâre. Fest. *Contredire & empescher le propos d'aucun.*

Obrogare legi. Cic. *Faire une loy abrogatiue d'une autre.*

Obrogatur his legibus Cæsaris. Cic. *On fait preiudice aux loix de Cesar.*

Obrosus, Vide OBRODO.

Obrumpo, obrumpis, obrúpi, pen. prod. obruptum, obrumpere. Varro. *Rompre.*

Obruo, obruis, obrui, obrutum, pen. cor. obrúere. Cic. *Couurir de terre ou d'autre chose, Encombrer.*

Obruere & Eruere, contraria. Cic.

Obruere lapidibus, telis, & id genus. Cic. Liu. *Accabler & couurir de pierres, Accrauanter.*

Obrutus niuibus, pruinisque. Liu.

Numero obruimur. Virgil.

Procella obruit viros. Ouid.

Nox terram obruit roriferis vmbris. Lucret. *Couure.*

Obruere sale. Plin. *Pouldrer de sel.*

Corpus obruere tellure. Ouid. *Enterrer.*

Obrutum vetustate, vel situ vetustatis. Plin. *Oublié a cause du long temps.*

Obrutus in terra. Cato. *Enterré.*

Semina obruere versata terra. Ouid.

Thesaurum obruere. Cic.

Obruere se vino. Cic. *S'enyurer, Se noyer de boire.*

¶ Obruere, per metaphoram. Quintil. Tot voluptates obruere possunt vnum dolorem. *Tãt de plaisirs & esbats peuuent couurir & faire passer la douleur.*

Obruere & delere. Cic.

Obruere & perdere. Cic.

Perpetua obliuione aliquid obruere. Cic. *Oublier a iamais, Mettre en oubli perpetuel.*

Famam alicuius obruere. Tacit. *Abolir.*

Mala, virtutis magnitudine obruentur. Cic.

Memoriam & nomen alicuius obruere. Cic. *Faire qu'il ne soit aucun bruit ne mention d'aucun.*

Quod dii omen obruant. Cic.

Vnda obruit meos vultus. Ouid.

Obruit aliquem obliuio. Tacit. *Quand il n'est aucune memoire de luy.*

Obruit eum obliuione vetustas. Cic. *Il y a si long temps qu'il estoit, qu'il n'en est plus de memoire.*

Obliuione obruere facta sua. Cic. *Mettre en oubli ses faicts, N'en faire nulle mention.*

¶ Obruere ære alieno. Cic. *Endebter fort, Encombrer de debtes, Noyer de debtes.*

Ambitione & foro obrui. Cic. Obrui copia sentẽtiarũ. Cic.

Obrui & opprimi criminibus & testibus. Cic.

Obrui magnitudine negotii tanquam fluctu. Cicero. *Auoir merueilleusement d'affaires, & en estre comme couuert & accablé.*

Núditas, pen. corr. nuditâtis. Quintil. *Nudité, Poureté.*

Nudo, nudas, nudâre. Plin. *Desnuer, Mettre nud, Desuestir, Descouurir.* Ab aliquo nudari. Ouid.

Aciem nudare, Vide ACIES.

Armis nudare iacentem. Ouid. *Desarmer, Despouiller.*

Nudatur arbor foliis. Plin. *Se desuest & despouille de ses fueilles, Perd ses fueilles.*

Tepidos nudauerat artus. Sil.

Corpus nudare. Cic.

Nudare gladios. Liu. *Desgainer.*

Nudare littora, & portus relinquere. Cæs. *Les uuider.*

Montem nudare syluis. Sil.

Terga fugæ nudant. Virgil.

Nudare vada dicitur ventus. Liu. *Descouurir.*

Viscera nudare. Virgil.

Quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliauit, nudauitque omnia. Cic.

Nudata castra. Cæsar. *Descouuerts.*

Nudatus defensoribus murus. Cæs. *Desnué, Delaissé.*

Præsidio sceleratorum ciuium, perditos magistratus nudare. Cic.

Pericula alicuius, non modò ciuium præsidio, sed etiam quorundam deprecatione nudare. Cic.

¶ Nudare scelus aliquod. Liuius. *Descouurir, Bailler à congnoistre.*

Euoluere & nudare. Cic. Nudare animos. Liu.

Nudatus & proditus. Cic. Facta alicuius nudare. Ouid.

Nudâtus, pen. prod. Participium: vt Caput nudatum. Virgil. *Descouuert.*

Cacumina syluæ nudata. Ouid.

Cornicula nudata furtiuis coloribus. Horatius. *Desnuer, Deuestue, Despouillee.*

Corpus nudatum. Catull.

Crura nudata. Virgil.

Nudatum tecto culmen. Liu.

Fraus nudata. Claud. *Descouuerte.*

Messes nudatæ. Ouid. *Quand on a scié ou fauché les bleds.*

Montes nudati. Valer. Flac.

Pede nudato currere. Tibull.

Respublica interitu Consulum nudata. Plancus Ciceroni.

Iuris ciuilis scientia nudata vis ingenii alicuius. Cic.

Suræ nudatæ. Catull.

Nugæ, nugarum. *Baueries, Sornettes, Bourdes, Gaberies, Parolles legieres & de nul fruict, Friuoles, Fatras.*

Archetypæ nugæ. Martial.

Bullatæ nugæ, Vide BVLLA.

Meræ nugæ. Cic. Amicos habet meras nugas. Id est, nugatores & nebulones. *Oysons, Baboins.* Bud.

¶ Armatus nugis. Horat.

Auferre nugas, Vide AVFERO.

Conciliare nugas. Plaut.

Concredere alicui suas nugas. Horat.

Delectari nugis. Cic.

Meditari aliquid nugarum. Horat.

Offendere amicum in nugis. Horat.

Relinquere nugas. Cic.

Nugax, nugâcis, pen. prod. om. gene. *Baueur, Gabeur, Conteur de sornettes.*

Nugigérulus, pen. corr. Adiectiuum. *Qui ne dit que baueries & friuoles, Porteur de bourdes & friuoles.*

Nugiuendus, nugiuendi. Plautus. *Qui vend petits affiquets de nulle ou petite valeur.*

Nugor, nugâris, nugâri, Deponens. Plaut. *Gaber, Iaser & bauer, Tenir propos de nul ou petit fruict & valeur.*

Democritus non inscitè nugatur. Cic.

Cum aliquo nugari. Horat.

Nugâtor, pen. prod. nugatôris, Verbale. Plaut. *Iaseur, Baueur, Bailleur de beaulx sours, Qui ne fait que dire parolles vaines, friuoles, & de nulle valeur.*

Neque in istum nugatorem inuehar. Cic.

Nugatórius, Adiectiuum. Author ad Heren. *Plein de baueries, sotises, & vanitez, Qui n'est d'aucune valeur ou prouffit, Friuol.*

Tota res Vellei nugatoria est. Cic.

Leue est ac nugatorium. Cic.

Mala, nugatoriaque accusatio. Cic.

Nugatoriè, Aduerbium. Author ad Heren. *Par iaserie & bauerie, ou gaberie, Friuolement.*

Nugâlis, & hoc nugâle, penult. prod. Idem quod Nugatorius. Gell.

Nugamentum, nugamenti, Idem quod Nugæ. Apul.

Nullus, nulla, nullum, genitiuo nullîus, pen. prod & aliquando in carmine correpta: à Non & Vllus compositum. Cic. *Nul.* Assentiri nulli rei. Cic.

Fers te nullius egentem. Horat.

Nullius addictus iurare in verba magistri. Horat.

Nulla hæc igitur amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendū paratus est. Cic. *Elle ne vault rien, & n'est pas de tenue, Elle est nulle.*

Nullus, cum genitiuo. Cice. Elephanto belluarum nulla prudentior.

Nullus, pro Non. Terent. Si non quæret, nullus dixeris.

Argumentum id quidem nullum est. Cic. *Ne vault rien.*

Ars nulla aut pertenuis. Cic.

Nulli consilii, pro nullius. Terent.

De virtutibus nulla pars desit. Cic.

Nulla dum via superatæ Alpes. Liu. *Par lesquelles on n'a point encore passé.*

Nulli duo. Plinius, Ita fit vt nulli duo concinant. *Il n'y en a point deux qui s'accordent.*

Apuleias leges nullas putas? Cic. *De nulle valeur & estime.*

Quintio tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Cic.

Nulla fides regni sociis. Lucan.

Nulla fide esse. Plaut. *Estre sans foy, & desloyal.*

Nullo fine crescunt vites. Plin. *Sans fin.*

Nullorum hominum homo. Terent.

Lites nullæ, neque controuersiæ sunt. Cic.

Nullis literis vir. Id est illiteratus. Plin. iun.

Nullo loco deesse alicui. Cic. *Luy aider par tout.*

Nullo modo. Terent. *Nullement.*

Nullo negotio. Cic. *Sans peine ou difficulté.*

Nullum suum officium ducunt, nisi vt voluptati ministrent. Cic. *Ils n'estiment leur office estre autre chose que de, &c.*

Nullo numero homo. Cic. *De nulle valeur ou estime, Qu'on ne daigneroit mettre au nombre des hommes.*

Passim nullo ordine. Liu. *Sans ordre.*

Nullo pacto possum viuere. Plaut. *Nullement.*

Nullone ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? Terent. *Par quelque maniere ou moyen?*

Nullam in partem. Cic. *En nulle sorte ou maniere que ce soit.*

Déque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes. Cic. *Nullement.*

Si id factum est, ecce me nullum senem. Plaut.

Nullus sum. Terent. *Ce n'est plus rien que de moy, C'est faict de moy, Ie suis perdu.*

In his tam paruis, atque tam nullis. Plin.

Quum facias versus nulla non luce ducentos. Martialis. *Veu qu'il n'y a iournee que tu ne, &c.*

Quum non liceret mihi nullius partis esse. Pollio Ciceroni. *Ne d'une part, ne d'autre.*

Num, Aduerbium interrogandi, cui subintelligitur negatio, soli indicatiuo iungitur. Terent. Num cogitat quid dicat? *Pensez vous qu'il pense à ce qu'il dit? comme s'il disoit, Il n'y pense pas.*

Num censes faceret, filium nisi sciret eadem hæc velle? Terent.

Num cui dubium esse poterit, quin, &c. Cic.

Numnam, compositum à num & nam, Idem quod Num significat. Plaut. Numnam hinc ab nobis domo est? Nam hinc ab ostio iacentem sustuli. *Ne seroit ce point de chez nous?*

Numnam hunc percussit Iuppiter? credo ædepol. Plaut. *Iuppiter ne l'auroit il pas bien frappé?*

Hem, numnam periimus? Terent. *Ne voyez vous pas bien, que c'est faict de nous?*

Eho, numnam tu hic relictus custos, nequis forte, &c. Ter.

o bo, i'a eu ici laissé pour gardien, que d'aduenture, &c.
Quæ illæc turba est? numnam ego perii? adibo. Terent. *N'est ce pas faict de moy*

Numella, numellæ. Plaut. *Vne sorte de torment de bois, dedans lequel on mettoit le col & les pieds des malfaicteurs, Cep.*
Numellæ versatiles. *Le pillory.* Bud.
Numellis publicis insertus. *Mis au pillory.* Bud.
Numella. Varro. Columella. *Vne sorte de lien dequoy on lioit les chiens, brebis, cheures, beufs, & autres grandes bestes, Ou un collier.*
Numellis ductare canes. *Par le collier.* B.

Numen, numinis, penult. corr. neut. gen. Virgil. *La volunté & puissance de Dieu.*
Cultores numinis. Ouid. *Adorateurs de Dieu.*
Amicum mihi numen. Virgil.
Benigno numine Deus. Horat.
Conscia numina veri. Virgil. *Les dieux qui scauent bien si lon dit vray ou non.*
Conuersa numina. Virgil.
Diuinum numen. Cic. *La puissance diuine.*
Exorabile numen. Iuuenal.
Implacabile. Senec. Ineuitabile. Stat.
Magna numina deûm. Virgil.
Præsens & propitium alicui numen. Quintil. *Fauorizant.*
Ibi præsens Dei numen maximè fuit. Liu. *Dieu y a bien monstré sa puissance.* Bud.
¶ Adorare numen. Virgil.
Asscribi numinibus, Vide ASSCRIBO.
Colendum numen. Stat.
Iram numinis contrahere sibi. Ouid.
Numine suo atque auxilio nos defendunt dii immortales. Cic.
Secundis numinibus euenire. Tacit.
Iræ numinis exercent te. Virgil.
Diuûm numine seror in arma. Virgil.
Horrere diuinum numen. Cic.
Læsum numen. Virgil.
Metuens numinis ingenium. Ouid.
Occursare numinibus, Vide OCCVRRO.
Orare numina. Virgil.
Parent numini diuino omnes naturæ. Cic.
Placabile numen. Ouid.
Placare numen per sacrum aliquod Ouid.
Diuinum numen precibus placare. Cic.
Cæleste precari numen. Ouid.
Sancta numina precamur. Virgil.
Spernere numina diuûm. Ouid.
Cælum & terras qui numine torquet. Virgil.
Venerabile numen. Stat.
Non violabile numen. Virgil.
¶ Numen. Virgil *Dieu.*

Numerus, numeri, pen. corr. *Nombre.*
Breuiores numeri. Quintil.
Centenarius numerus, Vide CENTVM.
Immanis numerus. Varro.
Impar numerus, Vide IMPAR.
Infinitus. Quintil.
Innumeralis. Lucret.
Singularis, dualis, ac pluralis numerus. Quintil.
¶ Numerus aliquando refertur ad ea quæ mensurantur.
Frumenti magnum numerum coegit. Cæs. *Grand amas.*
Maximus vini numerus fuit. Cic. *Grande quantité de vin.*
¶ Ex suo numero legatos ad Martium regé mittit. Sallust. *De son costé, De sa bande, Des siens.*
Integer numerus militum. Cic.
Exigui numero viri. Virgil.
Turmæ equitum numero tres. Virgil.
¶ Quo numero fuisti? qua existimatione, quo gradu dignitatis? Cic. *En quel honneur?*
Accensus sit eo numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt. Cic. *Qu'il se tienne au rang baillé par noz predecesseurs, Qu'ils n'entreprenne point plus qu'il luy appartient.*
Nullo numero homo. Cic.
¶ Abundare numero. Quintil.
Accipi in numero, Vide ACCIPIO.
Æquari numero, Vide AEQVO, æquas.
Hunc ad tuum numerum libenter adscribito. Cic. *Reçoy le au nombre de tes amis.*
Adscribere in numerum, Vide ASSCRIBO.
Augere numerum. Lucret.
Collocare in deorum numero, Vide COLLOCO.
Componere numero. Virgil. *Par bon ordre, & en bel arroy.*
Comprehendere numero, Vide COMPREHENDO.
Conuenit numerus, Vide CONVENIO.
Defici aliquem numero. Quintil.
Digerere aliquid in numerum. Virgil.
Distribuere in numeros. Plin. iunior. *Par bandes.*
In numero & loco hostium duci. Cic. *Estre reputé du nombre des ennemis.*
Numero eximere. Quintil. *Choisir, Mettre a part.*
Explere numerum, Vide EXPLEO.
Gliscere numero. Tacit.
Numerum habui. Plaut. *Ie scauoye bien le nombre.*
Habere aliquem in numero suorum. Cic. *Le tenir de ses amis.*
Qui illum secum habuerit eo numero ac loco. Cic. *En si grande auctorité.*
Numero, vel in numero aliquo haberi, vel esse: cui Despici opponitur. Varro. *Estre prisé & estimé, Estre en reputation.*
Qui ne liberi quidé hominis numero sit. Brutus. *Qui n'ha pas merité d'estre au nombre des hommes.*
Inire numerum, Vide INEO.
Metiri numerum. Stat.
Mutare numerum. Quintil.
Obtinere aliquem numerum. Cicero. *Estre en quelque estime & reputation.*
Ad numerum permanere. Cic.
An in aliquo numero ponédus est. Cic. *En doibt on parler? En doibt on faire cas? En doibt on faire ne mise ne recepte?*
Redigi ad numerum duorum. Ouid.
Referre aliquem in numerum. Cic.
In numeros nomen referre. Plin. iunior, Neque adhuc nomen in numeros relatum est. *Il n'est point encore enrollé aux bandes.*
Replere numerum. Lucret.
Subducere numerum. Catull. *Compter, Nombrer.*
Ad numerum esse, Vide AD præpositionem.
Quo in numero ego sum. Cic. *Du nombre desquels ie suis.*
Hoc erit in magno numero nostrorum malorum. Cicero. *Cela accroistra fort & augmentera noz maulx.*
In nullo numero esse. Cic. *N'estre en nulle estime & reputation.*
Deorum numero esse alicui. Liu. *Estre estimé & reputé Dieu.*
Quum is tibi parentis numero fuisset. Cic. *Veu que tu l'estimois autant que ton pere.*
Venerari in numero deorum aliquos. Cic.
Venire in numerum oratorum. Cic.
¶ Ad centena numero, Vide AD præpositionem.
¶ Numerus. Virgil. Cic. *Mesure.*
Numerus & modus oratorius. Cic.
Flebiles numeri. Ouid.
Impares numeri. Ouid. *Vers elegiaques.*
Leuioribus numeris apta materia. Ouid.
¶ Adiunxit primus numeros verbis solutis Isocrates. Cic.
Alligari numero. Quintil.
Astringere orationem numeris, Vide ASTRINGO.
Moderatione certa quadam numerorum astringitur histrio. Cic.
Canere in cantu numeros. Cic.
Claudere sententias numeris. Cic.
Commetiri numero, Vide COMMETIOR.
Graui numero edere arma. Ouidius. *Descrire les faicts de guerre par vers graues.*
Molli numero fluunt carmina. Pers.
Ludere in numerum. Virgil. *Danser a la chanson, ou de mesure.*
Extra numerum si se moueat histrio, exsibilatur & exploditur. Cic.
Numeris verba nectere. Ouid. *Composer des vers, ou carmes.*
In quadrum numerum sententias redigere. Cic.

¶ Omnibus numeris absolutus. Plin. iunior. *Totalement, en toutes sortes & manieres bien faict, Parfaict.*
Omnes comitatis numeros obibas. Plin. iun. *Tu estois doulx & courtois en toutes manieres, Parfaictement.*
Perfectum expletúmque omnibus suis numeris & partibus. Cic. *Parfaict de touts poincts, Accompli.*
Veritatis omnes numeros in se habere. Cic. *Il est vray comme l'Euangile.* Bud.
Continere omnes numeros virtutis. Cic.
Numerò, Aduerbium, veteres pro Nimium citò dicebant, authore Festo. Plaut. Numerò huc aduenis ad prandium. *Trop tost.*
Numerôsus, penul. prod. Adiectiuum. Plin. iunior. *Qui est en grand nombre.*
Aliò me vocat numerosa gloria tua. Plin. iunior. *Ta grande gloire.*
Numerosiore ambitu litorum circunflectitur Ionia. Plin.
Brachia numerosa ducere. Ouid. *Remuer les bras, & faire gestes par certaine mesure.*
Cicatrix numerosa. Claud. *Grand nombre de cicatrices.*
Cohors numerosa. Plin.
Gestus numerosi. Ouid. *Faicts par mesure.*
Laus numerosa. Ouid.
Malum numerosum. Seneca.
Opus numerosum, Vide O P V S.
Partus numerosus. Plin.
Phalanx numerosa. Valer. Flac.
Questus numerosior. Claud. *Grand gaing.*
Varietas numerosa. Plin. *Grande diuersité.*
Vrbes numerosæ. Claud.
¶ Numerosa oratio. Cic. *Qui ha mesure.*
Horatius numerosus. Ouid. *Poete elegant.*
Numerosè, Aduerbium. Cic. *Par mesure.*
Numerose & aptè cadens comprehensio. Cic.
Cadit numerose sententia. Cic.
Aptè & numerose dicere. Cic.
Numerose & volubiliter orationem fundere. Cic.
Numerâlis, & hoc numerâle, penult. prod. Vnde Numeralis scientia. *L'art de nombrer & compter.*
Numerábilis, & hoc numerábile, pen. cor. *Qu'on peult nombrer, Nombrable.*
Populus numerabilis. Horat.
Número, númeras, penult. corr. numerâre. Virgil. *Nombrer, Compter.*
Per digitos numerare. Ouid. *Compter sur, ou par ses doigts.*
Imbres hybernos citius numeraueris. Stat.
Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes. Ouid.
¶ Numerare pecuniam. Cicero. *Bailler argent comptant, Bailler manuellement.*
Stipendium numerare militibus. Cic. *Payer les gages.*
A Quæstore numerare. Cic.
Numerare alicui, Subintelligitur pecuniam. Plaut.
¶ Numerare. Cic. *Estimer & iuger.*
Propè alter Timarchides numerabatur. Cic. *On l'estimoit & iugeoit on estre un autre Timarchides.*
Propè Collega Timarchidi numerabatur. Cic.
Nullo loco numerare rem aliquam. Cic. *N'estimer rien, N'en tenir compte.*
Sapientem se & esse & numerari velle. Cic.
Proximum optimis numerari. Cic.
In actis alicuius quippiam numerare. Cic.
Numerare in bonis, &c. Id est, inter bona, hoc est, bonum iudicare. Cic. *Mettre au rang des biens, Estimer bon.*
Eámque neque in rectis, neque in prauis numerabat. Cic. *Il ne l'estimoit ne bonne ne mauuaise.*
In primis beati in Italia Crotoniatæ quondam numerabantur. Cic.
In multis numerari. Cic.
Mors in beneficii partem, si cruciatus absit, numeretur. Cicero.
In vulgo patronorum numerari. Cic.
Vites iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Plin. *Estoyent estimees arbres.*
Honestissimus inter suos numerabatur. Cic. *On l'estimoit, ou il estoit estimé l'un des honnestes qui fust en sa ville.*
Inter amicos numerari. Ouid.
Numerandus, Participium: vt
Ante omnes bello numerandus Amilcar. Sil.
Numerâtus, penult. prod. Aliud participium. Cic. *Nombré, Compté.*
Pecunia numerata. Cic. *Argent comptant.*
Numerato, vice aduerbii positum. Cic. *Tout comptant.*
Numerato malim, quàm æstimatione. Cic. *I'aimeroye mieulx l'auoir comptant, que, &c.*
In numerato habere ingenium. Quintil. *Auoir un esprit vif & prompt a toutes choses, Donner responce sur le champ.*
In numerato relinquere H S D C. Plin. *En argent comptant.*
Numeratio, Verbale. Columel. *Compte & payement.*
Vbi æris numeratio exigitur, res pro nummis ostēditur. Columel. *Quand on luy demande qu'il baille argent comptant.*
Numisma, Vide N V M V S.
Numus, numi, m. ge. Scribitur & Nummus. *Monnoye, Aloy.*
Nummus argenti. Plaut.
Nummus adulterinus. Cic. *Faulse monnoye, Piece faulse.*
Nummus asper. Sueton. *Rude a manier, Marqué & empraint de lettres & images.*
Aurei nummi. Cic.
Bonus nummus, Vide B O N V S.
Rediuiuus nummus pullulat arca exhausta. Iuuenal.
¶ Conductis coemens obsonia nummis. Horatius. *D'argent prins ou emprunté a usure, ou a interest.*
Comedere nummos. Cic.
Contemplari nummos in arca. Horat.
Corrogare nummos. Cic.
Cudere nummos, Vide C V D O.
Effundere saccos nummorum. Horat.
Cautos nominibus certis expendere nummos. Horat. *Bailler argent a usure ou interest soubs caution & obligation, a certains debteurs, & desquels on soit asseuré d'estre bien payé.*
Extricare nummos vnde vnde. Horat. *Amasser argent de quelque chose que ce soit.*
Olfacere nummos. Cic.
Parti gladio vel pyxide nummi. Iuuenalis. *Acquis ou par homicide & meurtre, ou par empoisonnement.*
Recondere nummos & aurum. Horat.
Dolosi si spes refulserit nummi. Pers.
Spargere nummos populo de Rostris. Cic.
Bibliothecam multorum nummorum tractare. Cic.
¶ Numus. Cic. *Une piece de monnoye vallant dix deniers tournois & demi.*
Bis dena sestertia nummûm. Horat. *Cinq cens escus couronne, a trente cinq solz tournois pour escu.*
Numus sestertius, Idem. Cic.
Mille nummûm. Cic. *Vingt cinq escus couronne.*
Numo addicere. Suet. Cic. *Deliurer une chose qui est vendue par decret, a un encherisseur pour dix deniers & demi.*
In suis numis multis esse. Cic. *Auoir beaucoup d'argent sien, & ne debuoir rien.*
Númulus, pen. corr. Diminutiuum. Cic.
Numôsus, pen. prod. Adiectiuum. *Riche en argent, Pecunieux.*
Numâtus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Idem.
Marsupium numatum. Plaut. *Ou il y a beaucoup d'argent.*
Numátio, numatiônis. Cic. *Richesse d'argent, Abondance d'argent.*
Numárius, Adiect. vt Res numaria. Cic. *Le faict des monnoyes.*
Numarius interpres pacis & concordiæ. Cic. *Qui a prins argent pour faire la paix.*
Iudicium numarium. Cic. *Qui se donne pour argent.*
Iudices numarii. Cic. *Corrompus par argent.*
Difficultas numaria. Cic. *Faulte d'argent.*
Ratio numaria. Cic.
Res numaria tenet eum. Cic. *Il ha faulte d'argent.*
Theca numaria. Cic.
Numisma, numismatis, pen. cor. neut. gen. Idem quod Numus. Horat.
Numulárius, *Changeur.*

Nunc, Aduerbium temporis. *Maintenant, A ceste heure, Pour ceste heure, Pour le present, Ores.*

Nunc age. Virgil. Nunc agesis. Lucret.

¶ Nunc ego & illam scelestam esse, & me miserum sentio. Terent. *Orprimes, Trop tard.*

¶ Quæ quidem multò plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. Cic. *Mais a ceste heure que nous sommes chargez de viandes.*

¶ Nunc, concedendi aduerbium. Plaut. Haud mansisti vt ego darem: tute sumpsisti tibi, nunc habeas vt nactus. *Or bien de par Dieu ayes la.*

¶ Nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonū verteris vitia? Quintil. *Mais quand sera ce que tu, &c.*

¶ Mentire ædepol gnate, atque id nunc facis, haud consuetudine. Plaut. *C'est de maintenant que tu as commencé a mentir.*

¶ Nunc demum. Plaut. *Orprimes.*

Nunc demum venis? Terent. *A ceste heure si tard?*

Nunc demum istæc nata oratio est. Terent.

Nunc denique. Colum. *Il le fault a ceste heure faire, ou iamais.*

Pecuniam petit: nunc denique? Cic. *Si tard? Si long temps apres? A ceste heure si tard?*

Nunc illud est, quòd si omnes omnia sua consilia conferant, Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant. Terent. *La chose est maintenant en tel estat, que si &c. Voicy maintenant l'heure que, &c.*

Nunc est profectò, interfici quum perpeti me possum. Terent.

Nunc iam. Plaut. *A la parfin, Finablement.*

I nunc iam. Terent. *Or t'en va maintenant.*

Nunc iam sum expeditus. Cassius ad Ciceronem. *En fin finale ie suis deliuré.*

Nunc ipsum ea lego, ea scribo, vt ii, &c. Cic. *Maintenant, A ceste heure.*

Nunc nuper. Terent. *Tout a ceste heure, Tout nagueres, Il n'y a pas long temps, Il n'y a comme rien.*

Nunc primùm. Plaut. *Orprimes.*

Nunc primùm fac istæc vt lauet: pòst deinde
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui,
Date. Terent. *Tout premierement.*

Nunc nunc. Plaut. *Tout maintenant.*

Nunc nunc insurgite remis. Virgil.

Nunc nunc adeste. Horat.

Nunc huc, nunc illuc. Lucret.

Nunc hos, nunc illos aditus. Virgil.

¶ Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de vi. Cic. *Lors que i'escriuoye ces presentes lettres.*

¶ Nunc verò, iam adempta est non modò resistendi, verumetiam suppeditandi facultas. Cic. *Mais a present, desia, &c.*

Nunc verò, Aliquando non significat tempus. Cic. Quòd si magnam in his Hermagoras habuisset facultaté, &c. Nunc verò ea vis est in homine, &c. *Mais maintenant, Or maintenant.*

Nuncubi, pen. cor. Aduerbium compositum ex nunquid & alicubi. Terent. Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? *As tu iamais apperceu qu'en quelque chose, &c.*

Nuncius, Vide NVNTIVS.

Nuncupo, nuncupas, pen. corr. nuncupâre. Liu. *Nommer.*

Quod erat à Deo natū, nomine ipsius Dei nuncupabant: vt quum fruges Cererem appellamus. Cic.

¶ Nuncupare. Cic. *Dire de bouche, Dire nommement, Expressement, En faire expresse mention.*

Nuncupata voluntas dicitur à Iustiniano. *Vn testament nuncupatif, ou autre derniere disposition nuncupatiue: quand elle n'est point escripte, ains seulement dicte de bouche.*

Vita nuncupata. Liu.

Sicut verbis nuncupaui. Liu. *Selon la forme & maniere que ie viens de dire.*

Nuncupauit laturos eò spolia. Liu. *Il prononcea qu'on, &c.*

¶ Nuncupare. Plin. *Reciter, Raconter.*

Vota nuncupare. Plin. iunior. Cicero. *Prononcer la forme des vœux qu'on faisoit pour la santé du Prince, ou autre chose semblable.*

Vota quæ nunquam solueret, nuncupauit. Cic.

Nuncupatum testamentum. Plin. iunior. *Testament nuncupatif.*

Nuncupatio, Verbale. Plin.

Nundinæ, pen. corr. nundinarum, fœ. ge. plurali numero tantum Cic. *Foires.*

Villicus, non vrbem, non vllas nundinas, nisi vendendæ, aut emendæ rei necessariæ causa, frequentauerit. Colu.

Instituere nundinas. Plin. iunior.

Nundinâlis, & hoc nundinâle, pen. prod. Plaut. *Appartenant ou seruant aux foires.*

Nundinor, pen. corr. nundinâris, nundinári. Quod & Nundino, nundinas dicitur. Sueton. *Faire marchandise de quelque chose, La mettre en vente.*

Nundinari. Cic. *Marchander, Achetter.*

Qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarentur. Cic.

Nundinatio, Verbale. *Marchandise qu'on fait es foires, ou autrement, Vente, ou Achet.*

Iuris nundinatio. Cic.

Nundinâtor, pen. prod. nundinatôris, mas. ge. Fest. *Marchand qui hante les foires.*

Nundinárius, Adiectiuum: vt Oppidum nundinarium. Pli. *Ou les foires se tiennent, Ou il y a foires comme a Lion.*

Forum nundinarium. Plin. *Le marché.*

Epulæ nundinariæ. Vlpian. *La despense de bouche qu'on fait es foires tandis qu'elles durent.*

Nunquam, Aduerbium. *Iamais.*

Nunquam vos Prætorem tam palæstricum vidistis. Cic.

Istunc hominem nūquam audiui ante hunc diem. Plaut. *Iamais ie ne l'auoye ouy deuant ce iour, Ie ne l'auoye onques, ou onquesmais ouy deuant ce iour.*

Illud mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit à te requirere. Cic.

Hæres nunquam erit post hunc diem. Plaut.

Nunquam post illa vidi. Plaut. *Iamais depuis.*

Nunquam, in fine sententiæ. Cic. Eloquentiam verò sine sapientia nimiū obesse plerunque, prodesse nunquam.

Nunquam à Philone discessit, nisi posteaquam ipse cœpit qui se audirent habere. Cic.

Hodie nunquam monstrabo. Terent. *D'auiourdhuy ie ne le monstreray.*

Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Virgil. *Il est impossible qu'auiourdhuy nous mourions tous, &c.*

Nunquam hoc vno die efficiatur opus, quin opus semper siet. Plaut. *Il est impossible de faire auiourdhuy tellement l'ouurage, que tousiours il n'y ait a refaire.*

-quo in loco? A L. Hic in ædibus, vbi tu habitas. A M. nunquam factum est. Plaut. *Il n'est pas ainsi.*

Nunquam faceret. Terent. *Iamais il ne le feroit.*

Nunquam non coronam lauream ceruice gestauit. Suet. *Il porta tousiours, &c.*

Nihilne in mente est? C. nunquam quicquam. Terent. *Rien du monde.*

Homine imperito nūquam quicquam iniustius. Terent. *Iamais ie ne vey chose plus iniuste.*

Quos nunquam quisquam neque vocat, neque inuocat. Plautus.

Nunquam fui vsquam, quin me omnes amarent plurimum. Terent. *Iamais ie ne fu nulle part, que, &c.*

Nunquámne etiam me illam vidisse? Terent.

Nunquando, Aduerbium compositum ex num & quando, siue aliquando. Cic.

Quæro nunquando tibi moram attulerit, quominus, &c. Cic. *Ie te demande si autresfois, ou quelque fois il t'a empesché de, &c.*

Nunquis, nunquæ, nunquod vel nunquid, Num aliquis per interrogationem dicitur. Nunquis hîc est? nemo est. Terent. *Y a il ici personne?*

Nunquis fundus in Nolano venalis sit? Cic.

Nunquid horum probat noster Antiochus? Cic. *Approuue il quelque chose de cecy*

Nunc nuper. Plaut. *Tout a ceste heure.*

Nuper, de longiori tempore aliquando dicitur. Cic. Ante philosophiam patefactam quæ nuper inuenta est. *Il y a assez long temps.*

Nuperrime, pen cor. Superlatiuum. Cicero. *Dernierement, & plus freschement.*

Nuperus, nupera, nuperum, pen. cor. Plaut. *Recent, Nouueau.*

Nupta, Nuptiæ, Nuptus, Vide NVBO.

Nurus, huius nurus, f.g. Cic. *La femme de mon filz, Ma bru.*

Digna nurus socero. Ouid.

Nurus sæpe ponit Ouidius tantùm pro sexu. *Femme.*

Nurus, pro sponsa aliquando ponitur. Martial.

Nusquam, Aduerb. in loco & ad locũ. *Nulle part, En nul lieu.*

In loco. Terent. Ille autem bonus vir nusquam apparet.

Vspiam & Nusquam, contraria. Cic.

Nusquam abero. Virgil.

Nusquam tuta fides. Virgil.

¶ Nusquam, ad locum. Plautus, Te nusquam mittam.

Nusquam pedem. Ter. *Ie ne bougeray d'ici, Ie n'iray nulle part.*

Nusquam gentium, Id est, Nusquam omnino. Terentius. Abundare GENTIVM ait Donatus.

Fratrem nusquam inuenio gentium. Terent. *Nulle part.*

Nuto, nutas, Vide NVO, nuis.

Nutrio, nutris, nutriui vel nutrii, nutritum, pen. prod. nutrire. *Nourrir.*

Balænæ, vitulique mammis nutriunt fœtus. Plin.

Vento nutritur ignis. Ouid.

Nutrire vinum, quod & Curare dicimus. Colum. *Traicter le vin, & auoir le soulci de le contregarder qu'il ne se tourne, ou se gaste, Entretenir.*

¶ Amorem longum malè nutrit. Ouid.

Audacias aliquorum nutrire. Cic.

Fauorem. Sil.

Ignes suos nutrire. Ouid.

Morbos nutrire. Cels. *Traicter & penser.*

Vires nutrire. Celsus.

Vlcus nutrire. Cels. *Penser & traicter un ulcere.*

Nutritus, pen. prod. Participium. *Nourri.*

Ferino lacte nutritus. Ouid.

Nutritus, huius nutritus, pen. prod. Plin. *Nourriture, ou Nourrissement.*

Nutritus plus & maternus. Seneca.

Nutrico, nutricas, penult. prod. nutricare, Idem quod Nutrire. Plaut. Varro.

Nutricor, nutricaris, nutricari, Deponens, Idem. Cic.

Nutricatio, Verbale. Varro. *Nourrissement, Nourriture.*

Nutricatus, huius nutricatus, pen. prod. Idem. Plaut. Varro.

Nutricius, Adiectiuum. Colum. *Qui nourrist, Nourricier.*

Nutritium, nutritii, Substant. neut. gen. Seneca. *Nourriture, Nourrissement.*

Nutritor, pen. prod. nutritoris, masc. gen. Suet. *Nourrisseur.*

Puellæ nutritor. Claud.

Equorum nutritor. Stat.

Nutrix, nutricis, pen. prod. Terent. *Nourrice.*

Nutrices & pædagogi. Cic.

Blanda nutrix. Ausonius.

Sedula nutrix. Horat.

Leonum nutrix tellus Iubæ. Horat.

Cum lacte nutricis, errorem aliquem sugere. Cic.

Inserũt mãsa omnia in os pueris infantibus nutrices. Cic.

Discordia nutrix belli. Claud.

Curarum nutrix nox. Ouid.

Nutrices arbores glandiferæ. Plin.

¶ Nutrix. Pli. *Vne bastardiere, Vne pepiniere, Vn lieu ou lon plãte quelque plante ou semence de quelque arbre ou herbe, a fin que la se puisse nourrir & prendre racine, puis apres on les plante en pleine terre d'un iardin ou champ. On faict cela aussi en des pots de terre.*

¶ Nutrices. Catul. *Les mamelles d'une femme.*

Nutricula, nutriculæ, pen. corr. Diminutiuum. Iuuenal.

Fabulæ nutricularum. Quintil.

Casa nutricula. Quintil. *En laquelle on a esté nourri.*

Seditiosorum nutricula. Cic.

Prædiorum nutricula. Cic.

Nutritia, genere neutro, numero plurali. Vlp. *Le salaire d'une nourrice.*

Nutrimentum, nutrimenti. Cic. *Nourriture.*

Nutrimenta ignis. Valer. Max.

Nutrimen, pen. prod. nutriminis, Idem. Ouid.

Nutus, Vide NVO, nuis.

Nux, nucis, fœ. ge. Plin. *Tout fruict qui ha l'escorce dure, comme noix, amandes, & semblables.*

Cortex viridis nucis. Tibul. Basilica nux. Plin. *Vne noix.*

Fœtus nucis. Virgil. Castaneæ nuces. Virgil.

Nux Græca. Colum. *Vne amande.*

Nux Heracleotica. Macrob. *Chastaigne.*

Nuces iuglandes. Plin. *Noix, ou Noyers.*

Minimæ nuces. Iuuenal.

Nux mollusca. Macrob. *Pesche, ou Peschenoix.*

Nuces pineæ. Martial. *Pommes de pin, Noix de pin.*

Nucipersica. Martial. *Peschenoix.*

Nux pontica. Macrob. *Noisette, Auelaine.*

Nux Prænestina, Idem. Macrob.

Nux Thasia. Macrob. *Amande.*

Cassa nuce, Vide CASSVS.

¶ Conficere nucem, Vide CONFICIO.

Annosam si fortè nucem deiecerit Eurus. Iuuenalis. *Vn vieil noyer.*

Da nuces pueris. Catull.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangat nucem. Plaut.

Frangere nucem. Cic.

Legere nuces. Cic. *Cueillir.*

Ludere nucibus. Catul. *Iouer aux noix.*

Nuces relinquere. Pers. *Laisser toutes choses pueriles.*

Spargere nuces. Virgil.

Nuceus, Adiect. Plin. *Qui est d'une noix, ou de noyer.*

Nucula, nuculæ, pen. corr. Diminutiuum.

Nucifrangibulum, ioco appellat Plautus dentem.

Nucetum, nuceti, pen. prod. Stat. *Vn lieu pourplanté de noyers, ou de noisetiers.*

Nucleus, nuclei. Plin. *Vn cerneau, Cela qui est bon a manger d'une noix, amande, & semblables.*

Nuclei oliuarum. Vlp. *Les noyaulx.*

Concidere nucleum dentibus, Vide CONCIDO pen. pro.

Nucleus ferri. Plin. *Acier.*

Nucleus acini. Plin. *Le pepin & grain d'un raisin.*

¶ Nucleus. Plin. *Vne gousse d'aulx.*

¶ Nucleus pinguitudinis. Plin. *Vn durillon.*

N Y

Nyctalops, pen. corr. nyctalopis, pen. prod. om. gen. Luscitiosus dicitur à Latinis. Plin.

Nycticorax, pen. corr. nycticoracis, pen. corr. m. ge. Coruus nocturnus.

Nympha, nymphæ, Latinè sponsa dicitur. *L'espouse, La mariee.*

Nymphas antiqui aquarum deas esse putauerunt, quasi lympharum numina. Aliquando Nymphæ dicuntur Musæ, quòd aqua currendo musicos sonos efficiat. Virgil.

¶ Nymphæ, dicuntur apes quum primùm formam cœperint habere. Plin.

Nymphæum, nymphæi. Plin. *Vne estuue & baing.*

Nymphæa, Herba. Plin. *Nenufar.*

O

O Vocandi interiectio, nominatiuo interdum, nonnunquam etiam accusatiuo gaudens. Virgil. O regina. *Vn mot de quoy on use quand on huche aucun, usité mesme en Francois, & autres langaiges.*

¶ Aliquando admirandi. Terent. O faciem pulchram! *O le beau uisage!*

¶ Exclamantis. Teré. O audaciam! *O la hardiesse! En s'escriant.*

O immoderata mulier! Cic.

¶ Dolentis. Cic. O me perditum, ô me afflictum. *O moy bien me perdu. Par desplaisir & douleur.*

O misera vitæ ratio. Cic.

¶ Irridentis. Cic. O præclaram sapientiam. *Voila une belle sagesse. En se mocquant.*

O præclarum custodem ouium, vt aiunt, lupum. Cic.

¶ Exultantis. Terent. O factum bene. *O que c'est bien faict. En s'esiouissant.*

¶ O si solitæ quicquam virtutis adesset. Virgil.

O vtinam tunc quum Lacedæmona classe petebat, &c. Ouidius.

O, Interiectio repentè perculsi. *Quand il suruient soubdainement ce qu'on desiroit ueoir.* Terentius, Quis hîc loquitur? Mysis salue. M. ô salue Pamphile.

O, quid agis. Horat.

O, pro Vtinam. Virgilius, O tantùm libeat mecum tibi sordida rura habitare. *Pleust a Dieu que, &c.*

O, quandoque tacetur, quum accusatiuo iungitur. Cic. Me miserum, cur non ades?

O B

Ob, Præpositio, accusatiuo iungitur, & significat Propter. Terent. Pretium ob stultitiam fero. *Pour, ou A cause de ma folie.* Ob adulterium cæsus. Virgil.

Laborat ob auaritiam. Horat. *Il est uexé du mal d'auarice.*

Ob delictum pœnas dii expetunt. Cic.

Ob dictum. Metellus ad Ciceronem. *Pour une parolle.*

Ob industriam. Plaut. *De faict a pensé, Tout de gré.*

Ob decem minas oppositus pignori. Terentius. *Engagé pour, &c.*

Tu mihi fecisti ob nullam noxiam. Plaut. *Sans cause, A tort, Sans que i'eusse commis aucun mal.*

-non pudet Vanitatis? D. minimè, dum ob rem. Terent. *Pourueu que ce soit pour mon prouffit.*

¶ Ob absoluendum, Ob tacendum, & similia: pro Ad absoluendum, vel vt absoluat. Cic. *Pour absouldre.*

¶ Ob oculum habebat. Plaut. *Deuant l'oeil.*

Ob oculos mihi sæpe mors versata est. Cic. *I'ay eu souuent la mort deuant les yeulx.*

Mihi ob oculos exitium versatur. Cic.

Ob os offusus ignis. Cic.

Obacerbo, obacerbas, obacerbâre. Festus, *Courroucer fort aucun.*

Obæratus, pen. prod. Adiectiuum. Liu. Cæsar. *Endebté.*

Obambulo, obámbulas, pen. cor. obambulâre. Plaut. *Cheminer, Aller a l'entour ca & la, Costoyer.*

Solus obambulat ipse. Ouid.

Gemebundus obambulat Ætnam. Ouid.

Obambulantes ante vallum portásque. Liu.

Obambulare muris. Liu.

Obambulátio, Verbale. Author ad Heren. *Cheminement.*

Obaro, obaras, penult. corr. obaraui, obarâre. Liu. *Labourer tout entour.*

Obarmo, obarmas, obarmare, Idem quod Armare. Horatius. *Armer.*

Obater, pen. prod. Adiectiuum. Plin. *Noirastre, aucunement noir, ou Tirant sur le noir.*

Obba, obbæ. Varro. *Une sorte de pot a boire.*

Sessilis obba. Persius.

Obbibo, óbbibis, óbbibi, pen. corr. obbibitum, penult. corr. obbibere. Cic. *Boire tout a faict.*

Obbrutesco, obbrutescis, obbrútui, obbrutéscere, Brutũ fieri. Lucret.

Obcæco, obcæcas, obcæcâre. Colum. *Aueugler.* Dicimus & Occæco.

Obcæcat orationem totam narratio obscura. Cic.

Obcæcatus stultitia. Cic. *Aueuglé de, &c.*

Obcæcari tenebris. Author ad Heren.

Æther terrificis obcæcat sidera nimbis. Ouid. *Il cache, ou counure.*

Obcæcare fossas in agro. Colum. *Couurir qu'on ne les apperçoiue.*

Obcaleo, óbcales, penult. corr. obcalui, obcalêre. Cels. *Estre chauld tout a l'entour.*

Obcalleo, Vide OCCALLEO.

Obdo, obdis, óbdidi, obditum, pe. corr. óbdere. *Mettre a l'encontre, ou au deuant.*

Obdere ceram auribus. Seneca.

Obdere forem. Plaut. *Fermer la porte.*

Obdere fores ferratis trabibus. Plin.

Obdere pessulum ostio. Terent. *Verrouiller l'huis.*

Obdormio, obdormis, obdormiui, obdormitum, penul. prod. obdormire. Cic. *S'endormir.*

Obdormire crapulam. Plaut. *Reposer son uin, Dormir pour se desenyurer.*

Obdormisco, obdormiscis, obdormiscere, Idem. Cic.

Obduco, obdúcis, pen. prod. obduxi, obductum, obdúcere. Plaut. *Mener au deuant, ou a l'entour.*

Obducere velum. Plin. iunior. *Mettre ou tendre au deuant, Tirer le rideau.*

¶ Obducere torporem. Plin. *Causer un endormissement.*

Obducere rebus tenebras. Cic. *Obscurcir, Obtenebrer.*

¶ Obducere. Cic. *Couurir, Estendre dessus.*

Obducuntur libro aut cortice trunci stirpium, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Cic.

Herbæ obducunt segetem densis sentibus. Virgil.

Obducere plagam limo. Plin.

Crustam obducere. Plin. *Prendre counerture de crouste, Deuenir en crouste.*

Rubiginem obducere. Plin. *Enrouiller.*

Tenebræ obduxere oculos. Lucan.

Frontem obducere. Quintil. *Se refrongner, Froncer le front.*

Vultum obducere, Idem. Seneca.

Callum obducere. Cic. *Endurcir.*

Consuetudo diuturna callũ iã obduxit stomacho meo. Ci.

Obducere callum dolori dicitur labor. Cic. *Endurcir une douleur.*

Obductus, Participium: vt

Cicatricem Reip. iam obductam refricare. Cic. *Renouueler une playe qui desia estoit reprinse & refermee, ou reclose, Resueiller le chat qui dort, Resueiller une chose qui estoit mise en oubli.*

Pluma alias, alias squama videmus obductas animantes. Cic. *Counertes de, &c.*

Colos cano situ obductus. Plin. *Couuert.*

Dolorem obductum vulgare. Virgil.

Frons obducta. Horat. *Refrongné, Froncé.*

Obstructio obducta. Cic.

Obducta situ vetustatis prata. Colum.

Tenebræ obductæ. Propert.

Vultus obductos condere. Ouid.

Obductio, obductiônis, Verbale. *Couuerment.*
Obductio capitis. Cic. *Quand on bande les yeulx a aucun, pour luy couper la teste.*
Obducto, obductas, obductâre, Frequentatiuum. Plaut.
Obduro, obduras, pen. prod. obdurâre. *Endurcir.*
Persta atque obdura. Horat.
Obdureo, obdures, pen. prod. obdúrui, obdurêre, Durius fieri. Cic. *S'endurcir.*
Obduresco, obdurescis, obdúrui, obduréscere, Idem. Varro.
Nescio quomodo iam vsu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Cic.
Consuetudine obdurescere. Cic.
Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tribuni. Cic. *S'endurcissent.*
Iam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. Cic.
Obduruit animus ad dolorem nouum. Cic. *Il est tout endurci*
Contra studia naturæ vehementer obdurui. Cic.
Quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate obduruisset. Cic.
Obedio, obédis, pen. prod. obediui, obeditum, pen. prod. obedire. Cic. *Obeir.*
Parêre & obedire. Cic. Obtemperare & obedire. Cic.
Si ad verba nobis obediant. Cic.
In modum seruorum alicui obedire. Tacit.
Obediens, Participium. Cic. *Obeissant, Obedient.*
Obediens dicto. Plaut. *Qui faict ce qu'on luy dit.*
Naturæ obediens homo nomini nocere non potest. Cic.
Appetitiones obedientes efficere rationi. Cic.
Obediens, Nomen ex participio. Liu. Imperiis viuorum nemo obedientior me vno. *Plus obedient, ou obeissant.*
Obedientissima quocunque in opere fraxinus. Plin. *Tresobeissant.*
Obedientia, obedientiæ. Cic. *Obedience, Obeissance.*
Obedientia imperiorum. Plin.
Abiicere ac relinquere obedientiam, Vide ABIICIO.
Obedienter, Aduerbium. Liuius. *Obediemment, Obeissamment, Auec obeissance, En obeissant.* Obedienter curatum est. Liu.
Obedienter seruire Liuius.
Obedo, obedis, pen corr. obedi, obêsum, pen. prod. obédere. *Manger, ou Ronger tout entour.*
Obêsus, pen prod. Adiectiuum. Nonius. *Maigre, Gresle.*
Obesus. Virgil *Gras.*
Facies rubida, plerunque ex vinolentia, venter obesus. Sueton.
Minus solertes, quibus obesissimus venter. Plin.
Canis obesus lacte. Claud.
Obesum corpus leuant onere. Plin.
Fauces obesæ. Virgil. Obesa illuuies. Colum.
Naris obesæ iuuenis. Horat. Turdus obesus. Horat.
Obêso, obésas, pen. prod. obesâre. Columel. *Engresser.*
Obesitas, pen. corr. obesitâtis. Sueton. *Graisseur.*
Nimia corporis obesitas. Columella.
Obelus, obeli, pen. corr. *Vne broche.*
Obeliscus, obelisci, Diminutiuum. Plin. *Vne grande aguille de pierre, large par le bas, & pointue par en hault.*
Obeo, obis, obiui vel obii, obitum, pen corr. obire. *Aller.*
Obeunt tres noctes. Plaut. *Se passent.*
Obire sidera dicuntur, quum occidunt. Plin.
Id obire non potui. Cic. *Parfaire & parachever.*
Obire: *Mourir.* vt Pereas atque obeas citò. Plaut.
Obire morbo. Plin.
Annum petitionis suæ non obierunt. Cic. *Ne sont pas venus demander & briguer en leur rang & au temps destiné par les loix.*
Bella & res alias obire. Liu. Quia duo Consules obire tot simul bella nequirent. *Ne pourroyent fournir a tant de guerres ensemble, ou aller & assister & estre presens.*
Ne ad omnia simul adire & obire vnus non possit. Liu. *Qu'il ne puisse estre present & assister.*
Omnia per se obire. Cæs. *Faire tout de soymesme sans ayde d'aucun.*
Cœnas obire. Cic. *Aller aux banquets par cy par la.*
Colonias obire. Cic. *Aller par toutes les, &c.*
Comitia obire. Cicero. *Assister, & estre present es assemblees du peuple.*
Competitores plures obeunt. Q. Cic. *Quand plusieurs demandants un mesme Magistrat, vont ca & la faire leur brigue.*
Diem aliquem obire Sueton. Cic. *Se trouver au iour assigné.*
Diem auctionis obire. Cic. *Estre present au iour, &c.*
Diem obire. Plaut. *Mourir.*
Obire supremum diem, Idem. Plin.
Hæreditatem obire, Vide HAEREDITAS.
Legationes obire. Cic. *Aller en embassade.*
Obiit legatus Ægyptum. Cic. *Alla par toute l'Egypte.*
Lethum obire. Lucret. *Mourir.*
Locum & tempus obire. Cic. *Se trouver au temps & lieu.*
Mortem obire. Cic. *Mourir.*
Morte obiit repentina, & sine casu. Sueton.
Munus Consulis obire. Liu. *Faire l'office de Consul.*
Munus vigiliarum obibant. Liu. *Faisoyent le guet.*
Grauatè munus obire. Liu.
Munia regis obire. Liu.
Negotium obire. Cic. *Faire sa charge.*
Oculis obire. Plin. iunior. *Regarder de costé & d'autre, de toutes parts.*
Officia obire. Plin. iunior. *Exercer.*
Officia liberaliter & dextrè obire. Liu.
Opus rusticum obire. Colum. *Labourer aux champs.*
Nolite expectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates: hoc vno complector crimine omnia. Cic. *Que ie descriue par le menu touts les maulx qu'il a faict par les villes.*
Pericula ac labores obire. Liu. *Se mettre en danger, & prendre beaucoup de peines.*
Prælia obire. Lucret. *Combatre.*
Prouinciam obire. Cic. *Aller par toute la province.*
Rem priuatam obire & publicam. Cic. *Faire ses affaires particulieres & les publiques.*
Res suas obire. Cic. Sacra obire. Liu. *Y assister.*
Vadimonium obire. Cicero. *Comparoistre en personne au iour de l'assignation.*
Vigilias obire. Plin. *Faire le guet.*
¶ Terras obire. Virgil. *Aller par touts pays.*
Multum telluris obiuit. Virgil. Vrbes obire. Curt.
Regiones pedibus obire. Cic. *Aller a pied par toutes les regions.*
Domos amicorum obire. Cic. *Aller par les maisons de ses amis.*
¶ quem fulua leonis Pellis obit totum. Virgil. *Environne.*
¶ Obiri, passiuum. Plin. *Estre environné.*
Campus obitur aqua. Ouid.
Obiens, huius obeuntis, Participium. Plin. *Environnant.*
Obeundus, Aliud participium. Horat. *Qui sera environné.*
Bella planè accinctis obeunda. Tacit.
Obitus, pen. cor. Similiter participium. Cic. A maioribus nostris morte obita positos in illo loco videtis. *Apres leur mort.*
Obitus, huius obitus, pen. corr. Seruius Ciceroni. *La mort & trespas.* Difficiles obitus. Virgil.
Mitis obitus. Tacit.
Ante obitum nemo dici debet beatus. Ouid.
Interitus atque obitus omnium rerum côficit natura. Cic.
Dare obitus. Valer. Flac.
¶ Signorum obitus & ortus. Virgil.
Ortus, obitus, motúsque siderum. Cic.
Æstus maritimi, ortu aut obitu lunæ commouentur. Cic. *Quand la lune se couche.*
Obitus & occasus. Cic.
Stellarum ortus atque obitus. Catull.
¶ Obitus. Terent. *Survenue, Advenement.*
Obequito, obéquitas, pen. cor. obequitâre. Liu. *Chevaucher tout a l'entour, Costoyer a cheval.*
Obequitauit stationibus hostium. Liu.
Obequitare, cum accusatiuo. Curt. Quúmque agmen obequitaret, &c.
Oberro, oberras, oberrâre. Plin. *Aller ca & la.*
Oberrare. Pers. *Voler tout a l'entour.*
¶ Oberrare Horat. *Errer, Faillir, Commettre une faulte.*
Obesco, obescas, obescâre, ab Esca compositum. Columel. *Bailler a manger, Appasteler.*
Obesus, Vide OBEDO.

Obex, óbicis, pe.corr.có.g. Liu. Virg. *Toute chose qu'on met au deuant de quelque lieu, de paour qu'on ne passe, comme un verrouil, serrures, & autres choses. Toute sorte d'obstacle & empeschement.*

Obiices, per duplex ii scribitur apud poetas, vt producatur O B. Aperti obiices. Claud.

Obices rupti. Virgil.

Moliri obices, Vide MOLIOR.

Firmo obice portas claudere. Ouid.

Abrupto obice soluit montes. Seneca.

Obfirmo, obfirmas, obfirmâre. Terentius. *Affermir & tenir ferme.*

Ne tam obfirma te. Terent. *Ne t'obstine point si fort.*

Obfirmare animum. Plin. iunior. *S'obstiner, & estre ferme en son propos.*

Obfirmare viam. Terent. *S'obstiner a l'encontre de touts.*

Obfirmâtus, pen.prod. Nomen ex participio. Cic.

Illius voluntas obstinatior, & in iracundia obfirmatior. Cicero. *Obstiné.*

Obfirmáte, pen.prod. Aduerb. Suet. *Obstineement, Fermement.*

Obgannio, obgannis, obganniui, obgannîtum, pen.prod. obgannîre. Terent. *Rompre les oreilles a aucun, & le fascher de quelque propos.*

Obhæreo, obhæres, obhæsi, obhærêre. Suet. *Tenir a quelque chose, ou contre quelque chose.*

Obhorreo, obhorres, obhórrui, obhorrêre. Plin. *Estre horrible & espouantable.*

Obiaceo, obiaces, penul.corr. obiácui, obiactum, obiacêre. Colum. *Estre couché & estendu au deuant & par le chemin.*

Omnes lapides, & siqua obiacent facibus obnoxia, colligi debent. Columella.

Obiicio, óbiicis, pen.cor. obiéci, pen.prod. obiectum, obiícere. Plaut. *Iecter au deuant, Opposer.*

Obiicere argentum lenæ. Plaut. *Presenter, Offrir.*

Obiicere cibum canibus. Plin.

Offam obiicere cani. Virgil.

Caput obieci ruenti telo. Sil.

Obiicere corpus feris. Cic. *Exposer.*

Obiicere fores portæ. Liu. *Mettre au deuant.*

Obiici ad omnes casus. Cic. *Estre exposé a touts dangers.*

Obiicere se in impetus hominum quotidianos. Cic.

Obiicere caput suum ferro pro cæremoniis. Cic. *Se mettre en danger de perdre la uie pour, &c.*

Obiicere se telis hostium. Cic. *Exposer sa uie.*

Flos veteris vini meis naribus obiectus est. Plaut.

¶ Funera acerba obiicere. Plaut. *Tuer cruellement.*

Furorem obiicere alicui. Cic. *Le mettre en fureur.*

Impietatem obiicere alicui. Plin. iunior. *Luy mettre au deuant, & reprocher, Luy obiicer, ou obicer.*

Laborem obiicere alicui. Terent. *Luy faire quelque fascherie & ennuy.*

Lætitiam obiicere alicui. Terēt. *Luy annoncer quelque soubdaine ioye, de quoy il ne se doubtoit point.*

Lucrum alicui obiicere. Plaut. *Le faire gaigner.*

Maledictum alicui obiicere. Cic.

Malum obiicere. Plaut. *Faire quelque mal.*

Mentem alicui obiicere. Liu. *Le mettre en fantasie, Luy mettre en la teste quelque chose.*

Metum animo alicuius obiicere. Cic. *Faire paour.*

Moram obiicere. Plaut. *Retarder.*

Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem. Horat.

Nubem obiecit oculis. Ouid.

Præuaricationem obiicere. Plin. *Mettre sus a aucun quelque cas, Obiicer, Reprocher.*

Religionem obiicere. Liu. *Mettre en scrupule de conscience.*

Salutem suam pro aliquo obiicere. Cic.

Solicitudinem. Plaut. *Faire ennuy.*

Spem. Liu. *Donner esperance.*

Splendorem falsi honoris obiicere. Cic.

Terrorem obiicere hosti. Liu. *Faire paour.*

¶ Obiicere. Plaut. *Remettre en memoire, Ramentevoir.*

¶ Obiicere aliquid alteri. Cic. *Reprocher, Obiicer, ou Obicer.*

Obiicit mihi, me ad Baias fuisse. Cic.

Te miramur non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris obiiceres. Brutus ad Antonium. *Reprochasse comme cas meschant.*

Obiicere aliquid crimini. Plin. *Obiicer pour reproche.*

Obiicere in loco criminis, Idem. Cic.

Obiicere vt probrum, Idem. Cic.

Digna pudore obiicere alicui. Ouid.

Eloquentiam vt vitium alicui obiicere. Cic.

Factum quod obiicitur, negare. Cic.

Furta, largitiones, libidines obiicere alicui. Cic.

Ignobilitatem alicui obiicere. Cic.

Libido mihi obiicitur abs te. Propert.

Obiiciendus, Participium. Virgil.

Obiectus, Aliud participium. Cic. *Iecté & mis au deuant, Opposé.*

Obiecta tela. Cic.

Obiectæ vallo munitiones. Liu.

Oppositum & obiectum hostibus propugnaculum. Cic.

Flumina obiecta retardant equos. Virgil.

Scopuli retardant obiecta flumina. Virgil.

Visum obiectum est à deo dormienti. Cic.

Ad omnes casus subitorum periculorum obiecti sumus. Cic. *Nous sommes exposez, &c.*

Error in aliqua re obiectus. Cic.

Obiecta species voluptatis. Cic. *Offerte, Presentee, Mise au deuant & monstree.*

Vtilitas obiecta. Cic.

De obiectis non confiteri. Cic.

Diluere obiecta. Quintil.

Obiectus, huius obiectus, Verbale. Colum. *Quand quelque chose est iectee & mise au deuant, Obiect.*

Obiecto, obiectas, obiectâre, Frequentatiuum. Plaut. *Dire incontinent & de prinsault ce qu'on ha sur le cueur.*

Corpora bello obiectant. Virgil. *Mettent leurs corps aux dangers de la guerre, Exposent leur corps, &c.*

Caput obiectare periculis. Virgil.

Animam obiectare pro aliquo. Virgil.

Vitam obiectare procellis. Claud.

¶ Obiectare. Liu. *Reprocher, Obiecter, Obiicer, ou obicer.*

Falsum crimen bonis obiectat. Cic.

Obiectatio. Verbale. Cæs. *Reproche.*

Obiectáculum, huius obiectáculi, pen. corr. Varro. *Ce qu'on met au deuant de quelque chose de paour de passer & pour arrester, Obstacle, Empeschement.*

Obinanis, & hoc obinâne, pen.prod. Varro. *Vuyde.*

Obiratus, pen.prod. Adiectiuum. Liu. *Courroucé.*

Obiter, pen.corr. Aduerbium compositum ex ob, quod significat Circum, & iter. Plin. *Ce temps pendant, En passant, Incidemment.*

Obitus, óbita, óbitum, penult. corr. Participium, Vide OBEO.

Obiurgo, obiurgas, obiurgâre. Plaut. *Reprendre aigrement & asprement aucun de quelque faulte qu'il a faicte, Tanser, Obiurguer.*

Obiurgare à peccatis. Plaut.

Quod me de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, me, &c. Cic.

Verecundiam alicuius in rogando obiurgare. Cic.

Summa cum authoritate Senatum obiurgare. Cic.

¶ Obiurgare. Quintil. *Reprocher.*

¶ Ea villa videtur esse quæ obiurget cæterarum villarum insaniam. Cic.

¶ Monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi. Cic. *Il fault remonstrer a ses amis.*

Obiúrgito, obiúrgitas, penult.corr. obiurgitâre, Frequentatiuum. Plaut.

Obiurgátio, obiurgatiônis, Verbale. Cic. *Une aigre reprehension d'aucune faulte faicte, Obiurgation, Tansement.*

Obiurgationes in quibus vtendū est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore. Cic.

Tum obiurgatio si est authoritas, tum admonitio quasi lenior obiurgatio. Cic.

Deliciarum obiurgatio. Cic.

Castigatione & obiurgatione dignus. Cic.

Habet acerbitatem obiurgatio. Cic.

Mordebit puerum obiurgatio. Quintil.

Susceptam obiurgationem reprimere. Cic.

Obiurgâtor, pen. prod. Aliud verbale. Cic. *Qui reprend & tanse aucun pour quelque faulte, Obiurgateur, Reprehenseur, Reprenneur, Tanseur.*

Placare obiurgatores. Cic.

Ferendus quidem obiurgator non est is, qui quod non in altero vitium reprehêdit, in eo ipse deprehenditur. Cic.

Conuincere suos obiurgatores. Cic.

Obiurgatórius, Adiect. vt Obiurgatoria epistola. Cic. *Lettres par lesquelles on reprend & tanse aucun, Lettres obiurgatoires.*

Oblædo, oblædis, oblæsi, oblæsum, oblædere. Plaut. *Blesser.*

Oblangueo, oblangues, oblangui, oblanguère. Cicero. *Languir.*

Oblatro, óblatras, pen. corr. oblatrâre. *Abbayer.*

Oblatrare aliquem. Sil.

Oblatrâtor, pen. prod. oblatratôris, Verbale. *Abbayeur, ou qui crie contre aucun.*

Oblatrâtrix, pen. prod. oblatratrîcis. Plaut. *Criarde.*

Oblatus, Vide OFFERO.

Oblecto, oblectas, oblectâre, Frequentatiuum est ab Oblicio, quod ex ob & iacio componitur. *Recreer, Esbatre, Oblecter, Delecter.*

Aliquem falso gaudio oblectare. Plaut.

Fabula valde oblectat populum. Horat.

Senectutem oblectant hæc studia. Cic.

Sordido pane vitam oblectabas. Plaut.

Me te oblectes. Terent. *Prens ta recreation en moy.*

Qui se agri cultione oblectabant. Cic. *Qui prenoyent leur recreation & esbat a labourer la terre, Qui se delectoyent a, &c. Qui prenoyent leur deduit & passetemps a, &c. Qui se deduisoyent & esbatoyent a, &c.*

Musæ me oblectant dulci carmine. Catul.

Rura oblectant animos. Ouid.

Vbi te oblectasti tam diu? Terent. *Ou t'es tu recreé si long têps?*

Oblecta te cum Cicerone nostro quàm bellissimé. Cic.

In eo me oblecto, solum id est charum mihi. Terent.

Se oblectare in hortis. Cic.

Tempus oblectare studio. Ouid.

Oblector hac re, Passiuum. Cic. In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.

Ludis oblectari & duci. Cic.

Oblector, oblectâris, Deponens, Idem quod Oblecto. Cic.

Oblectatio, Verbale. Cic. *Esbat, Esbatemêt, Oblectation, Delectation, Recreation, Deduit.*

Oblectatio & leuamentum. Cic.

Plena oblectationis requies. Cic.

Animi oblectatio. Cic.

Oblectatio otii. Cic. *Le fruict de son loisir.*

Oblectamentum, oblectamenti. Cicero. *Recreation, Passetemps, Deduit.*

Erat ei in oblectamentis serpens draco. Sueton.

Oblectamenta & solatia seruitutis. Cic.

Oblectâmen, pen. prod. oblectáminis, Idem. Stat.

Oblenio, oblenis, pen. prod. obleniui & oblénii, oblenîre, Idem quod Lenire. Senec. Lectio illum carminû oblenìat.

Oblido, oblîdis, oblisi, oblîsum, pen. prod. oblidere, Ex ob & lædo. Colum. *Blesser.*

Fauces oblisæ. Tacit.

Obligo, obligas, pen. corr. obligâre. Columella. *Lier tout autour, Enueloper.*

Obligare manipulos. Colum. Obligare vulnus. Cic.

Obuolutus & obligatus corio. Author ad Herennium. *Enuelopé & lie, &c.*

¶ Obligare aliquem. Plin. iun. *Obliger aucun a soy par plaisirs.*

Obligare beneficio. Cic.

Prius quàm alio fœdere obligarentur. Liu.

Sua liberalitate sibi aliquem obligare. Cic.

Obligare se nexu. Cic.

Pactionibus aliquos obligare. Cic.

Obligari periculo iurisiurandi. Cic.

Pœnæ obligare. Seneca.

Religione sempiterna obligari. Cic.

Sacramento militiæ obligare. Cic.

Scelere obligare aliquem. Cic. *Faire faire une meschanceté a aucun, Charger la conscience d'aucun.*

Obligare se sceleri. Seneca. Sponsione obligari. Cic.

Superstitione. Cic.

Se vno verbo obligare. Cic.

Fidem suam obligare. Cic.

Obligare fidem pro alio apud alium. Papinianus.

Fundi ædes obligatæ sunt ob amoris prandium. Plaut.

Se furti obligare. Gell. *Se rendre coulpable de larrecin, Commettre cas de larrecin.*

Obligare vadem trium millium æris. Liu.

Obligare omnia bona sua pignori. Scæuola. *Engager tous ses biens, & hypothequer.*

Obligans & obligatus. Seneca.

Magnis & multis pignoribus eum Respublica obligatum tenet. Cic. *Obligé.*

Dapem obligatam redde Ioui. Horat. *Promise, Vouee.*

Obligatior, Comparatiuum. Plin. iunior. *Plus obligé & tenu.*

Obligatio, Verbale. Cic. *Obligation.*

In obligationem deducere, Vide DEDVCO.

Obligurio, obligúris, pen. prod. obliguriui vel obligúrii, obliguritum, pen. prod. obligurire. Cic. *Consumer & despendre tout par friandise.*

Oblimo, oblimas, pen. prod. oblimâre. Cic. *Emplir, ou couurir de boue & de fange, ou limon de terre.*

Oblimare, per translationem. Claud. *Aueugler, Corrompre & gaster.*

Oblimare rem. Horat. *Despendre ses biens, Faire de cent solds quatre.* Bud.

Oblinio, óblinis, pen. corr. obliniui, oblinîtum, pen. prod. oblinîre. Colum. *Oindre & froter tout entour doulcement de quelque oincture.*

Oblino, óblinis, pen. corr. oblini, obliui, oblêui, pen. prod. óblitum, pen. corr. oblinere. Varro. Colum. *Enduire, Froter de quelque liqueur, ou autre chose humide.*

Moribus externis se oblinere. Cic. *Se barbouiller & souiller de, &c.*

Versibus atris oblinere aliquem. Horat. *Diffamer.*

Oblitus, óblita, óblitum, pen. corr. Particip. Tibull. *Froté ou enduict de quelque liqueur, Barbouillé, Maculé, Souillé.*

Cœno obliti. Cic. *Embouez.*

Oblitus faciem suo cruore ne nosceretur. Tacit.

Lupus oblitus spumis. Ouid.

Oblitus cibis stomachus. Plin. iunior.

Parricidio oblitus. Cic.

Libidine flagitiosa oblita est Antoniorum vita. Cic.

Stultitia singulari atque inhumanitate oblita omnia. Cic.

Scripta nimia priscorû verborû affectatione oblita. Suet.

Facetiæ oblitæ Latio. Cic.

Obliquus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Qui va de trauers & de costé, Oblique, De bihay.*

Carmen obliquum, Vide CARMEN.

Cursus obliqui. Ouid.

Dente obliquo timendus aper. Ouid.

Obliquus ictus. Plin. Latus obliquum. Ouid.

Lumine obliquo cernere aliquê. Ouid. *Regarder de trauers.*

Oculo obliquo limare commoda alicuius. Horat.

Obliquis ordinibus in quincuncem dispositis. Cæs. *Quand un grand nombre d'arbres sont plantez a la ligne par ranges, & en pareille distance les uns des autres, tellement que de quelque costé que ce soit qu'on regarde, on voit droict a trauers de bout en bout.*

Pede obliquo claudicare. Ouid.

Obliqua radice arbor & imitante auium pedes. Plin.

Riuus obliquus. Horat.

Obliquum litorum spatium. Plin.

¶ Natant obliqui in caput. Plin.

Flexus in obliquum. Plin.

Sectus in obliquum est limes. Ouid.

Oblique, penult. prod. Aduerbium, cui contrarium est Recté. Cic. *De trauers, A la trauerse, Obliquement, De costé, De bihay, En bihaysant.*

Obliquè præradere vitis latus. Cato.

Obliquè in latera procedunt locustæ. Plin.

Obliquitas, pen.corr. obliquitâtis. Plin. *Tortuosité, Flechissure, Obliquité, Biais.*
Ni talis obliquitas in latus digredi videretur. Plin.
Obliquo, obliquas, pen.prod. obliquâre. Plin. *Faire aller de costé & de trauers, Courber, Tourner, Destourner, Biaiser.*
Ensem obliquat in latus. Ouid.
Equos pauentes obliquauit. Stat.
Preces obliquare. Stat.
Visus superbos obliquat. Stat.
Oblitero, obliteras, penul.cor. obliterâre. Cic. *Effacer, Mettre en oubli, Abolir.*
Famam rei malè gestæ obliterare. Liu.
Offensionem obliterare. Cic.
Nondum obliterata memoria superioris belli. Liu.
Tempora vltima, & iam obliterata. Quintil.
Peccata obliterata. Liu.
Vetustate obliterata res. Liu.
In animo obliterari. Liu.
Obliteratio, Verbale. Plin. *Effacement, Abolissement.*
Æris obliteratio. Plin. *La perte & abolissement de la congnoissance de sçauoir besongner en fonte d'arain.*
Oblitesco, oblitescis, oblitéscere. Varro. *Estre caché & mussé.*
A nostro aspectu oblitescant. Cic.
Oblitui, præteritum ab Oblitesco, legitur apud Senecam.
Oblitus, Vide OBLINO & OBLIVISCOR.
Obliuiscor, obliuisceris, pen.cor. oblitus sum, pen.prod. obliuisci. *Oublier, Mettre en oubli.*
Oblitus sum dicere. Terent. *I'ay oublié de le dire.*
Oblitus, cum genitiuo. Terent. Prorsus oblitus sum mei.
Quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant. Cic.
Consuetudinis & instituti sui obliuisci. Cic.
Dignitatis suæ obliuisci. Cic. Malorum obliuisci. Horat.
Obliuiscor, cum accusatiuo. Cic. Et artificium obliuiscatur, & studium deponat, licebit.
Obliuisci aliquem. Virgil.
Nunc oblita mihi tot carmina. Virgil. *Que i'ay oublié.*
Obliuiscens, Participium: vt
Secla obliuiscentia. Catull. *Oubliant.*
Obliuiscendus, Aliud participium. Horat. *Qui sera oublié.*
Obliuiscendi tui mores. Plaut. *Il fault que tu oublie & desapprenne tes meurs & conditions.*
Oblitus, pen.prod. Participium. Plin. *Qui a oublié.*
Mortis patris oblitus. Ouid.
Pudoris oblita. Ouid. Corda oblita laborum. Virgil.
Obliuio, obliuiônis. Plin. *Oubliance, Oubli.*
Obliuio amicitiæ. Cic. Liuidæ obliuiones. Horat.
Longa obliuio. Iuuen.
Capere obliuionem alicuius, Vide CAPIO.
Nos post exactos reges seruitutis obliuio ceperat. Cic. *Il ne nous souuenoit plus de seruitude.*
Eius omnes grauissimas iniurias voluntaria quadam obliuione contriueram. Cic. *Ie les auoye mis en oubli.*
Dare obliuioni. Liu. *Oublier, Mettre en oubli.*
Obliuione delere, Idem. Cic.
In obliuione iacuit: cui opponitur In assidua esse commemoratione. Cic. *Il a esté long temps en oubli, & qu'on ne faisoit aucune mention de luy.*
Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio. Cicero.
Tuas laudes obscuratura nulla vnquam est obliuio. Cic. *Tes louanges seront en perpetuelle memoire.*
Intercipit obliuio, Vide INTERCIPIO.
Obliuione obruere. Cic. *Mettre en oubli.*
Obliuio surrepit. Plin.
Obliuione hominum & taciturnitate tegere. Cic.
Venire in obliuionem. Cic. *Estre oublié, Estre mis en oubli.*
Vindicare ab obliuione. Cic. *Faire que quelque chose ne vienne en oubli.*
Obliuium, obliuii, Idem. Virgil.
Rerum obliuia. Lucret. Meriti nostri obliuia. Ouid.
Iucunda obliuia sollicitæ vitæ. Horat.
Pigra obliuia Statius.
Cepere te obliuia nostri. Ouid. *Tu m'as oublié.*

Obliuiôsus, pen.prod. Adiectiuum. Plaut. *Qui oublie soubdainement quelque chose, Oubliant, Oublieux.*
Memor an obliuiosus. Cic.
Stultus & obliuiosus senex. Cic.
¶ Obliuiosus, *Qui fait oublier:* vt Vinum obliuiosum. Horat.
Obloco, óblocas, pen.corr. oblocáre, Idem quod simplex Locare.
Operam oblocare ad puteos exhauriendos. Iustin. *Louer sa peine a espuiser des puis.*
Oblongus, Adiectiuum. Liu. *Long, ou Longuet, Long & estroict.*
Oblonga oua. Plin.
Oblongo semine cardamomum. Plin.
Obloquor, pen.corr. oblóqueris, óbloqui. Cic. *Contredire, Parler a l'encontre d'un autre, Dire le contraire.*
Respondere & obloqui. Plin.
Auis obloquitur. Ouid.
¶ Obloqui. Plaut. *Mesdire d'aucun.*
Obloquûtor, penult.prod. obloquutôris, Verbale. Plautus. *Mesdisant.*
Obluctor, obluctâris, obluctári. Colum. *Luicter a l'encontre, Resister fort & ferme, Repugner.*
Genibus aduersæ obluctor arenæ. Virgil.
Soli obluctandum Fabio. Sil.
Obluctans, Participium: vt
Saxa obluctantia summouit. Stat. *Qui empeschoyent.*
Obluctâtus, pen.prod. Aliud participium: vt
Turba obluctata morti. Lucan.
Obludo, oblûdis, oblúsi, oblûsum, pen.prod. oblúdere. Plaut. *Se iouer a quelcun.*
Obmolior, obmolîris, obmolîtus sum, pen. prod. obmoliri. Liu. *Auec grande peine & trauail mettre quelque chose au deuant de quelque lieu, a fin qu'on n'y puisse passer.*
Arborum truncos & saxa obmoliuntur. Curt.
Obmurmuro, obmúrmuras, pen. corr. obmurmurâre. Ouid. *Murmurer contre aucun.*
Obmutesco, obmutescis, obmútui, obmutéscere. Terent. Cic. *Se taire tout coy comme muet.*
Ore presso obmutuit. Virgil.
Aspectu obmutuit amens. Virgil.
Obmutescere dicitur res aliqua. Plin. *N'estre plus en vsage.*
Obnato, óbnatas, pe.cor. obnatâre. Virgil. *Nager a l'encontre.*
Obnatus, pen.prod. Participium ab Obnascor. Liu. Obnata ripis salicta. *Nez au tour des riuages.*
Obniger, pen.corr. Adiect. Plin. *Fort noir, ou Noirastre.*
Obnitor, pen. prod. obniteris, obnîsus vel obnixus sum, obniti. Virg. *Resister de tout son pouuoir, Mettre toute sa peine a tenir ferme contre quelque chose.*
Obniti contrà & tendere. Virgil.
Aduersis obniti. Tacit.
Obnixus, Participium: vt
Scutis, corporibúsque ipsis obnixi vrgebant. Liu.
Obnixus impetum hostium excipit. Liu.
Obnixus opibus. Plaut. *Qui se tient fort a cause de ses richesses.*
Mens obnixa malo. Valer. Flac.
Obnixa firmitas. Plin.
Venti obnixi lacerant caua nubila. Stat.
Obnixè, Aduerbium. Terent. *De toute sa force & de tout son pouuoir, Fermement.*
Quem ego credo manibus pedibúsque obnixè omnia facturum. Terêt. *Ie croy qu'il en fera du sanglant pis qu'il pourra.* Budæus.
Obnoxius, Adiectiuum. Plaut. *Qui a deserui d'estre puni pour quelque faulte qu'il a faicte.*
Supplex & obnoxius. Brutus Attico.
Obnoxium & trepidum agebat. Sueton. *Il faisoit bien le petit, Il faisoit le timide & seruilement craintif.*
Minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret. Sallust. *Si elle ne faisoit a son plaisir.*
Obnoxius gratiæ iudex. Quintil. *Qui regarde a complaire aux parties, & porter faueur, Fauorable.*
Obnoxius sum illi. Plaut. *Ie suis subiect a luy.*
Obnoxius, ad alia multa transfertur: vt Obnoxius ventis.

Colum. *Exposé & subiect aux vents.*

Obnoxius iniuriis, ludibriis, & huiusmodi. Plin. iunior. *A qui on faict aisément iniure, ou Souuent subiect à iniures, Exposé aux iniures de chascun.*

Quorum ætatem iniuriæ obnoxiam sciebat. Plin. iunior.

Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii. Plin. iunior. *Tu vois à combien de dangers nous sommes subiects.*

Obnoxius crimini. Liu. *Qui est chargé d'aucun crime.*

Perscribere in tabulas publicas. Cic.
¶ Perscribere pecuniam. Terent. *Faire deliurer argent en qualité de prest, ou autrement, par les mains des banquiers, qu'on appeloit anciennement argentiers.*
Pecuniam in ædem sacram reficiendam perscribere. Cic.
Perscriptum. Cic. *Redigé par escript.*
Perscriptio, Verbale. Cic. *Enregistrement.*
Perscriptio. Cic. *Paiement, Solution.*
Perscriptiones. Cic. *Contracts & conuentions redigees par escript.*
Perscriptor, Verbale. Cic. *Celuy qui recoit l'instrument, & redige par escript les conuentions des contractans: que nous appelōs aujourdhuy notaires.*
Perscrutor, pen. prod. perscrutâris, perscrutari. Plautus. *Fouiller par tout diligemment, & cercher, Fureter.*

Qui perscrutarentur arculas muliebres. Cic.
Inuestigare & perscrutari omnia. Cic.
Reperire ac perscrutari. Cic.
Speculari & perscrutari. Cic.
Literas legis perscrutari. Cic. *Esplucher chasque lettre d'une loy.*
Naturam criminis penitus perscrutari. Cic.
Voluntatem alicuius domesticis suspicionibus perscrutari. Cic.

Perseco, pérsecas, pen. corr. persecui, persectum, persecâre. Cic. *Couper tout oultre & tout a faict.*
Persecare vitium aliquod ne serpat. Liu.

Persector, persectaris, Vide PERSEQVOR.

Persedeo, pérsedes, pen. cor. persedi, pen. prod. persessum, persedêre. Seneca. *Estre continuellement assis.*
In equo dies & noctes persedere. Liuius. *Estre a cheual iour & nuict.*

Persegnis, & hoc persegne. Liu. *Fort lasche & paresseux.*

Persenex, pérsenis, pen. corr. om. gen. Sueton. *Fort meil.*

Persentio, persentis, persensi, persensum, persentíre, Idem quod simplex Sentio. Virgil. *Sentir, Apperceuoir.*

Persentisco, persentiscis, persensi, persentiscere, Inchoatiuũ. Plaut. Terent. *Se doubter de quelque chose, Apperceuoir.*

Persequor, pen. cor. perséqueris, persequûtus sum, pérsequi. Terent. *Poursuyure, Pourchasser.*
Bello persequi aliquem. Cæs. *Luy faire la guerre, Le persecuter de guerre.*
Armis furialibus persequi aliquem. Lucan.
Persequi aliquem terra & mari. Cic. *Par mer & par terre.*
Vestigiis ipsius persequi aliquem, per translationem. Cic. *Le suyure pas a pas, A la trace, A la route.*
Iudicio persequi aliquem. Cic. *Poursuyure en iugement, Par deuant le iuge, En iustice, Pourchasser contre luy, ou faire poursuite & pourchas en iustice.*
Acrius aliquid persequi. Cic.
¶ Academiam veterem persequamur. Cic.
Antiqua persequi. Cic.
Artem aliquam persequi. Cic. *Y employer son estude & son těps.*
Bona sua repetere ac persequi lite atque iudicio. Cic.
Cæremonias institutas persequi. Cic.
Consuetudine & celeritate scribendi, facillimè quæ dicerentur, persequi. Cic. *Escrire aussi viste qu'un autre parle, & ne vien omettre de ce qu'il a dict, Suyure de la main la langue d'un autre.*
Diuerticula, flexiones, & solitudines persequi. Cic.
Factis persequi quod dicimus. Plaut. *Faire ce que nous disons.*
Feras persequi. Ouid. *Chasser aux bestes sauuages.*
Hæreditates aut syngraphas suas persequi. Cic.
Imperium patris persequi. Plaut. *Faire ce que le pere cõmande.*
Incœpta persequi. Liu. *Poursuyure ce qu'on a commencé.*
Inimicitias paternas persequi. Cic. *Venger.*
Iniurias persequi, Idem. Cic.
Instituta alicuius seruare, & vestigiis persequi. Cic. *Obseruer & garder de poinct en poinct.*
Ius suum persequi. Cic. *Defendre & poursuyure son droict.*
Philosophiam Latinis literis persequi. Cic.
Mandata alicuius persequi & conficere. Cic.
Mores patris persequi. Plaut. *Suyure les meurs du pere.*
Mortem alicuius persequi. Cic. *Venger.*
Numeris cursus syderũ persequi. Cic. *Rediger par supputatiõs.*
Odio persequitur omnes. Seneca. *Il hait, ou ha en haine.*
Otium persequi. Horat.
Pœnas alicuius persequi. Cic. *Venger la mort d'aucun.*
Promissa alterius persequi. Plautus. *Soliciter qu'il tienne sa promesse.*
Quæstiones infinitas persequi. Cic.
Rem suam persequi. Cic.
Commodissimè has res persecutus est Xenophon in eo libro qui, &c. Cic.
Scelus suum persequi. Ouid.
Scriptura persequi. Cic. *Escrire, Rediger par escript.*
Sectam aliquorum hominum persequi. Cic.
Stylum alicuius persequi. Cecinna Ciceroni.
Superstitio quocunque te verteris persequitur. Cic.
Versibus aliqua persequi. Cic. *Escrire en vers.*
Vestigia alicuius persequi. Cic. *L'ensuyure de pres.*
Viam persequi. Terent. *Poursuyure un chemin.*
Vitam inopem & vagam persequi. Cic.
Vita persequi disciplinam rectè viuendi. Cic. *Viure selon la discipline de bien viure.*
Vitem relictam persequitur attôdens curuo dente. Virg.
Vitia aliquẽ persequuntur ab institutione pueruli. Quint. *Le suyuent, & ne le laissent point.*
Voce aliquid persequi. Cicero. *Poursuyure de parolles quelque chose.*
Voluptates cuiusque modi persequi. Cic. *S'addonner a toutes voluptez.*
Nominatim voluptates omnes persequitur Epicurus. Cic. *Il les nomme toutes par leurs noms.*

Pérsequens, pen. corr. Nomen ex participio: vt Persequens flagitiũ. Plaut. *Qui poursuit de faire meschancetez.*

Persequendus, Participium. Cic.

Persecutio, Verbale. Cic. *Poursuite, Pourchas.*

Persector, persectâris, persectâri. Lucret. *Poursuyure, ou Chercher diligemment.*

Perseuero, perseuéras, penult. prod. perseuerâre. Cicero. *Perseuerer.*
Constanter perseuerare. Curius ad Ciceronem.
Ad vltimum perseuerare. Liu.
In aliquo perseuerare. Cæsar.
In constantia perseuerare. Cic.
In errore perseuerare, nullius, nisi insipientis est: errare, cuiusuis hominis. Cic.
In labore vno perseuerare. Quintil.
In proposito perseuerare. Liu.
In eadem sententia perseuerare. Cic.
Perseuerare & permanere in sua vetere sententia. Cic.
In vitiis perseuerare. Cic.
In proprium vsum perseuerare. Quintil.
¶ Perseuerâtum est, Impersonale. Cicero, Non est ab isto primo illo aduentu perseueratum.

Perseuérans, pen. prod. Nomen ex participio. Columella, Perseuerantissimo colendorum agrorum studio.

Perseuerânter, perseuerantius, perseuerantissimè, Aduerbiũ. Colum. Liu. *Perseueramment, Constamment.*
Perseueranter obtinere. Plin.
Vereor ne perseuerantius sæuiant. Liu.

Perseuerantia, huius perseuerantiæ. Cicero. *Perseuerance, Constance.*
Constantia, grauitas, perseuerantia retinenda est. Cic.
Retinere perseuerantiam sententiæ suæ. Cic.

Perseuerus, pen. prod. Adiectiuum: vt Imperium perseuerum. Tacit. *Fort seuere & rude.*

Persia, seu Persis, Pérsidis: & Pérsida, Pérsidæ. Virgil. *Le royaulme de Perse.*

Pérsicus, pen. corr. Adiectiuum. Iuuen. *Qui est de Perse.*
Persicus apparatus. Horat. *Somptueux & magnifique.*
Ornatus Persicus. Cic.
¶ Persica mala. Plin. *Pesches.*

Persideo, pérsides, pen. corr. persédi, pen. prod. persessum, persidêre. Plin. *Demourer & ne bouger.*
Pruina lapsa persidet, gelátque. Plin.

Persido, persidis, pen. prod. persedi, persessum, persidere. Lucret. *Penetrer & entrer iusques au fond.*
-vbi frigidus imber Altius ad viuum persedit. Virgil.

Persigno, persignas, persignâre. Liu. *Signer, ou Seeller.*

Persimilis, & hoc persimile, pen. corr. Cic. *Fort semblable.*

Persisto, persistis, perstiti, perstitum, pen. corr. persistere. Liu. *Durer iusques a la fin, Perseuerer, Persister.*
Nisi in eadem impudentia persistas. Liu.
Pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris. Cic.

Persolata, huius persolatæ, pe. pro. Herba. Plin. *Glouteron, Bardane, Lappe maieur, L'herbe aux tigneux.* Dicitur & Personata.

Persolido, persólidas, pen. corr. persolidâre, Idem quod simplex Solido. Stat.

Persoluo, persoluis, persolui, persolûtum, pen. prod. persóluere. *Acheuer de payer, Payer tout a faict, Parpayer.*

Ab aliquo persoluere.Cic.
Persolui primæ epistolæ, venio ad secundam.Cic. *I'ay satisfaict a ta premiere epistre, & t'ay respondu a ce que tu m'auois escript en ta premiere epistre.*
Grates persoluere dignas.Virgil. *Remercier.*
Persolui gratia non potest nec malo patri.Quintil. *On ne scauroit rendre le plaisir a son pere,&c.*
Honorem persoluere alicui.Virgil.
Officium receptum persoluere. Cic. *S'acquicter d'un plaisir qu'on auoit promis de faire.*
Pœnas persoluere.Cic. *Estre puni.*
Pœnas Resp. graues iustasque persoluit.Cic. *Il fut griefuement puni pour faultes faictes contre la Republique, il en paya l'amende.*
Pœnas diis hominibusq; meritas debitasq; persoluat.Cic.
Pœnas persolues mihi sanguine.Virgil.
Præmia promissa persoluere.Ouid.
Promissum persoluere.Cic. *Accomplir ou tenir sa promesse.*
Quæstionem persoluere.Cic. *Souldre une question.*
Rationem officii persoluere.Cic. *Rendre compte comment on a faict son debuoir.*
Stipendium persoluere. Cic. *Payer les gages aux gens de guerre.*
Vota persoluere. Propert. *Accomplir les veux.*
Persolus, pen.prod. Adiectiuum: vt Persolæ nugæ. Plaut. *Pures bourdes & baueries, Ce ne sont que,&c.*
Persona, personæ, pen. prod. Cicero. *La personne ou qualité d'un chascun.*
Digna tua persona quæ sunt, ea reminiscere. Seruius Ciceroni.
¶ Pacifica persona.Cic. *Vn homme pacifique.*
Medicos nihil tentasse iudico: quia nemo in splendida persona periclitari voluerit coniectura sua: ne, si non seruasset, occidisse videretur.Cels. *Experimenter sur un grand & noble personnage, De haulte & noble qualité.*
Heroicæ personæ, Medea & Atreus.Cic.
Integra persona, Vide INTEGER.
Obscuræ personæ.Cic.
Contrahere personas ad aliquod negotium.Plin.iunior.
Mea persona ad istam pacem conciliandam minime fuit deligenda.Cic.
Non alienum fuit personas quasdam à vobis recognosci. Cicero. *Aucun.*
Hominum innumerabiles personæ.Cic.
Colliduntur personæ inter se.Quintil.
Inuadere personas fauorabiles.Quintil.
¶ Persona.Cic. *La qualité en procedure.* B.
¶ Persona.Plin. *Vn faulx uisage, Vne masque.*
¶ Persona.Terent. *Vn personnage d'une farce.*
Cerea persona.Lucret. *Image ou statue de cire.*
Illam grauitatis seueritatisque personã non appetiui.Cic.
Conuenientes personæ.Quintil.
¶ Abiicere personam vnam & Sumere, contraria.Cic.
Adumbrare personam.Cic.
Aptare personam Herculis infantibus.Quintil.
Capere personam.Cic.
Alienam ferre personam.Liu. *Se desguiser, Se contrefaire, Contrefaire de l'homme de bien.*
Vtranque personam ferre.Horat.
Nouam formare personam.Horat.
Illigare personas graues sermonibus, Vide ILLIGO.
Imponere alicui personam.Cic. *Luy bailler quelque charge.*
Imponere alicui personam calumniæ.Cic. *Luy faire iouer le personnage d'un calomniateur.*
Imponere personam improbam alicui.Cic. *Luy faire iouer le rolle & le personnage d'un meschant, Se seruir de luy en quelque meschanceté.*
Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & Resp. imposuit, iam voluntas & natura ipsa detraxit. Cic.
Induere personam, Vide INDVO.
Introducuntur personæ in dialogis.Cic.
Seruire personæ.Cic.
Substituere personas.Quintil.
Suscipere personam alicuius.Quintil.

Sustineo vnus tres personas, meam, aduersarii, iudicis.Cicero. *Ie soustiens trois personnages ou trois rolles.*
Grauissimam sustinet personam, qui philosophiam profitetur.Cic.
Quam personam teneant, aut quid profiteantur, non intelligunt.Cic.
Tractare personam alicuius.Quintil.
Tueri personã principis, magnum est in Republica.Cic.
¶ Personæ. Vlpianus. *Marmousets tels qu'on voit es fontaines iectans l'eau.*
Personatus, pen.prod. Adiect.Horat. *Vn personnage d'une farce.*
Personatus.Cic. *Qui ha un faulx uisage, Masqué, Desguisé.*
Personalis, & hoc personale, pen.prod. Vlp. *Personel.*
Personata, huius personatæ, pen.prod. Plin. *De l'herbe aux teigneux, ou Gletteron & Bardane.* Dicitur & Persolata.
Personatia, huius personatiæ, Herba eadem. Plin.
Persono, personas, pen.corr. personui, personare. Cicero. *Faire grand son, Bruire.*
Per vrbem totam personat. Valer.Flac.
Auratã citharã personat Iopas. Virgil.
Tibia personuit solenni cantu.Ouid.
Aurem alicuius personare. Horat. *Crier a l'oreille d'aucun.*
Personant aures voce aliqua. Cic. *Quand on luy crie souuent quelque chose a l'oreille, Quand on luy rompt les oreilles.*
Personare tumultu.Liu.
Ab æthereo personat axe fragor.Ouid.
Domus personuit canibus.Horat.
Personat domus cantu tibiarum.Cic. *Retentist, Resonne.*
Quotidiano cantu vocum & neruorum, nocturnisque conuiuiis tota vicinitas personat. Cic. *On n'oit autre chose au quartier.* B.
Personabant omnia vocibus ebriorum.Cic.
Saxa personuere dulci fistula.Horat.
Vlulatus personant tota vrbe.Liu.
Personus, pen.corr. Adiectiuum. Valer.Flac. *Retentissant, Resonant, Bruyant.*
Persorbeo, persorbes, persorbui vel persorpsi, persorptu; persorbere. Plin. *Humer tout, & boire, ou attirer.*
Perspeculor, pen.corr. perspecularis, perspeculari. Plin. *Guetter soigneusement & diligemment.*
Perspergo, perspergis, perspersi, perspersum, perspergere.Cic. *Arrouser, Asperger, & comme saulpouldrer toute une chose.*
Quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.Cic.
Perspicio, perspicis, pen.cor. perspexi, perspectũ, perspicere. Terent. *Pleinement veoir & congnoistre, Apparcevoir manifestement & clerement, Congnoistre parfaictement & euidemment.*
Postquam perspexi salua esse intus omnia. Plautus. *Apres que i'ay regardé diligemment.*
Perspicere vnde natus sit error.Cic.
Non satis perspicio ista varietas quæ sit.Cic.
Cum consilio & cura rem aliquam perspicere.Cic.
Altius perspicere, Vide ALTVS.
Facillime & optime perspicere.Cic.
Funditus perspicere omnes res gestas.Lucret.
Rectius perspicere aliquid.Lucret.
Perspicere & pertractare totam causam.Cic.
Perspicere coniectura.Cic.
Cura vigili perspexerat omnia.Ouid.
Fidem alicuius perspicere.Cic.
Fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.Cic. Naturam loci perspicere.Cæsar.
Se perspicere, totumque tentare.Cic.
Virtutem & integritatem alicuius perspicere.Cic.
Voluntatem alterius perspicere.Cic.
Perspectus, Participium.Cæsar. *Pleinement congneu & apperceu, manifestement & clairement.*
Amicitia perspecta.Catul.
Perspectum, cognitum, iudicatum animum alicuius habere.Cic.
Vita aliquorum in rebus honestis atque magnis perspecta.Cic.
Perspecta & explorata omnia ad aliquem perscribere. Cicero.

Perspectus, Nomen ex participio. Cicero, Tua erga me mihi perspectissima beneuolentia.

Perspectè, Aduerbium. *Apres auoir bien veu & congneu.*

Perspectè sapere. Plaut.

Perspecto, perspectas, perspectâre, Frequentatiuum. Plaut. *Regarder de touts costez en toute diligence.*

Perspectare ludos. Suet. *Regarder tout au long, iusques a la fin.*

Perspiciéntia, perspicientiæ. Cic. *Clere congnoissance, Parfaicte congnoissance.*

Perspicuus, Adiectiuum. Martial. *Qui est si cler, qu'on voit au trauers, comme l'eau.*

Amnis perspicuus. Stat.

Liquor perspicuus. Ouid.

¶ Perspicuus, per translationem. Cic. *Cler & manifeste, Certain & euident.*

Perspicua veritas. Cic.

Se in medios hostes ad perspicuam mortě pro salute alicuius inijcere. Cic.

Res quæ esset antea non obscura, sacerdotum testimonio perspicua esse cœpit. Cic.

Omnia aperta, omnia perspicua reperientur. Cic.

Perspicuum facere. Cic. *Bailler a congnoistre manifestement, & descouurir.*

Perspicuū est omnibus. Cic. *Cela est tout cler a tout le monde.*

Perspicúitas, pen. corr. perspicuitâtis. Cic. *Euidence, Quand une chose est clere & euidente, ou facile a entendre, Perspicuité.*

Prima est eloquentiæ virtus perspicuitas. Quintil. *Facilité d'entendre.*

Perspicuè, Aduerbium. Cic. *Clerement, Euidemment.*

Dilucidè & perspicuè. Plin.

Planè & perspicuè expedire aliquid. Cic.

Apertè & perspicuè nulla esse iudicia. Cic.

Perspicax, pen. corr. perspicâcis, pen. prod. om. gen. Cic. *Qui voit bien aguement & entend bien subtilement.*

Nouisti, ad has res quàm sit perspicax. Terent.

Prudentia perspicax. Cic.

Acutum & perspicax. Cic.

Perspicácia, huius perspicáciæ. Cic. *Quand on voit bien aguement.*

Perspicácitas, pen. corr. Idem. Cic.

Persterno, persternis, perstrauí, perstrâtum, penult prod. persternere. Liu. *Couurir & pauer du tout.*

Via silice perstrata est. Liu.

Perstimulo, perstimulas, penult. corr. perstimulâre, Idem quod Stimulo. Tacit.

Persto, perstas, pérstiti, pérstitum, pen. corr. & perstâtum, penult. prod. perstâre. Plin. *Tenir ou demeurer ferme, Perseuerer, Persister.*

In limine perstat quidam. Tibull.

Animis perstare. Stat.

In causam damni perstat vterque sui. Ouid.

In impudentia perstare. Cic.

Perstare incœpto, vel in incœpto. Liu.

Perstare in prauitate sua. Cic.

Perstare in sententia. Cic. *Demourer ferme en son opinion.*

In societate perstare. Liu.

Perstas certare. Ouid.

Perstat contendere. Sil.

Hyems perstat. Ouid.

Mens eadem perstat mihi. Virgil.

Pudor in ore perstat. Ouid.

Rabies perstat. Lucan.

Perstans, Participium. Valer. Flac. *Perseuerant.*

Perstratus, Vide PERSTERNO.

Perstrepo, pérstrepis, pen. corr. perstrépui, perstrépitum, pen. corr. perstrépere. Terent. *Faire grand bruit des pieds, ou autrement.*

Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula. Stat.

Tellus perstrepit. Sil.

Perstringo, perstringis, perstrinxi, perstrictum, perstringere. Cato. *Fort lier & serrer, ou estreindre.*

Perstringere oculos splendore micanti. Lucilius. *Esblouir les yeulx.*

Perstringere aciem, aut oculos mentis, & animorum, aut boni ingenii. Cic. *Obscurcir, Esblouir.*

Murmure cornuum perstringis aures. Horat. *Tu m'estonne les oreilles du, &c.*

Fulmineum perstrinxit iter. Claud. *Il a despesché chemin, & est passé viste comme fouldre.*

Terram aratro perstringere. Cic. *Labourer.*

Horrore perstringi. Liu. *Auoir si grande frayeur, que toutes les parties du corps se serrent.*

¶ Perstringere aliquem. Cic. *Le toucher aucunement en parolles, ou escripts, Le taxer & reprendre, Le nauurer quelque peu en son cueur.*

Celeriter cursum aliquem perstringere. Cic. *Expedier un chemin ou voyage.*

Voluntatem alicuius asperioribus verbis perstringere. Cic.

Suspicione perstringere. Cic.

¶ Perstringere rem aliquam. Cic.

Leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquāque rem. Cic. *La dire briefuemēt, & en peu de parolles, Abbreger.*

Quem locum breuiter perstrinxi. Cic.

Perquàm breuiter aliquid perstringere & attingere. Cic.

Perstrictus, Participium. Plin. *Fort serré & estreinct.*

Perstudiosus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Fort studieux.*

Persuadeo, persuades, pen. prod. persuási, persuâsum, pen. prod. persuadêre. Plaut. *Faire croire, Mettre en teste & en la fantasie quelque chose a aucun, Persuader.*

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. Terent.

Mihi nunquam persuaderi potuit animos, &c. Cic.

Auditori aliquid persuadere. Cic.

Opinione non solùm, sed etiam ad veritatem sibi aliquid persuadere. Cic.

Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te chariorem. Cic.

Confirmauit non solùm mihi, sed etiam persuasit. Cic.

Verè persuades hoc tibi. Horat.

Quo modo mihi persuadeo. Cic. *Selon, ou, A ma fantasie.*

Velim tibi ita persuadeas, me cum Reip. causa, quæ mihi vita ipsa est charior, tum quòd, &c. Cic. *Je desireroye que tu creusse cela certainement.*

Hoc velim tibi penitùs persuadeas. Cic.

Is mihi persuadet, nuptias quantum queam vt maturem. Terent. *Il m'enhorte.*

Persuádens, pen. prod. Participium, vt

Verba persuadentia. Ouid.

Persuásus, penult. prod. Aliud participium, siuè nomen ex participio. Cic. *Qu'on tient pour tout certain, ou A qui on a mis quelque chose en teste, Persuadé.*

De tua fide mihi persuasum est. Brut.[9] & Cassius Antonio.

Ita persuasum omnibus. Cic. *Chascū le croit ainsi pour certain.*

Mihi persuasissimum est, Lepidum rectè facturum nunquam. Brutus Ciceroni.

Persuasissimum habere. Colum. *Tenir pour tout certain, Estre tout seur & asseuré.*

Persuásio, Verbale. Cic. *Vne ferme croyance qu'on ha de quelque chose, Persuasion.*

Arrogans de se persuasio innascitur. Quintil.

Attonita persuasio, Vide ATTONITVS.

Falsa persuasio. Quintil.

Inanis persuasio. Quintil. Popularis. Quintil.

Recepta publicè persuasio. Quintil.

Induere sibi persuasionem. Quintil. *Se persuader quelque chose, Croire.*

Tumescere inani persuasione. Quintil.

Persuásor, pen. prod. Aliud verbale. *Qui met en teste, Persuadeur.*

Persuasórius, Adiectiuum. Sueton. *Chose qui faict croire, ou sert a faire croire, & met en teste quelque chose, Persuasoire.*

Persuástrix, persuastricis, pen. prod. f. g. Plaut. *Celle qui met en teste & persuade.*

Persuasibilis, & hoc persuasibile, pen. corr. Quintil. *Facile & aisé a faire croire, Persuasible.*

Persuasibiliter, pen. corr. Aduerb. vt Persuasibiliter dicere. Quintil. *Parler en sorte qu'on persuade & impetre ce qu'on veult, Persuasiblement, En persuadant.*

Persubtilis, & hoc persubtile, pen. prod. Cic. *Fort subtil.*

Persulto, persultas, persultare, Ex per & salto frequentatiuo verbi Salio. Liu. *Saulter de grand ioye qu'on ha.*

Exercitu campos persultante. Tacit.

Equis leuibus persultare. Silius.

Pertædet, pertæduit, pertæsum est, pertædere. Gel. *Estre fort fasché & ennuyé.*

Pertædescit, pertædescere. Cato. *S'ennuyer & fascher.*

Pertæsum est enim leuitatis, assentationis animorum, non officiis, sed temporibus seruientium. Cic. *Ie m'ennuye & me fasche de la legiereté, &c.*

Incœpti magni pertæsum est illos. Virgil.

Pertæsus, Participium sine verbo, inquit Seruius. *Qui est ennuyé & fasché.* Pertæsus sermonis. Plaut.

Lentitudinis eorum pertæsa. Tacit.

Pertæsus ignauiam suam, quòd nihil dum à se memorabile actum esset. Sueton.

Semetipse pertæsus, talis epistolæ principio. Sueton.

Pertego, pértegis, pen. corr pertexi, pertectum, pertégere. Plaut. *Couurir tout, Acheuer de couurir, Parcouurir.*

Pertendo, pertendis, pertendi, pertensum, pertendere. Cato. *Estendre.*

¶ Pars maxima Romam pertenderunt. Liu. *Allerent droict a Romme.*

Ad regis castra pertendit. Hirt. *Il s'en va droict au camp du roy.*

¶ Pertendere, Contendere. Cic.

¶ Pertendere. Terent. Video non licere, vt cœperam hoc pertendere. *Mener a fin, Acheuer, Parachever.*

¶ Animo pertendens. Propert. *Obstiné, Persistant en son opinion, Opiniastre, Perseuerant.*

Pertento, pertentas, pertentare. Terent. *Tenter & essayer, Esprouuer aucun en aucune chose, Sonder iusques au fond.*

Nobilium adolescentium animos pertentabant. Liu.

Perspice rem, & pertenta. Cic.

Causam totam pertentare & perspicere. Cic.

Dictis variis pertentat pectora. Stat.

Administratio negotii ex omnibus partibus pertentabitur. Cic.

¶ Tremor pertentat tota equorum corpora. Virg. *Vn tremblement les prend par toutes les membres, Ils se prennent a trembler & secouer tout le corps.*

Gaudia pertentant mentem. Virgil.

Gaudia pertentant tacitum pectus. Virgil.

Pertenuis, & hoc pertenue. Plin. *Fort tenure.*

Laminæ pertenues. Plin.

Pertenuis spes, per translationem. Cic. *Fort petite esperance.*

Res pertenui nobis argumento indicióque patefacta est. Cic. *Par fort petit indice & enseigne.*

Discrimen pertenue. Cicero, Pertenui discrimine separarentur. *Fort petite separation.*

Suspicio pertenuis. Cic. Vis pertenuis. Cic.

Perterebro, pertérebras, pen. corr. perterebrare. Cic. *Percer d'un tariere, ou d'autre chose.*

Pertergo, pertergis, perterfi, pertersum, pertérgere, pen. corr. Columel. *Torcher diligemment & fort nettement.*

Gausape purpureo mensam pertersit. Horat.

Pertero, pérteris, pen corr. pertriui, pertritum, pen. prod. perterere. Colum. *Fort piler & broyer.*

Ianuam lima perterunt. Plaut. *Vsent & rompent.*

Pertritus, pen. prod. Participium. Colum. *Fort pilé & broyé.*

Perterreo, perterres, pertérrui, perterritum, pen. co. perterrere. Cæsar. *Fort espouanter, Effrayer, Faire frayeur.*

Ferro aliquem reiicere & perterrere. Cic.

Obstupefieri & perterreri diligentia alicuius. Cic.

Somnio perterreri. Cic.

Pertérritus, pen. corr. Participium. Cic. *Fort espouanté, Effrayé.*

Perterritus conscientia. Cic. Perterritus metu. Cic.

Timore perterritus contremui. Cic.

Cerua perterrita. Ouid. Mœnia perterrita. Ouid.

Perterrefácio, perterreficis, pen. corr. perterrefeci, pen. prod. perterrefactũ, perterrefácere, Idem quod Perterreo. Terẽt.

Perterricrepus, pen. corr. Adiectiuum. Lucret. *Qui fait un bruit & son espouantable.*

Pertexo, pertéxis, pen prod. pertexui, pertextum, pertexere. Cic. *Acheuer de tistre.* Et per translationem, *Acheuer ce qu'on a commencé.*

Pertexe quod exorsus es. Cic.

Pertica, huius perticæ, pe. cor. Varro. *Vn lõg bastõ, Vne perche.*

Sæua pertica. Ouid. Tristis pertica. Propert.

Perticális, & hoc perticale, pen. prod. vt Perticalis salix. Columel. *De quoy on fait des perches.*

Pertimeo, pértimes, pen. corr. pertímui, pertimère. Cicero. *Fort craindre.*

Pertimesco, pertimescis, pertímui, pertimescere, Idem. Cicero.

Siculi Siculos non tam pertimescebant. Cic.

Rotam fortunæ pertimescere. Cic.

Non mediocriter aliquid pertimescere. Cic.

De suis periculis, fortunisque omnibus pertimescunt. Cic.

Pertiméscitur, pen. corr. Passiuum. Cic. Id etiam in leui persona pertimescitur.

Pertimescendus, Participium, *Qu'on doibt craindre*: vt Fama inconstantiæ pertimescenda. Cic.

Pertineo, pértines, pen. corr. pertinui, pertentum, pertinère, Ex per & teneo compositum, significat Pertingere, peruenire: & iungitur modò præpositioni IN, modò AD. Vlpianus. *S'estendre iusques a quelque chose, & y toucher.*

In tuas ædes pertinet. Vlpianus. *Touche & vient iusques a ta maison.*

Quæ ad posteritatis memoriam pertinerent. Cic. *Paruinssent iusques, &c. Dequoy ceulx qui viendront apres nous eussent memoire.*

Ea ad pulmones vsque pertinet. Cic.

Ad partem Oceani, quæ ad Hispaniam pertinet. Cæsar. *Qui est tenante & s'estend iusques aux Espaignes.*

Sylua longè introrsus pertinet. Cæsar.

Pertinens per naturam cuiusque rei. Cic. *Se mettant, ou iectãt, ou espandant par, &c.*

Gratius mihi futurum, quàm si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. Cic. *Que si tu eusses usé de ceste liberalité en mes propres affaires.*

¶ Pertinet, Impersonale. Põponius. *Il appartient, Il affiert.*

Pertinet ad te hæc malitia, suspicio maleficii, &c. Plaut.

-magis hæc malitia pertinet ad viros, Quàm ad mulieres. Plaut. *C'est plus par la malice des hommes, que des femmes.*

Ad quem suspicio maleficii pertineat. Cic. *Sur qui chet le souspecon, Qui est souspeconné de ceste meschanceté.*

Ad quos pertineat facinus, vestigia nulla extant. Liu. *Qui a faict la meschanceté.*

Pertinet ad rem. Cic. *Cela appartient, ou sert a l'affaire, Est pertinent a l'affaire.*

Pertinet ad Remp. Cic. *Cela appartient a la republique, Concerne l'utilité publique.*

Nec verò hæc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum pertinet. Cic. *Ne tend pas a cela d'affoiblir, &c. L'intention de mon oraison n'est pas de vouloir, &c.*

Pertinet oratio mea ad plures. Cic. *Touche plusieurs.*

Summa illuc pertinet, vt sciatis, &c. Cic. *Tend a cela que, &c.*

Latè patet hæc ars, & ad multos pertinet. Cic.

Eò pertinuit, quòd intelligi volui. Cic.

Hoc eò pertinet, vt, &c. Cic.

Pertinet eòdem. Plin. *Appartient a ce lieu la.*

Vestri hæc confirmant, interpretando quorsum quidque pertineat. Cic.

Cætera pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum. Cic. *Seruir & aider.*

Pertinet somnium ad hoc. Plautus. *Mon songe tendoit a ceci, C'est ce que i'auoye songé.*

Pertinet gemitus prouinciæ ad capitis tui periculum. Cic. *Tend a faire que tu meures, Concerne ta condemnation.*

Pertinent ad vsum nauium. Cæsar. *Seruent, Sont pertinents.*

Cur non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Quintil.

Ea pars sententiæ, quæ pertinebat ad dandum ei ex ærario centies quinquagies sestertiũm. Plin. iunior.

Eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Cic. *Est necessaire au commun peuple, C'est aussi bien a faire au commun*

peuple d'auoir ceste bonté, que aux autres.

Si nihil ad eos pertinere arbitrarentur. Cic. *S'ils pensoyent que cela ne leur touchast en rien, ou Que ce ne fust a faire a eulx de cela.*

Pertinet ad officium meum. Cic.

Talem existere eloquẽtiam, qualis fuerit in Crasso & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiam pertinerent, tantámque dicendi copiam, quãta in illis fuit, non potuisse contiemo. Cic.

Pértinax, pen. corr. pertinâcis, pen. prod. om. g. Plaut. *Qui est fort tenant, & ne luy peult on rien tirer des mains.*

¶ Pertinax, aliquãdo in bonam partem accipitur. Liuius, Vicit omnia pertinax virtus. *Perseuerante & constante, Qui tient tousiours bon.*

Pertinax recti. Tacit. *Ferme & constant en droicture.*

Pertinax. Cic. *Obstiné, Opiniastre.*

Pertinax in differendo vel disputando. Cic.

Pertinax in rem aliquam. Seneca.

Ludere pertinax. Horat.

¶ Certamen pertinax. Liu. *Vne bataille ferme d'une grande obstination.* Pertinax prælium. Liu.

Digitus malè pertinax. Horat. *Qui ne tient point assez ferme, & laisse aller ce qu'il tenoit.*

Disputationes in disputando pertinaces. Cic.

Dolor pertinax. Seneca. *Perseuerant, Continuel.*

Fama pertinax. Plin. *Vn bruit qui tousiours dure, Continuel.*

Odium pertinax. Plin. Pietas pertinax. Martial.

Sermo lenis, minimèque pertinax. Cic.

Studium pertinax. Quintil.

Pertinacissimus fueris, si in eo perstiteris, ad corpus ea quæ dixi referre. Cic.

Pertinácia, huius pertináciæ. Cic. *Le uice d'obstination & aheurtement, Pertinacité, Opiniastrie.*

Patientia & pertinacia hostis. Suet. *Perseuerance.*

Pertinacia & studium vincendi. Cic.

Pertinacia animi. Liu.

Quæ pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Cic.

¶ Accenditur pertinacia. Tacit.

Amittere sua pertinacia vitam. Cic.

Cũ pertinacia & iracundia rectè disputari non potest. Cic.

Pertinacia & nimia cupiditas principatus. Cic.

Refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Cic.

Reprehenditur in minimis rebus pertinacia. Cic.

Pertinaciter, pen. corr. Plin. iunior. *Perseueramment, ou Obstineement, & opiniastrement.*

Pertinaciter amare. Plin. iunior. *Constamment, Tousiours.*

Pertinaciter defendere. Liu.

Hærere pertinaciter. Quintil.

Pertinaciter initum prælium. Liu.

Nimium pertinaciter alicui offensus. Plancus Ciceroni.

Pertinaciter insequi. Liu. Pertinaciter manere. Varro.

Pertinaciter repugnare. Plin. iunior.

Durare pertinacissimé. Quintil.

Pertingo, pertingis, pértigi, pen. corr. pertactum, pertíngere. Plinius, Ab oculis pertingit ad cerebrum. *Touche iusques au cerueau, Se ua rendre au cerueau.*

Lux oculos pertingit. Lucret.

Per omnem mundum pertingentem. Cic. *S'estendant.*

Pertolero, pertóleras, pen. corr. pertolerâre. Plaut. *Endurer iusques a la fin.*

Pertorqueo, pertorques, pertorquêre. Lucr. *Fort tormẽter.*

Pertracto, pertractas, pertractâre. Cicero. *Attoucher & manier souuent.*

Pertractare bestias manibus. Hirt.

¶ Pertractare, per translationem. Cic. *Penser & repenser quelque chose en soymesme.*

Omni cogitatione pertractans. Cic.

Diligenter & sæpe aliquid pertractare. Cic.

Diuturnitatem pertractare. Cic.

¶ Pertractare. Cic. *Traicter & disputer de quelque chose.*

Philosophiam pertractare. Cic.

Pertractatas res habere. Cic. *En auoir grande congnoissance.*

Pertractatio, Verbale. Cic. *Attouchement & maniement.*

Multa pertractatione omnium rerum publicarum. Cic.

Poetarum pertractatio. Cic. *Frequente lecture des poetes.*

Pertraho, pértrahis, pen. corr. pertraxi, pertractum, pertrahere. Liu. *Tirer a force iusques au lieu ou on ueult.*

Pertrahere aliquem in castra. Liu.

Pertrahere vitam. Plin. *Prolonger.*

Pertransco, pertransis, pertransiui, pen. prod. pertránsitum, pen. corr. pertransire. Plin. *Passer oultre.*

Pertranslucidus, pen. corr. Adiectiuum. Plin. *Fort cler & luisant, en telle sorte qu'on uoye au trauers.*

Pertribuo, pertribuis, pertribui, pertribûtum, pen. prod. pertribuere. Plin. iunior. *Donner.*

Publicè testimonium pertribuerunt. Plin. iunior.

Pertristis, & hoc pertriste. Cic. *Fort triste.*

Pertritus. Vide PERTERO.

Pertumultuosus, pen. prod. Adiectiuum. *Fort tumulteux, Qui fait grand bruit & esmeute.*

Pertumultuóse, pen. prod. Aduerbium. Cic. *Fort tumultueusement, Auec grand bruit & tumulte, Auec grand effray.*

Pertundo, pertundis, pértudi, pen. corr. pertûsum, penult. prod. pertúndere. Colum. *Rompre, Percer, Pertuiser, Trouer.*

Vas ipsum pertundetur. Columel.

Terebra vitem, quam inseres, pertundito. Cato.

Guttæ pertundunt saxa. Lucret.

Pertûsus, pen. prod. Participium: vt Pertusa sella. Cato. *Selle percee.*

In vas pertusum congesta. Lucret. *En uaisseau percé, pertuisé, troué.*

Margaritæ pertusæ. Vlp. *Perles percees.*

In pertusum dolium dicta ingerere. Plaut. *Perdre sa peine de parler a aucun.*

Perturbo, perturbas, perturbâre. Terent. *Troubler du tout, Perturber.*

Præcipitem aliquem ex ciuitate perturbare. Author ad Herennium. *Deiecter & chasser hors.*

Percellere & perturbare. Cic.

De Reipub. salute magis, quàm de sua perturbari. Cic.

Perturbare animos & concitare. Cic.

Clamore aliquorum perturbari. Cic.

Corpus totum perturbatur. Lucret.

Perturbari errore & inscitia. Cic.

Domum perturbare. Seneca.

Mentes & animos hominum perturbare. Cæsar. *Estourdir, Eslourdir.*

Magno animi motu perturbari. Cic.

Otium perturbare. Cic.

Perturbare pactiones bellicas periurio. Cic.

Prouinciam aliquam perturbare. Cic.

Rempublicam perturbare. Cic.

Perturbatur omnis vitæ status. Cic.

Perturbâtus, pen. prod. Nomen ex participio. Cicero, Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu. *Plus troublé, ou perturbé, plus estonné.*

Acies perturbata, Vide ACIES.

Anima perturbata. Lucret.

Seditionibus perturbata ciuitas. Cic.

Perturbata res rei. Seneca. *Meslee auec un autre.*

Perturbáte, pen. prod. Aduerbium. Cic. *Auec trouble.*

Perturbâtor, pe. prod. Verbale masc. *Qui trouble tout, Troubleur, Perturbateur.*

Perturbátrix, pen. prod. Verbale fœm. Cic.

Perturbátio, Aliud verbale. Cic. *Perturbation, Trouble.*

Conuersio rerum & perturbatio. Cic.

Perturbatio cæli & Serenitas, contraria. Cic.

Valetudinis alicuius perturbatio. Cic. *Perturbation & fascherie qu'on ha de la maladie d'aucun.*

Perturbatio vitæ & magna confusio. Cic.

Perturbatio animi & Sedatio, contraria. Cic.

Perturbatio animi, Tranquillitas & securitas, cõtraria. Cic.

Turbidi animorum concitatíque motus, perturbationes sunt. Cic.

¶ Afferre perturbationem, Vide AFFERO.

Commoueri magna animi perturbatione.Cic.
Quæ fiunt cum aliqua perturbatione, ea neque constanter, &c. Cic.
Fugere perturbationes, id est motus animi nimios rationi non obtemperantes.Cic.
Immittere perturbationes.Cic.
In perturbationes ne incidamus cauendum.Cic.
Ira, aut perturbatione incitatus.Cic.
Peccatur perturbatione rationis atque ordinis quicquid peccatur.Cic.
Impetu quodam animi & perturbatione, Consilio aut iudicio regi, contraria.Cic.
Perturbationi animi succumbere.Cic.

Perturpis, & hoc perturpe. Cic. *Fort laid & vilain.*

Pertusus, Vide PERTVNDO.

Peruado, peruâdis, pen.prod. peruâsi, peruâsum, pe.prod. peruâdere. Tacit. *Aller & passer tout oultre.*
Obuiis custodibus cæsis ad castra C O S. peruadit. Liu.
Nequid in eas, quod noceat, possit peruadere.Cic.
Pars eius belli in Italiam peruasit. Cic.
Per agros quantum incendium peruaserit, cernitis.Cic.
Quum fama ea forum atque vrbem peruasisset, subitò ad curiam concursus fit plebis. Liu. *Quand ce bruit eut esté semé par la ville, Eut couru par toute la ville.*
Quum peruasisset castra rumor, &c. Liuius. *Quand ceulx du camp ouirent dire cecy.*
Murmur, pauor, clamor, &c. peruasit. Liuius.
Murmur à Tribunali totam concionem peruasit, deferri rem. Liu. *Vn bruit s'espandit par toute l'assemblee que, &c. Il courut un bruit, &c. Le bruit alla par toute l'assemblee, &c.*
Clamor vrbem peruasit. Liu.
Quædam calamitas peruadere videbatur.Cic.
Locus iam nullus est, quo non nostrorum hominum libido iniquitásque peruaserit. Cic.
Peruasit opinio per animos hominum.Cic. *Est espandue parmi les coeurs des hommes.*
Peruasit morbus. Cicero.
Pallor repentè peruasit ora. Sil.
Pauor ac trepidatio totam vrbem peruasit. Liu.

Peruagor, pe.cor. peruagâris, peruagári: & Péruago, péruagas, peruagâre. Plin. iunior. *Roder par tout, Aller & courir par ci par la.*
Vicos etiam atque agros superstitionis istius cõtagio peruagata est. Plin. iunior.
Dolor omnia membra peruagatur. Plin. iunior.
Peruagantur molestiæ mentes omnium.Cic.
Ne is honos nimium peruagetur.Cic.
Commune & peruagatum. Cic. *Qui est divulgué & semé par tout, Congneu de touts costez.*
Peruagatum & celebratũ commemoratione alicuius. Cic.

Peruagâtus, pen.prod. Participium, siue Nomen ex participio. Liu. *Qui a couru par tout, Qui a rodé le pays.*
Longè latéque peruagata bona, & Angusta, contraria. Cic.
Causa hæc apud Græcos peruagata est. Cic.
Vulgaris & peruagata declamatio.Cic.
Illustris & peruagata fama alicuius rei.Cic.
Quotidiana & peruagata opera.Cic.
Sermo ciuitatis peruagatus.Cic.
Pars peruagatior.Cic. *La plus accoustumee.*
- peruagatissimus ille versus, qui vetat,
Artem pudere proloqui, quam factites.Cic. *Fort commun.*

Péruagus, pen.corr. Adiectiuum. Ouid. *Qui court ca & la, & n'ha point d'arrest.*

Perualidus, pen.corr. Adiect. Liu. *Fort vaillant & puissant.*

Peruarius, Adiect. *Qui est de fort diverses sortes & manieres.*

Peruariè, Aduerbium. Cic. *En diverses sortes.*

Peruasto, peruâstas, peruastâre. Liu. *Destruire du tout.*

Perueho, péruehis, pen.corr. peruexi, peruectum, peruéhere. Plin. *Porter, ou Mener par charroy iusques au lieu.*
Ad Morinos vsque peruecta. Plin.
Nauigatione secunda peruehi. Tacit.
Peruehi in portum. Cic.
Velis passis aliquò peruehi. Cic.
Peruehi ad exitus optatos. Cic.

Peruectus, Participium: vt Peruectus in litus. Plin.
Passu cito peruecta est ad littora. Sil.

Peruello, peruellis, peruelli & peruulsi, peruulsum, peruéllere. Cic. *Arracher.*
Peruellere aliquem. Cic. *Luy faire quelque fascherie, comme si on luy arrachoit du poil, Agacer, Luy bailler une atteinte, Le piquer.*
Peruellere stomachũ. Horat. *Donner appetit, Inciter a manger.*
Peruellere ius ciuile. Cic. *En dire mal & despriser.*

Peruenio, péruenis, pen.corr. peruéni, pen.prod. peruentum, peruenîre. *Venir iusques au lieu, Parvenir.*
Ipse perueni ad fontem purissimum. Plin. iun.
Donec ad eos perueniat. Liu.
Maturè aliquò peruenire. Cic.
In portum salua naue peruenire. Quintil.
Peruenire prouinciam. Traianus ad Plinium.
Sine me peruenire quò volo. Terent. *Laisse moy dire ce que ie veulx.*
Ad annum septuagesimum peruenit Cyrus. Cic.
In crastinum peruenire. Quintil. *Vivre iusques a demain.*
Peruenire ad desperationem. Cæs. *Venir iusques a se desesperer.*
Ad eloquentiam peruenire. Quintil.
Ad propositũ mihi finem honoris nódum perueneră. Cic.
Ad maturam frugem peruenire. Quintil.
Peruenire ad improbitatem. Cic.
Peruenire in maximam inuidiam. Cic. *Estre fort hay.*
Via aliqua ad aliquam laudem peruenire. Cic.
Peruenire ad manus. Cic. *Venir a s'entrebattre.*
Ne in illius manus perueniret. Cic. *Qu'elle ne tombast entre ses mains.*
In meam notitiam decem modò peruenerunt. Columel. *Il n'en congnois que dix.*
Peruenire ad nummos. Cic. *Recepuoir argent d'une debte.*
Peruenire in potestatem alicuius. Cicero. *Estre mis soubs sa puissance.*
Peruenire ad primos. Cicero. *Estre mis au nombre des mieulx estimez.*
In scripta alicuius peruenire. Cic. *Parvenir a cest honneur que noz gestes & haults faicts soyent escripts par aucun.*
Conditione vlla in Senatum peruenire non potuit. Cic.
Ad alicuius rei summam peruenire. Quintil.
Peruenire ad summum. Cic.
Peruenire in magnum timorem. Cæsar. *Avoir grand paour.*
Peruenire in tutelam. Cic. Pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit. *Qui est mis en nostre tutelle.*
¶ - si ad herum hæc res peruenit, Peristi pulchré. Plautus. *Si ton maistre oit parler de cela, Si cela vient iusques a ton maistre.*
Clamor ad aures peruenit. Virgil.
Necdum peruenerant factiones. Liu.
Vix ad aures meas istius suspicionis fama peruenit. Cic. *A grand peine en ay ie ouy parler.*
Fama peruenit huc. Ouid.
Hæreditas ad filiam peruenit. Cic.
Humanitas ab isto ad illos peruenisse putatur. Cic.
Iniuria ad paucos peruenit. Author ad Heren.
Ad vnum tanta licentia nunquam peruenisset, nisi, &c. Cicero.
Peruenit lucrum ad eum. Cic.
Pecuniam morte alicuius ad quempiam peruenire. Cic.
Ad liberos qui nihil meruerunt, pœna parentum peruenit. Cic.
Similitudo naturæ illius ad te, qui ab illo ortus es, peruenit. Cic.
¶ Postquam peruentum est in tecta thalami. Virgil.

Peruenor, pen.prod. peruenâris, peruenâri. Plaut. *Vener, Chasser aux bestes sauvages*: Et per translationem, *Cercher diligemment.*

Peruerto, peruertis, peruerti, peruersum, peruértere. Plaut. *Tourner au rebours, Renverser ce que dessus dessoubz, Pervertir, Ruer par terre.* Labefactare & peruertere. Cic.
Arbusta, virgulta, tecta peruertere. Cic.
Defensionem peruertere. Author ad Heren.
Iura omnia diuina & humana peruertit C. Cæsar. Cic.

Officium peruertere. Cic. *Destourner de faire le debuoir.*
Omnia peruertere rapinis, incendiis, cædibus. Hirtius ad Ciceronem.
Res vetustate robustas peruertere. Cic. *Corrompre.*
Sacra inexpiabili scelere peruertere. Cic.
Senatum vi, cæde, incendiisque peruertere. Cic.
Vectigalia peruertere. Cic. *Gaster le domaine du peuple.*
Hostium vim se peruersurum putauit Crœsus, peruertit autem suam. Cic.
Peruertere aliquem. Cicero. *Le ruiner & mettre au bas, Le destruire.*
Peruersus, Nomé ex participio. Brutus ad Ciceronem. *Corrompu & gasté, Mauuais, Peruers.*
Præposterus & peruersus. Cic.
Illic & hic peruersus est. Plaut.
Prauum & peruersum. Cic.
Cachinno peruerso distorquere ora. Ouid.
Hic dies peruersus atque aduersus mihi obtigit. Plaut.
Deformati, inquinati, peruersi, conturbati ludi. Cic.
Mentes peruersæ. Ouid.
More peruerso aliquid facere. Cic.
Præmia peruersa. Seneca.
Ratio peruersa. Lucret. Vota peruersa. Stat.
Quid peruersius? quid intolerabilius? Cic.
¶ Peruersissimi oculi. Cic. *Yeulx fort gastez.*
Peruersè, Aduerbium: vt Peruersè abuti. Cic. *Tout a rebours & au contraire, Mauuaisement, Peruersement.*
Imitata peruersè suis prudentiam stulta calliditas. Cic.
Peruersè videre. Plaut. *Auoir les yeulx de trauers.*
Vtuntur peruersè deorum beneficio multi. Cic.
Peruersitas, pen. corr. peruersitâtis. Cic. *Vne mauuaistié de nature, quand on fait tout au rebours de ce qu'on doibt faire, Peruersité.*
Improbitas & peruersitas. Cic.
Incredibilis hominum peruersitas. Cic.
Ferre humanissimè alicuius peruersitatem. Cic.
Molestissima diligentiæ peruersitas. Quintil.
Peruersitas opinionum. Cic.
Peruestigo, peruestigas, pen. prod. peruestigâre. Cic. *Trouuer en cerchant.*
Peruestigata & cognita. Cic.
Peruestigatio, Verbale. Cic. *Diligente inquisition & recerche, Queste, Cerche.*
Peruetus, pen. corr. huius peruéteris, pen. corr. om. gene. Cic. *Fort vieil & ancien.*
Peruetus epistola. Cic. *Qui est escripte de fort long temps.*
Perueteres nuces. Plin.
Peruetustus, Adiectiuum, Idem: vt Peruetustus adeps. Plin.
Peruetusta verba. Cic.
Peruicax, pen. corr. peruicâcis, pen. prod. om. gen. Terent. *Qui ha mauuaise teste, & est obstiné, Opiniastre, Testu, Qui tient fort contre un autre, ne voulant ceder, ne quicter.*
Peruicax contra flatus. Plin.
Iræ peruicax. Tacit. *Qui tient long temps son courroux, Perseuerant en son ire.*
Recti peruicax. Tacitus.
Acies oculorum peruicax. Seneca.
Contumacia peruicax. Columel.
Inimicus peruicax. Quintil.
Peruicacia, peruicaciæ. Cic. *Obstination & perseuerance, le plus souuent en bonnes choses.*
Peruideo, péruides, pen. corr. peruidi, peruisum, pen. prod. peruidêre. Cic. *Veoir & regarder diligemment, Veoir clerement.*
Videt sine dubio quid eueniat: sed cur id accidat, non peruidet. Columel.
Peruigeo, péruiges, pen. corr. peruigui, peruigêre. Tacit. *Estre en sa grande force & vigueur.*
Peruigil, pen. corr. peruigilis, pen. corr. om. g. Plin. *Qui veille tout le temps qu'il a destiné.*
Anguis peruigil. Ouid.
Canis peruigil. Seneca.
Custodia peruigil. Lucan.
Ignis peruigil. Stat. *Qui ne s'estaint point.*
Peruigilo, peruigilas, pen. corr. peruigilâre. Martialis. *Veiller un espace de temps qu'on a deliberé.*
Peruigilat noctes totas. Plaut. *Il veille les nuicts entieres.*
Ad ignes hyberni luminis peruigilare. Virgil.
Peruigilâtus, pen. prod. Ouid. In multo nox est peruigilata mero.
Peruigilatio, Verbale. Cic. *Veille, Veillement.*
Peruigilium, huius peruigilii. Plin. *Grande veille.*
Peruigilium hyemale. Martianus Capella. *La serie, quand les femmes filent de nuict a la lampe.*
Peruigilium. Liu. *La veille que les anciens faisoyent toute la nuict a l'honneur de leurs dieux.*
Peruilis, & hoc peruile, pen. prod. Liu. *Qui est fort a vil pris.*
Peruinco, peruincis, peruici, pen. prod. peruictum, peruincere. Plaut. *Vaincre & surmonter.*
Neque vt de agris diuidendis plebi referrent Consules ad Senatum, peruincere potuit. Liu. *Il ne sceut iamais tant faire que, &c.*
Dictis peruincere aliquid. Lucret. *Prouuer.*
Mores alicuius peruincere. Propert.
Peruincendus. Catullus, Hoc est tibi peruincendum. *Il fault que tu faces cela a quelque peine que ce soit.*
Peruiridis, & hoc peruiride, pen. corr. Plin. *Fort verd.*
Peruiuo, peruiuis, pen. prod. peruixi, peruictum, peruiuere. Plaut. *Viure.*
Peruius, Adiectiuum. Plaut. *Vn lieu passant, ouuert, par ou on passe.*
Fratri ædes fient peruiæ. Terent. *La maison de mon frere sera ouuerte, ie seray receu en sa maison.*
Freta non sunt peruia nanti. Ouid.
Loca non peruia equo. Ouid.
Peruiæ naues. Liu. *Quand on peult entrer de l'une en l'autre.*
Peruii saltus. Liu. Peruiæ transitiones. Cic.
Vsus peruius tectorum. Virgil.
¶ Peruia domus ventis. Ouid. *Ouuerte a touts vents.*
Ora non sunt peruia verbis. Ouid.
Pectora nulli culpæ peruia. Claud.
Perula, Vide PERA.
Perungo, perungis, perunxi, perunctum, perúngere. Columel. *Oindre.*
Corpora oleo perunxerunt. Cic.
Ora perungere immunda manu. Ouid.
Perunctus, Participium: vt
Fæcibus ora peruncti. Horat.
Nardo perunctus adulter. Horat.
Perunctio, Verbale. Plin. *Onction.*
Peruolgo, peruolgas, peruolgare. Lucret. *Aller & courir par ci par la.*
Aues peruolgant nemora auia. Lucret.
Peruolo, pe. corr. peruis, peruult, peruelle. Plaut. *Fort vouloir & desirer.*
Peruelim scire, vtrum qui descendunt, an qui retinentur, de me querantur. Liu. *Ie vouldroye fort sçauoir si, &c.*
Othonem si Romæ est, conuenias peruelim. Cic.
Peruolo, péruolas, pen. corr. peruolâre. *Voler legierement.*
Coruus peruolat aerium iter. Ouid. *Vole par l'air.*
Hirundo peruolat ædes diuitis domini. Virgilius. *Vole parmi, &c.*
Peruolare, per translationem. Cic. *Legierement aller.*
Nuntius hic decem horis sex & quinquaginta millia passuum cisiis peruolauit. Cic.
Vrbem totam peruolare. Iuuenal. *Courir legierement toute la ville.*
Rumor peruolat agitatis alis. Ouid.
Peruólito, peruólitas, pen. corr. peruolitâre, Frequentatiuum. Virgil.
Voces peruolitant per dissepta domorum. Lucret.
Peruoluo, peruoluis, peruolui, peruolûtum, penult. prod. peruóluere. Plin. *Rouler.*
Membra celeres peruoluunt rotæ. Seneca.
Peruoluere librum. Catul. *Fueilleter un liure.*
Peruoluitur animus. Cic. *Se veautre.*
Peruolûto, peruolútas, pen. prod. peruolutâre, Frequentat.
Peruolutare libros. Cic. *Fueilleter les liures.*

Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi. Cic.

Perurbanus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Qui est fort ciuil.*

Cum rusticis potius, quàm cum iis perurbanis. Cic.

Peruro, perûris, penult. prod. perussi, perustum, perúrere. Plin. iunior. *Brusler tout a faict.*

Perustus ardentissima febri. Plin. iunior.

Perurere cor alicuius. Martial. *Faire quelque grande fascherie a aucun qui luy brusle le coeur.*

Æstu valido perurimur. Ouid.

Perustus, Participium : vt

Coma perusta sole. Propert.

Flammis perusta. Seneca.

Perustus homo. Cic. *Tout haslé.*

Ora perusta. Propert.

Ossa perusta. Tibul.

Pectus perustum curis. Sene.

Terra perusta astricto gelu. Ouid.

Perutilis, & hoc perutile, pen. corr. Cic. *Fort utile.*

Peruulgo, peruulgas, peruulgàre. Cic. *Semer quelque chose parmi le peuple, Publier par tout, Diuulguer.*

Se omnibus peruulgat mulier. Cic. *Qui se fait commune & s'abandonne a touts.*

Communicari cum improbis, & peruulgari cum mediocribus hominibus præmia virtutis non oportet. Cic.

Peruulgare librum aliquem. Cic. *Mettre en lumiere, Publier.*

Peruulgatum in vulgus. Cic.

Cupiditate illa sua nota, atque apud omnes peruulgata. Cicero.

-vos nunc ne miremini Quòd non triumpho, peruulgatum est, nihil moror. Plaut. *C'est chose trop commune.*

Peruulgâtus, pen. prod. Nomen ex participio. Terent. *Accoustumé & usité, Commun.*

Has minus notas, minúsque peruulgatas adiungimus. Cic.

Maledicta in omnes peruulgata. Cic.

Clara, testata & peruulgata res. Cic.

Peruulgatûrus, pen. prod. Participium. Sil.

Pes, pedis, m. g. *Le pied.*

Digiti pedum. Ouid. *Les arteils des pieds.*

Fiducia pedum. Ouid.

Aptissima forma pedis. Ouid.

Ictus pedis. Ouid.

Mobilitas pedum. Ouid.

Motu pedum melior. Virgil. *Qui court plus uiste.*

Orba pedum portenta. Lucret. *Qui n'ont point de pieds.*

Sonitus creber pedum. Virgil.

Animalia trunca pedum. Virgil.

Vestigia duri pedis. Ouid.

¶ Celer pedibus. Virgil. *Legier du pied.*

Duorum pedum officio contenta. Ouid.

Melior pedibus. Virgil. *Plus legier des pieds, Mieux courant.*

A pedibus, vel Seruus à pedibus, Vide A vel AB præpositiones. *Laquay.*

Habiles & apti ad pedem calcei. Cic.

Ante pedes, Vide ANTE præpositionem.

Circum pedes. Cic.

In pedem, siue pedes, Vide IN præpositionem.

Ad pedes. Martial.

¶ Adunci pedes. Ouid.

Albi. Iuuenal.

Aurati. Ouidius. *Chaussez de chaussure dorée.*

Aureolus pes. Catul. *Beau comme or, ou chaussé de chaussure dorée.*

Bellus. Catul.

Bifidi pedes. Ouid.

Bisulcus pes. Ouid.

Calidus pes, Vide CALIDVS.

Candidus. Horat.

Celeres pedes. Propert.

Claudus. Horat.

Curui pedes. Ouid.

Dubius pes fortunæ. Ouid. *Incertain & instable.*

Durus. Ouid.

Equini pedes. Ouid.

Exiguus pes. Ouid.

Formosi pedes. Propert.

Gypsatus pes. Ouid.

Imus, Vide IMVS.

Inimicus. Propert.

Lacteus. Catul. *Blanc comme laict.*

Longus. Horat.

Malus. Catul.

Marmorei pedes. Ouidius. *Blancs.*

Mollis pes. Catul.

Pallidulus pes. Catul.

Recurui pedes. Ouid.

Saligni. Ouid.

Segnis pes. Horat.

Solidi pedes ære. Ouid.

Tumentes. Virgil.

Turpis pes. Horat.

Varus pes. Persius.

Vacui pedes. Ouid.

Vdus pes aqua. Ouid.

Velox. Ouid.

Vnci pedes. Virgil.

¶ Tardo pede abire. Ouid.

Abiicere se ad pedes, Vide ABIICIO. *Se iecter aux pieds d'aucun & se humilier.*

Accidere ad pedes omnium. Cic. *Se iecter aux pieds, Se prosterner, S'agenouiller deuant.*

Aduolui pedibus, Idem. Tacit.

Aduertere pedem ripæ. Virgil. *Aller vers le riuage.*

Afferre pedem, Vide AFFERO.

Alligare pedes. Ouid.

Amplecti pedes alicuius. Ouid.

Argutari pedibus. Nonius.

Carpere viam pede. Ouid.

Alato pede carpere iter. Ouid.

Obliquo pede claudicare. Ouid.

Neque pes, neque caput comparet. Plaut.

Complecti pedes alicuius. Lucan.

Conculcare aliquem pedibus. Ouid.

Conferre pedem, siue in pedes, Vide CONFERO.

Congredi pede. Virgil. *Combatre a pied.*

Conicere se in pedes, Vide CONIICIO.

Connexæ pedibus apes. Virgil.

Consequi aliquem pedibus. Ouid. *Le ratteindre a la course.*

Contendere pedibus cum aliquo. Ouid. *Courir a luy a qui mieulx mieulx.*

Siccis pedibus decurrere super æquora. Ouid.

Deducere pedes de lecto, Vide DEDVCO.

Gracili pede deducit aranea filum. Ouid.

Ad imos pedes defluxit vestis. Virgil.

Ad pedes desilire, Vide AD præpositionem. *Descendre d'un cheual a pied, Mettre pied a terre.*

Inoffensos dirigere pedes. Ouid.

Diriguere pedes. Ouid.

Discedere pedem ab aliquo. Cic. *S'esloigner de luy la longueur d'un pied.*

Dare pedem. Cic. *Donner aide, Aider.*

Dolet pes. Lucret. *Le pied me fait mal, I'ay mal au pied.*

Efferre pedem. Cic. *Sortir hors.*

Pedibus ire in sententiam alicuius, Vide EO, is. *Se ranger a son opinion.*

Nudo pede errare. Ouid.

Vago pede errare. Ouid.

Sonitus excitur pedibus. Lucret.

Ferire terram pede. Virgil.

Ferre pedem. Virgil. *Venir.*

Huc fert pedes, & illuc. Seneca.

Incerto pede ferri. Horat. *Chanceler comme un homme yure.*

Equestri pede fracta tellus. Seneca.

Fugaci pede fluxerunt tempora. Ouid.

Virtute pedum freti. Lucret. *Se fians en leurs iambes.*

Timido pede fugere. Ouid.

Turbato pede fugere. Ouid.

Molli pede fulta. Horat. *Qui ha les pieds tendres & delicats.*

Iácere pedes. Plin.

Iacêre ad pedes alicuius. Cic.

Impediunt teneros vincula nulla pedes. Ouid.

Implicare pedes. Virgil.

Teneros pedes imposuere graminibus. Ouid.

Impressit pedem littori. Seneca.

Incutere pedem terræ, Vide INCVTIO.

Induitur pedibus aurum, Vide INDVO.

Inferre pedem in ædes. Plaut.

Alternis pedibus insistere, Vide Alternus in ALTER.

Iuncti pedes. Quintil.

Celeri pede labi. Seneca.

Metiri pedibus quadringenta millia passuum. Cic.

Metiri suo se pede. Horat. *Faire selon la iambe le coup, Faire sa despense selon sa richesse.*

Mouere pedem à limine. Iuuenal. *Sortir de sa maison.*
Impercussos nocte mouere pedes. Ouid.
Nasci equinis pedibus, Vide NASCOR.
Nasci in pedes, Vide NASCOR.
Obteritur pedibus relligio. Lucret. *Est foulee aux pieds.*
Offensus pes in porta. Tibul.
Gloria parta pedibus. Silius.
Pellere terram duro pede. Lucret.
Pendêre per pedes. Plaut. Plin.
Penetrare pedem aliquò, Vide PENETRO.
Plaudere choreas pedibus. Virgil.
Ponere pedem cum aliquo. Lucret. *Cheminer quant & quant un autre, ne plus uiste, ne plus lentement.*
Pedem vbi ponat non habet. Cic. *Il n'ha pas un pied de terre tant est poure.*
Vestigia pedum ponere. Lucret.
Cursu pedum præuertere ventos. Virgil. *Aller plus uiste que le uent.*
Pes pedem premit. Silius.
Æquis pedibus procedere. Ouid.
Proferre pedem alicunde. Horat. *Sortir de quelque lieu.*
Proferre pedes. Quintil. *Auancer les pieds.*
Ante pedes proiicere aliquid. Virgil.
Proiicere se ad pedes alicuius. Cic.
Proruere aliquid pede iniurioso. Horat.
Prosubigit terram pede sus. Virgil.
Pulsare humum pede. Ouid.
Libero pede pulsanda tellus. Horat.
Quatere humum pede candido. Horat.
Alterno pede terram quatere. Horat.
Rapiunt me pedes. Horat.
Illusi pedes recusant ferre vitiosum corpus. Horat.
Referre pedem. Quintil. *Se retirer, Desmarcher, Se desmarcher, Se reculer, Se retirer en arriere.*
Profugum pedem referre. Ouid.
Reflectere pedem. Catull.
Reportat pedem ex hoste. Virgil.
Retro pedem reprimere. Virgil.
Reuocare pedem. Virgil.
Sequi ducem propero pede. Catul.
Signa pedum sequi. Ouid. *Suiure la trace.*
Signare littus pedibus. Ouid. *Cheminer sur le riuage.*
Sistere pedem in limine. Ouid.
Spargere arenam pedibus. Virgil.
Sternere se ad pedes alicuius. Cic.
Stare ante pedes alicuius. Virgil.
Subiicere pedibus. Virg. *Mettre soubz le pied, N'en tenir compte.*
Supplodere pedem. Cic.
Pedem pede tangere. Ouid.
Citato pede tetigit nemus. Catull.
Fœlici pede tangere locum aliquem. Ouid. *Venir ou arriuer en quelque lieu a la bonne heure.*
Puellares pedes tardat alta arena. Ouid.
Ambrosios pedes tegebant soleæ. Apul.
Humili sub pede colla tenet. Ouid. *Elle te tient le pied sur la gorge.*
Per me ista pedibus trahātur. Cic. *Qu'on en face ce qu'on uouldra, ie ne m'en soulcie point.*
Pulsu pedum tremit excita tellus. Virgil.
Vertere pedem. Ouid.
Vigescunt pedes læti studio. Catull.
Certamine pedum vincere. Ouid.
Pedum visa est via. Terent.
Auersis pedibus volutare, Vide AVERTO.
Volutatus est ad pedes inimicorum frater. Cic.
¶ Pede presso. Liu. *A pied coy.*
¶ Pedes, aliquando velut aduerbialiter ponitur. Curt. *Qui ua a pied.*
Errat pedes in alta sylua. Ouid. Incedit pedes. Virgil.
¶ Pedibus, Idem. Cicero. Pedibus es consecutus. *A pied.*
Per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam traiecit. Liu. *Par terre.*
Pedibus ire, vel reuerti, aut iter facere. Cic. *Aller a pied.*
Ambulare pedibus, Vide AMBVLO.
Obire pedibus regiones, Vide OBEO.
Merere pedibus, Vide MEREO.
Pedibus stipendia facere. Liu. *Estre pieton de guerre.*
Pedibus præliari. Cæs. *Combatre a pied.*
¶ Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. Cic.
¶ Pes mensæ. Plin.
Conuulsus pes acernæ mensæ. Ouid.
¶ Pes vinaceorum. Columel. *La queue des raisins.*
¶ Pes. Plin. *La mesure d'un pied.*
¶ Pes in carmine, syllabarum & temporum certa dimensio. Quintil.
Heroici pedes tres, dactylus, anapæstus, & spondeus. Cic.
Citus pes, iambus. Horat.
Claudere verba pedibus. Horat.
Certo pede differt sermoni sermo merus. Horat.
Incomposito pede currunt versus. Horat.
¶ Pes. Plaut. *Un poulx de teste.*
E capite eorum crebrò eligendi pedes. Varro. *Il fault esplucher les poulx.*
¶ Pes milui, Herba. Columel. *Aucuns dient estre l'herbe communement appelee Corne de cerf.*
Pes gallinaceus, vel pedes gallinacei, Herba. Plinius. *Persil bastard.*
¶ Pes. Virgil. *La corde de quoy on tend comme on ueult le uoile de la nauire.*
Pediculus, pedículi, pen. corr. Diminutiuum, masc. gene. Plin. *Un petit pied, Un peton.*
¶ Pediculus. Plin. *La queue d'une poire, ou semblables.*
Ficorum pediculi. Colum. Pyrorum pediculi. Plin.
Pomorum pediculi. Colum. Vuarum pediculi. Colum.
¶ Pediculus. Colum. *Un poulx de teste.*
Pedicōsus, siue Pediculōsus, pen. prod. Plaut. *Pouilleux, Plein de poulx.*
Mentum pediculosum. Martial.
Pediculâris, & hoc pediculâre, pen. prod. Vnde Pedicularis morbus. *Une maladie quand le corps est fort plein de poulx.*
Herba pedicularis. Colum. *Estaphisagrie, ou L'herbe au poulx.*
Pedâlis, & hoc pedâle, pe. prod. vt Pedale spatium. Colum. *D'un pied.*
Pedalia in quadratum cubilia. Colu. *Ayans un pied en quarré.*
Pedûlis, & hoc pedûle, pen. prod. Vlpianus. *De quoy on enueloppe les pieds.*
Pedâmen, penul. prod. pedáminis: & Pedamentum, pedamenti. Plin. *Un eschalas, ou autre chose semblable, de quoy on soustiét quelque arbreau, ou la uigne, Un charnier, Un pesseau.*
Pedaneus, Adiectiuum, Idem est quod Pedalis. Columel.
Pedarius, huius pedarii. Pedarii. Cic. *Qui alloyét a pied au Senat, ou Qui ne disoyent point leur opinion au long, ains seulement passoyent de la partie & du costé de celuy duquel ils approuvoyent l'opinion.*
Pedâtim, pen. prod. Aduerb. à Pedo, pedas. Plin. *Pas a pas.*
Pedes, péditis, pen. corr. m. g. Liu. *Qui ua a pied, Pieton, Un homme de pied.* Acies peditum. Tacit.
Nimbus peditum. Virgil.
Cateruæ peditum. Horat.
Armatus pedes. Virgil.
Peditum & equitum copias contrahere. Cn. Magnus Domitio.
Auxiliarii pedites. Hirtius. Scutati pedites. Modestus.
Pedes viator. Plin. *Un pieton.*
Peditâtus, huius peditâtus, pen. prod. m. g. Cic. *Les bandes des gens de pied, L'infanterie.*
Pedester. Martial. *Qui ua a pied.*
¶ Hic & hæc pedestris, & hoc pedestre: vt Pedestris exercitus. *Une armee de gens de pied.*
Acies pedestris, Vide ACIES.
Pedestres copiæ. Cic.
Pugna pedestris. Virgil.
Pedestres, naualésque pugnæ. Cic.
Statua pedestris. Plin. Scutum pedestre. Liu.
Pedestris oratio. Quintil. *Une oraison, Prose.*
Musa pedestris. Horat.

Historiis pedestribus dicere prælia. Horat.
Sermo pedestris. Horat.
Pedetentim, Aduerb. compositum à pede, & tento, tentas. Cic. *Petit à petit, Tout doulcement & à loisir, Peu à peu, Tout à trait.*
Sensim erit pedetentimque facienda. Cic.
Di bene vertant quod agas, pedetentim tamen. Terent. *Finement, Cautement.*
Pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus. Cic. *Petit à petit, Tout doulcement & à loisir.*
Cautè pedetentimque omnia dicere. Cic.
Ingredi pedetentim. Cic.
Progredientes pedetentim. Lucret.
Pedica, pedicæ, pen. corr. à pede. Virgil. Liu. *Vn piege, Vn laqs à prendre les bestes par les pieds, Entraues, Fers desquels on enferre les pieds des prisonniers.*
Pedicularis, Pedicosus, Pediculus, Vide suprà post P E S.
Pedisequus, huius pedisequi, pen. corr. Columel. Cic. *Vn vallet suyuant son maistre.*
Pedisequa, huius pedisequæ, pen. corr. Terent. *Vne chamberiere qui va apres sa maistresse.*
Ancillula, pedisequáque. Cic.
Virtutis pedisequæ sunt diuitiæ. Author ad Heren.
Peditatus, Vide P E D E S.
Pedo, pedas, pedâre, veteres pro Ire dixerunt.
Vineam pedare. Colum. *Eschalasser une vigne, Escharander.*
Pedatio, Verbale. Colum. *Eschalassement de vigne.*
Pedum, huius pedi. Virgil. *Vne houlete.*
Pessi, dicuntur medicamenta, quæ in vellere, naturalibus mulierum apponuntur. Cels.
Pessime, Pessimus, Vide M A L V S adiectiuum.
Pessulus, pessuli, pen. corr. *Vn verrouil, Vn coureau.*
Anus foribus obdit pessulum. Terent.
Pessum, Aduerbium. Plaut. *Droict en bas, Soubs les pieds.*
Pessum abire. Plaut. *Aller au fond.*
Pessum premere. Plaut. *Fouler aux pieds.*
Pessum ire. Colum. *Cheoir en bas, Aller au fond.*
Pessundo, pessundas, pessúndedi, pen. corr. pessúndatum, pessúndare, pen. corr. Terent. *Fouler aux pieds.*
Cuncta pessundare. Ouid.
Pessundare aliquem. Plaut. *Mettre au bas.*
Pessundare iracundiam. Plaut.
Pestis, huius pestis, fœm. gene. Plaut. *La peste.*
Malam quidem illi pestem. Cic. *Sa male mort, Sa male bosse, Ses males males.* Bud.
Abi in malam pestem, malúmque cruciatum. Cic. *Va te pendre.* Bud.
Pestes, pluraliter. Plinius, Multis etiam pestibus.
¶ Pestis. Terent. *Vn homme qui gaste les autres, ainsi que la peste les corps.*
Pestis maior non est in amicitiis, quàm, &c. Cic.
Amicitiæ nostræ pestis. Catul.
Pestis ac pernicies ciuitatis. Cicero.
Imperii pestes. Cic.　　Furia ac pestis patriæ. Cic.
Funesta Reipub. pestis. Cic.
¶ Acerba pestis. Virgil.
Adulta pestis, Vide A D O L E O.
Blanda pestis, luxuria. Seneca.
Capitalis pestis, Vide C A P V T.
Corporeæ pestes. Virgil.
Fluidæ contagio pestis. Lucan.　　Quæ ex sanie cadaueris fluente creabatur.
Gelidæ pestes. Lucan. Sic vocat serpentes pestiferas.
Improuisior, grauiórque pestis fuit. Tacit.
Insolita pestis. Seneca.
Noxia pestis. Lucan.
Numerosa. Seneca.
Sæua. Lucan.　　Vulcania. Sil. *Le feu.*
¶ Noua pestis adest. Ouid.
Auertere pestem. Cic.
Concepta æstu pestis, Vide C O N C I P I O.
Conferre pestem, Vide C O N F E R O.
Consumptus à peste, Vide C O N S V M O.
Depellere pestem. Virgil.
Toto descendit corpore pestis. Virgil.
Rapidam pestem diffundunt ignes. Sil.
Belli pestem euadere. Virgil.
Illigatus peste interimor. Cic.　　Importare pestem. Cic.
Incessit pestis. Columel.
Inuadit pestis in vitam hominum. Cic.
Latens ossibus pestis. Valer. Flac.
Pestem aliquam machinari in omnes. Cic.
Meditari pestem alicui. Virgil.　　Minitari pestem. Liu.
Tam detestabilis pestis nulla est, quæ non homini ab homine nascatur. Cic.　　Oppetere pestem. Plaut.
Pestilentia, pestilentiæ, Idem. Plin. *Peste, Pestilence.*
Senes minimè sentire pestilentiam. Plin.
Pestilentia Solis obscuratione contrahitur. Plin.
Graui pestilentia conflictari. Cæsar.
Annus infamis pestilentia, Vide I N F A M I S.
Vrentis pestilentiæ malum. Liu.
Oratio plena veneni & pestilentiæ. Catul.
¶ Abiit pestilentia, Vide A B E O.
Afferre pestilentiam, Vide A F F E R O.
Coorta pestilentia. Liu.
Pestilentiam facere valet quod egerit sus ægra. Columel.
Incidit pestilētia grauis in vrbē, Vide I N C I D O pe. cor.
Terrere animos pestilentia. Cic.
Pestilens, pe. corr. huius pestilentis, om. gene. cui salubre opponitur. Cic. *Pestilent, Pestilentiel, ou Pestilentieux, Qui cause & engendre la peste, Pestifere.*
Pestilentes & Salubres partes agrorum, contraria. Cic.
Africus pestilens. Horat.
Grauis & pestilens aspiratio. Cic.
Inuidia pestilens. Seneca.
Ventus horribilis atque pestilens. Catul.
Pestifer, pen. corr. Adiectiuum: vt Fulmen pestiferum. Fest. *Qui monstre ou signifie une peste aduenir.*
Taurorum sanguis pestifer potu. Plin. *Mortel, Pernicieux, Pestilentiel, Pestifere.*　　Aer pestifer. Claud.
Amor pestifer. Seneca.　　Aquæ pestiferæ. Vale. Flac.
Arma pestifera. Seneca.
Bellum pestiferum. Cic. *Guerre mortelle.*
Calor pestifer. Plin.
Ciues pestiferi. Cic. *Qui gastent les autres, Pernicieux à la ville.*
Pestifera exhalatio. Plin. *Pestilentieuse.*
Fames pestifera. Ouid.　　Gaudium pestiferum. Liu.
Ignis pestifer. Ouid.　　Manus pestifera. Ouid.
Crudelis & pestifer reditus alicuius. Cic.
A pestiferis & nocentibus rebus refugere. Cic.
Pestifer ac funestus Tribunatus. Cic.
Venter pestifer. Ouid.
Venenata & pestifera vipera. Cic.
Virus pestiferum. Ouid.
Vitia pestifera, luxuria, auaritia, crudelitas. Cic.
Pestiferus, pen. corr. Aliud adiectiuum, Idem: vt Sudor pestiferus. Cels.
Pestifere, penult. corr. Aduerbium. Cic. *Pernicieusement, A grand dommage & detriment d'autruy, Contre l'utilité d'autruy.*
Pestilitas, penult. corr. pestilitâtis, fœm. ge. Idem quod Pestis. Lucret.
Petasio, petasiônis, m. g. Varro. *Iambon, ou iambe de porceau, mesmement celle qu'on appelle espaule.*
Petaso, pen. corr. petasônis, m. g. Idem. Martialis.
Petasúnculus, pen. corr. Diminutiuum. Iuuenalis.
Petasus, pétasi, pe. cor. m. g. Plaut. *Vne forme de chapeau, ou bonnet ancien: ou selon aucuns, vne sorte de chaussure & brodequins.*
Petasâtus, pe. prod. Adiectiuum. Sueton. *Affublé d'une telle sorte de chapeau, ou bonnet: ou Chaussé d'une telle sorte de brodequins.*
Petaurum, huius petauri. Martialis. *Tout instrument de basteleurs, ou leur ieu.*
Petaurista, petauristæ, m. g. Varro. *Ioueur de soupplesses, Faiseur de soubresaults.*
Petesco, siue Petisco, Petesso. Vide P E T O, petis.
Petigo, pen. prod. petiginis, fœm. ge. Lucil. *Gratelle, Galle, ou Feu vollage.*
Petilius. Plin. *Vne fleur d'Automne à cinq fueilles de couleur diuerse,*

Rrr iii.

qui n'ha point de nom en François. Aucuns dient que c'est Oillet d'Inde, ou de Malte.

Petiolus, pen. corr. Diminutiuum est à pede. Nonius. *Vn petit pied.*

Petiolus. Colum. *La queue d'une poire & autres fruicts.*

Peto, petis, petiui, petitum, pe. prod. pétere. *Demander, Prier, Faire requeste, Requerir.*

Petere ab aliquo, & eum rogare. Cic.
Maiorem in modum peto atque contendo, vt, &c. Cic.
Precibus omnibus petere. Cæsar.
Precario aliquid petere. Liu.
Cupidè petere aliquid. Horat.
Cupidissimè aliquid petere. Cæsar.
Cupienter petere. Plaut. Statim petere. Cic.
Instanter petere. Plin. iunior.
Supplex te peto. Virgil.
Per amicitiam petere. Horat.
Habes tota quod mente petisti. Virgil.
Aliquid apertè petere. Cic.
¶ Æqua petere. Ouid. Auxilium petere. Terent.
Auxilium sibi per me à vobis petunt. Cic.
Petere auxilium contra aliquem. Cæsar.
Auxilium & vestras manus peto. Cic.
Beneuolentiam iudicis petere. Quintil.
Colloquium petere. Cæsar. *Demander a parlementer.*
Fidei commissum petere. Quintil.
Congressus alicuius petere. Virgil.
Consilium petere. Cic.
Petere diem colloquio. Liu. Exilium petere. Lucan.
Fauorem propensum petiit voce sollicita. Ouid.
Fidem pacis petiit. Ouid.
Certum voto pete finem. Horat.
Gratiam petere. Cæsar.
Hospitium requiémque peto. Ouid.
Mortem ardentiore studio petere. Cic.
Petere mutuum. Plaut. *Emprunter.*
Opem petere. Cic. Oracula petere à Deo. Cic.
Pacem passis manibus, & suppliciter petere. Cæsar.
Præmium petere. Cæsar.
Præsidium ab aliquo petere. Cic.
Requiem exiguam petit. Ouid.
Responsa petere à Deo. Plin.
Sanguinem & vitam alicuius petere. Cic. *Pourchasser sa mort*
Tempus inane peto. Virgil.
Veniam petere. Cæsar. *Demander pardon.*
Veniam petere errato. Cic. Virtutem petere. Horat.
¶ Petere alicui, pro Petere pro aliquo. Virgil.
Petere alicui dispensationem. Sueton.
Missionem militibus petere. Tacit.
¶ Consulatum petere. Cic. *Briguer & pourchasser a estre Cósul.*
Coniugium petere. Ouid. *Appeter & pourchasser.*
Decus & pretium petere. Horat.
Inde gloriam petiit. Plin. *De la il eut gloire.*
Honores petere. Q. Cic.
Imperium, ac summatum sibi petere. Lucret. *Cercher, Tascher a auoir, Pourchasser.*
Petit gemellus nuptias Maronillæ. Martial.
Præturam petere. Cic.
Principatum eloquentiæ petere. Cic.
Thalamos alicuius petere. Ouid.
¶ Petere somnum. Quintil. *Aller dormir.*
Amplexum alicuius petere. Virgil. *Aller embrasser.*
Vultu tacito petit oscula. Lucan.
Mortem petunt per vulnera. Virgil.
Iam Horatius cæso hoste victor secundam pugnam petebat. Liuius.
¶ Petere pœnas ab aliquo. Cic. *Cercher moyen de se venger, Demander ou pourchasser la vengeance.*
¶ Hæreditatem ex testamento petere. Cic.
Pecuniam non ex tabulis tuis, sed aduersariis petere. Cic.
¶ Sedes apibus, statióque petenda. Virgil. *Il fault eslire & prendre place pour les mousches.*
Petere cibum. Terét. Rogasse vellem, vnde mihi peterem cibum. *Ou il veult que ie prenne dequoy viure, Ou il veult que ie cerche ma vie.*
E flamma te petere cibum posse arbitror. Terent. *Tu es si poure, que ie pense que tu oserois bien prendre la viande du milieu de la flamme, Pour vn morceau de pain tu te ietteroys dedens le feu.*
Non vt ab his medicinam perpetuam, sed vt exiguam doloris obliuionem petam. Cic.
Argumentum hoc Epicurus à paruis petiuit. Cic. *A prins.*
Consilium à seipso petere. Quintil.
Delectatio sola ex his studiis petitur. Cic.
Exempla ex summorum hominum factis petere. Cic.
Longè petere exempla. Lucan.
Paulò longius exordium rei demonstrandæ petam. Cic. *Ie iray cercher le commencement de mon oraison vn peu plus hault, ou plus loing.*
Initium à natura petere. Cic. *Commencer.*
Laudem è macello petere. Cic. *Cercher d'estre loué.*
Originem summi boni à primo ortu ammantium petere. Cic. *Cercher la source du souuerain bien du, &c.*
A philosophorú scholis virtutis præcepta petere. Quintil.
Principia rei bene gerendæ à natura petere. Cic.
Risum ex aliquo petere. Quintil.
¶ Altè suspirium petere. Plaut. *Souspirer du profond du coeur, Aller querir vn souspir iusques au, &c.*
¶ Iura Cordubam petunt. Plin. *vont plaider a Cordube, Ils sont du ressort de Cordube.*
Petunt igitur in Elymæos arborem cupresso similé. Plin. *Ils vont querir iusques au pays des, &c.*
Petere aliquid in nubila. Plin. *L'aller querir iusques aux nuei.*
Volumina in Dardani sepulchrum petita. Plin. *Qu'on est allé querir iusques dedens son sepulchre.*
Petere aliquid ad Æthiopas vsque. Plin.
Vltra Phasidem amnem aliquid petere. Plin.
Trans mare aliquid petere. Plin. *L'aller querir par dela la mer.*
Ab India petere aliquid. Plin. *L'aller querir au pays, &c.*
Ex alieno orbe aliquid petere. Plin.
¶ Petere aliquem dextrâ. Virgil. *Luy tendre la main dextre.*
Petere blanditiis. Quintil. *Amadouer, Blandir, Papelarder.*
Aliquem literis petere. Cic. *Agacer, Prouoquer.*
Criminibus aliquem petere. Tacit. *L'accuser de crime.*
¶ Petere. Virgil. Liu. *Frapper.*
Petere. Cic. *Ruer coups sur aucun.*
Aera petere disco. Horat.
Capillos miseros vngue petis. Ouid.
Caput & collum petere. Cic.
Corpus petere ferro. Tibul. Genas petere vngue. Ouid.
¶ Petere iugulum. Cic. *Tuer.*
Malo petere aliquem. Virgil.
Pectora alicuius petere gladio. Ouid.
Saxis petor à populo. Ouid.
Petere aliquem telis. Liu. *Luy tirer quelque dard ou traict.*
Sacrilegæ telis me petiere manus. Ouid.
Vultus alicuius petere vnguibus. Horat.
¶ Petere aliquem. Cic. *Assaillir aucun auec violence.*
Bello petere vrbem aliquam. Virgil.
¶ Petere aliquem. Plancus Ciceroni. *Mettre gents en embusche contre luy.*
Fraude petere aliquem. Virgil.
Petere fraude, vel insidiis. Liu.
Petere insidiis vitam alicuius. Plin. *Espier de tuer aucun.*
Latrocinio vitam innocentissimi cuiusque petunt. Author ad Heren.
Veneficio aliquem petere. Author ad Heren. *Tascher a l'empoisonner.*
Vnum me petunt. Cic. *Ils n'en veulent qu'a moy.*
¶ Quem petit, & summis annixus viribus vrget. Virgil. *Lequel il suit.*
¶ Custodem in vincla petiuit. Virgil. *La mené en prison.*
Petuntur in vincula qui parentes suos non alunt. Quint. *On demande qu'ils soyent mis en prison.*
¶ Petere locum aliquem. Cic. *Aller en quelque lieu.*
Alium nauibus accessum iubet petere. Liu.
Raptim petit æquora campi. Lucret.

Classis petere altum visa est.Liu.
Altum flamma petit.Ouid.
Antrum immane petit.Virgil.
Summam petit arcem.Ouid.
Ardua petere.Stat. *Monter une montaigne.*
Arua aliena petere.Virgil.
Parnassus petit astra duobus verticibus. Ouid. *Va iusques au ciel.* Athenas petere.Cic.
Cælum petere.Plin. *Voler droict au ciel.*
Amnis volutus per saxa campum petit.Virgil.
Classe petebat Lacedæmona.Ouid.
Cursum alium petere.Cic. *Mener sa nauire par un autre lieu.*
Cursu petere deserta.Virgil. *S'encourir aux deserts.*
Cursu petere littora.Virgil.
Fugam petere.Liu. *S'enfuir.*
Fuga salutem petere.Cæsar. *Se sauuer par fuir.*
Ima petunt nebulæ.Virgil.
Lectum vacuum petit anxia.Ouid.
Loca secreta petere.Horat. Montem petiui.Virgil.
Remis ventisque petere locum aliquem.Virgil.
Romam petit fons ille.Plin. *S'en va & coule droict a Rome.*
Secretum petere.Plin.iunior. *Se retirer en quelque lieu a part.*
Sublime petere. Plin. *Tascher a monter.*
Supera petere.Cic. *Tendre & tirer tousiours en hault.*
Tecta diuersa petiere.Virgil.
Gressu petunt tentoria.Sil.
Vento petere vrbem aliquam.Virgil. *Y aller par nauigation a voiles.*
Petens, Participium: vt
Veniam in præteritum petens, quòd ei,&c. Tacit. *Demandant pardon.* Lucra petens. Tibul.
Turba saxis petens.Horat. *Frappant.*
Reiicere petentem.Ouid.
Petendus, Participium: vt Honos petendus.Propert.
Petitum, penult.prod. Prius supinum: vt
Ire petitum aliunde.Catull.
Petîtus, pen.prod. Participium. *Demandé, Frappé.*
Dies petitus tanto ambitu.Seneca.
Bellua petita ferro.Horat.
Præmia peccato petita.Ouid.
Puella petita meis votis.Ouid.
Requies mihi petita est.Ouid.
Spiritus petitus imo latere.Horat. *Un souspir venant, ou qu'on est allé querir iusques au profond, &c.*
Extra rem petita.Quintil.
Petitûrus, pen.prod. Particip. vt Lucra petiturus.Tibull.
Petitum, pen.prod. Substantiuum: vt Vtriusque petiti facta est copia.Catul. *On luy a accomplı ses deux requestes.*
Petîtus, penult.prod. Nomen substantiuum, pro petitione. Gellius. *Demande, Requeste, Petition.*
Petitio, Verbale, Idem.
Concedere petitioni, Vide CONCEDO.
¶ Petitio Consulatus.Q. Cicero. *Brigue pour estre Consul.*
Adornare petitionem Consulatus.Cic.
¶ Petitio.Cic. *Quand un homme combatant rue sur l'autre.*
Petitor, pen.prod. Aliud verbale.Cic. *Qui fait sa demãde en iugement contre aucun demandeur.*
Petitrix, pe.prod. huius petitricis, Aliud verbale fœ. Paulus iurisconsf. *Demanderesse.*
Famæ petitor.Lucan.
Petitorius, Adiectiuum. *Petitoire:* vt
Iudicium petitorium.Caius.
Petesco, petescis: siue Petisco, petiscis, petiscere. Lucret. *Demander fort instamment.*
Petesso, petessis, petessere, antiquum verbum, Idem quod Peto.Cic.
Petoritum, huius petôriti, pen.corr. Horatius. *Un chariot branslant.*
Petra, huius petræ. Pli. *Une pierre, Une roche, ou rocher, Un roch.*
Petrôsus, pen.prod. Adiectiuum.Plin. *Pierreux.*
Petricôsus, pen.prod. Aliud adiectiuum, Idem. Martialis.
Petroselinum, huius petroselini, pen.prod.Plin. *Persil.*
Petulans, pen.corr. petulantis, om.gen.Cic. *Un effronté qui tousiours heurte l'un, ou frappe l'autre, Mutin, Rebelle. Qui ne se peult tenir de mal faire a quelcun, Saffre, qui dit parolles meschantes & deshonnestes, & souuent impudiques, Petulant.*
Petulans & audax homo.Cic.
Petulans & improbus scurra.Cic.
Effuse petulans.Cic.
¶ Amentia petulans.Claud.
Audacia petulans.Claud.
Auris petulantibus scissa carbasus.Lucret.
Dictum petulans nullum in vita proferatur.Cic.
Vultu petulans elegia.Stat.
Petulans & furiosum genus dicendi.Cic.
Petulans & obscœnum genus iocandi.Cic.
Iurgium petulans.Cic.
Iuuentus petulans.Claud.
Lingua petulantissima consectari aliquem.Cic.
Verbis petulantibus vti.Ouid.
Petulãtissimis verbis lædere vnum, laudare aliũ. Sallust.
Petulantia, huius petulantiæ. Cic. *Mauuaistié d'un effronté, qui ne cesse de frapper l'un & heurter l'autre, & ne fait que mal, soit en faicts, ou en dicts, Petulance.*
Pudor & Petulantia, contraria.Cic.
Libido, petulantia, audacia.Cic.
Vxorem integram à petulantia alicuius conseruare. Cic.
Furorem & petulantiam hominis frangere.Cic.
Cauendũ est ne in petulantiã incidas. Cecinna Ciceroni.
Linguæ petulantia.Propert.
Conuitia petulantiæ.Quintil.
Petulantia pecoris Colum.
Petulantia ramorum. Plin. *Quand les branches d'un arbre s'estendent loing d'un costé & d'autre.*
Petulantia morbi, dolorisque exultantia.Gellius.
Petulanter, Aduerbium. Ouid. *Effrontement, Deshonnestement, Impudiquement, Petulamment.*
Iactare petulantius aliquid.Cic.
Petulanter inuehi in aliquem.Cic.
Inuadere petulanter in filiam alicuius.Cic.
Facimus petulanter, &c.Cic.
Viuere petulanter Cic.
Petulcus, Adiectiuum: vt Hœdi petulci. Virg. *Qui ne font que heurter les autres.*
Aries petulcus.Colum. Agni petulci.Lucret.
Petus, peti, Vide PAETVS.
Petulus, pen.corr. Diminutiuum.Cic.
Peucedanum, siue Peucédanus, pen.corr.Plin. *Une herbe croissant en Arcadie:* vulgo fœniculum porcinum.
Pexatus, Pexus, Vide PECTO.

P H

Phæcasius, phæcasii. Appianus. *Une sorte de souliers.*
Phæcasium, phæcasii, n.g. Idem. Seneca.
Phæcasiâtus, penult.prod. Adiectiuum. Seneca. *Qui est chaussé de tels souliers.*
Phagedæna, phagedænæ. Plin. *Une espece d'ulcere qui corrompt & mange les parties saines & prochaines.*
Phagedænicus, pen.corr. vt Vlcera phagedænica. Plin.
Phagus, Vide FAGVS.
Phalacrocorax, pen.corr. Plin. *Un corbeau d'eau, Un cormoran, Corbeau pescheret.*
Phalæ, Iuuenal. *Tours de bois.*
Phalanga, huius phalangæ, Vide PALANGA.
Phalangites, phalangitæ, pen.prod. Plin. *Une herbe qui ha la fleur semblable au lis rouge, la semence noire en figure d'une demie lentille, & n'ha point de nom en Francois.*
Phalangium, huius phalangii. Plin. *Une sorte d'arignee.*
Phalanx, phalangis, fœm.gen. Liu. *Une armee de huict mille hommes de pied.*
Animosa phalanx.Virgil.
Numerosa phalanx. Valer.Flac.
Perfringere hostium phalangem.Cæsar.
Phalangarii, Lampridius. *Qui estoyent de ceste armee.*
Phalangitæ, pen.prod. Phalangitarum. Liu. *Une armee de seize mille hommes de pied.*
Phalarica, phalaricæ, pen.corr. Virg. *Un instrument de guerre.*

Metuenda phalarica. Silius Ital. Vibrata phalarica. Lucan.

Phaleræ, pen.corr. phalerarum, fœ.g. Virgil. *Bardes de cheuaulx, Caparanson.*

Equestres phaleræ. Claudian.

Phaleris gaudet equus. Iuuenal.

¶ Phalera, phaleræ. Liu. *Ornement que portoyent les cheualiers & hommes d'armes & nobles.*

Factæ pulcherrimè phaleræ. Cic.

Nobiles phaleræ. Cic.

Donare aliquem phaleris. Cic.

Phaleratus, pen.prod. Adiectiuum. Sueton. *Bardé.*

Equus phaleratus. Liu.

Phalerata dicta. Terent. *Belles parolles, ou fardees, & phalerees.*

Phanaticus, phanatici, pen.corr. Cic. Vide Fanaticus in FANVM.

Phanaticus cursus. Liu. Phanaticus error. Horat.

Senex phanaticus. Iuuenal.

Phantasia, phantasiæ. Cic. *Vision, Fantasie, Imagination.*

Phantasma, huius phantasmatis, pen.corr. n.g. Plin. iunior. *Faulse vision & semblance, Vn phantosme, Faulse imagination, Illusion.*

Phanum, huius phani. Cic. *Vn temple,* Vide FANVM.

Pharetra, pharetræ, pen.corr. Virgil. *Vne trousse de flesches ou carquois.*

Capax pharetra. Ouid. Decora. Stat.

Grauida pharetra sagittis. Horat.

Habilis ad terga pharetra. Valer. Flac.

Insontes pharetræ. Stat. Leues pharetræ. Stat.

Picta pharetra. Ouid. Plenæ pharetræ. Ouid.

Resonans pharetra. Silius Ital.

Sæuæ pharetræ. Stat.

Sagittiferæ pharetræ. Stat.

Venatrices pharetræ. Claud.

¶ Aptare pharetras humeris. Stat.

Sagittam deprompsit aurata pharetra. Virgil.

Euersam ferre pharetram. Ouid.

Exhausta telis pharetra. Ouid.

Exuere pharetram humero. Ouid.

Fert pharetram humero. Virgil.

Gestare pharetram. Virgil.

Soluere pharetram. Ouid.

Pharetratus, penult.prod. Adiectiuum. Ouid. *Qui est garni de trousse ou carquois.* Miles pharetratus. Sil.

Pharias, phariæ, pen.prod. mag. Lucan. *Vne sorte de serpent.*

Pharmacum, huius pharmaci, penult.corr. Caius. *Toute drogue, bonne ou mauuaise, Vn bruuage de medecine.*

Pharmacopola, pen.prod. Horat. Cic. *Qui vend toutes drogues, Apoticaire, Celuy qui appreste les medecines.*

Phase, idem significat quod Pascha.

Phasellus, siue phaselus, pen.prod. Vide PHASELVS. Martial. *Vne sorte de nauire legiere, comme Galion.*

Epicopus phaselus. Cic. *Tout equippé & prest a partir pour nauiger.*

Fictiles phaseli. Iuuenal. Fragilis phaselus. Horat.

Picti phaseli. Ouid.

Phaseolus, phaseoli, pen.cor. qui & Phaselus, aut phasilus pen.prod. siue Paseolus vel pasilus dicitur. Colu. *Phasioles.*

Phaseolis vulgus antiquorum victitabat, quemadmodum nostrum vulgus fabis & pisis: vnde viles phaseolos vocat Virgilius.

Phaselinus, pen. corr. Adiectiuum: vt Phaselinum oleum. Plin. *Faict de phasioles.*

Phasianus, phasiani, penult prod. masc.g. Auis. Martialis. *Vn faisan.*

Phasiana, phasianæ. Plin. *Vne faisanne.*

Phasianarius, phasianarii. Paulus. *Vn faisannier, Qui nourrist des faisans.*

Phasma, phasmatis, pen.corr. neut.gen. Latinè apparitio dicitur, monstrum, visum. Phasma etiam fabula fuit cuiusdam Catulli. Iuuenal.

Phecasiatus, Phecasium, Phecasius, Vide PHAECASIVS.

Phellandrios, Herba. Plin. *Du phelandrion.*

Phenion, Herba quæ & Anemone dicitur. Plin.

Pheretrum, Vide Feretrum in FERO, fers.

Phiala, huius phialæ, pen. corr. Iuuenal. *Vn vaisseau d'or, ou d'argent a mettre vin ou eau, Vne phiole.*

Phiditia, phiditiorum. Cœnationes Lacedæmonii sic cõuiuia nominabant. Cic.

Philalethes, pen.prod. Latinè dicitur amator veri.

Philanthropos, pen.prod. Latinè humanus, id est amans hominis.

Philanthropos. Plin. *Vne sorte de gleteron qui s'attachent aux habillements de l'homme.*

Philargyria, philargyriæ, pen.corr. Auiditas argẽti, siue auaritia transfertur.

Philautia, philautiæ, pen.corr. Amor sui ipsius. Cic.

Phileteria, Herba. Plin. *Herbe que le vulgaire appelle faulsement ambrosee, saulge de bois.*

Philippeus, philippei, siue Philippus, philippi. Plaut. Horat. *Vne piece d'or dequoy on vsoit anciennement.*

Philocares, pe.cor. Herba quæ marrubiũ aliàs dicitur. Pli.

Philogræcus, Varro. *Qui aime a vser souuent de mots Grecs.*

Philogynia, pen. prod. Amor mulierum: Cicero mulierositatem appellat. *Quand on aime trop les femmes.*

Philologia, philologiæ, pen.corr. Cic. *Amour des lettres.*

Philologus, pen.corr. Cic. *Studieux, Amateur des lettres.*

Philomela, pen.prod. Ouid. *Vn rossignol.*

Mœrens philomela. Virgil. Flet philomela. Martial.

Philomusus, pen.prod. Martial. *Amoureux des muses.*

Philosophia, philosophiæ, pen. corr. Cic. *Amour ou estude de sapience, Philosophie.*

Ars vitæ, philosophia est. Cic.

Commentatio mortis, philosophia. Cic.

Mater omnium artium, donum & inuentum deorum, philosophia. Cic.

Mater omnium benefactorum, benéque dictorum, philosophia. Cic.

Medicina animi, philosophia. Cic.

¶ Frugifera & fructuosa philosophia. Cic.

Orba philosophia, Vide ORBVS.

Patrita philosophia, Vide Patritus in PATER.

Præpotens & gloriosa philosophia. Cic.

¶ Nobiles in philosophia. Cic.

¶ Auocare philosophiã à rebus occultis. Vide AVOCO.

Illustrare philosophiam Latinis literis. Cic.

Inchoare philosophiam. Cic.

Ingurgitare se in philosophiam. Gel.

Insinuare se in philosophiam. Cic.

Profiteri philosophiam. Cic.

Versari in antiquissima & nobilissima philosophia. Cic.

Philosophus, philosophi, pen.corr. Cic. *Studieux & amateur de sapience, Philosophe.*

Magistri virtutis, philosophi. Cic.

Scholæ philosophorum. Quintil.

Nobilissimus & clarissimus philosophus. Cic.

Nostrates philosophi, Vide NOSTER.

Philosophicus, pen.corr. Adiect. Cic. *Appartenant a philosophie.*

Philosophaster, philosophastri. *Qui fait du philosophe.*

Philosophor, pen.corr. philosopharis, philosophari. Cic. *Employer son estude à la philosophie, Philosopher.*

Philotheoros, pen.prod. Cic. *Addonné a speculation.*

Philtra, philtrorum. Ouid. *Poisons pour faire aimer.*

Pallentia philtra. Ouid. Thessala philtra. Iuuenal.

Philyra, philyræ, penul.corr. Horat. Plin. *Vne petite peau deliee comme parchemin, qui est entre l'escorce & le bois du tilleul, ou tillet, sur quoy les anciens escriuoyent.*

Phlebs Græcis, dicitur vena Latinis.

Phlebotomia, huius phlebotomiæ, pen.corr. *Saignee de veine.*

Phlebotomon, pen.corr. *La lancette a saigner la veine.*

Phlegma, huius phlegmatis, pen. corr. n.g. Latinè pituita dicitur. *Flegme, ou Fleume.*

Phlegmaticus, pen.corr. *Flegmatique.*

Phlegmone, phlegmones, pen.corr. Cels. *Vne inflammation, Vn flegmon.* Vide INFLAMMATIO.

Phlomos, Vide VERBASCVM.

Phoca, huius phocæ. Virgil. *Vn boeuf marin, Veau de mer.*

Deformes phocæ. Ouid. Magnæ phocæ. Ouid.
Immanes phocæ. Valer. Flac. Turpes phocæ. Virgil.

Phœniceus, Adiectiuum: vt Color phœniceus. Lucretius. *Toute couleur de rouge, ou pourpre, ou escarlate.*
Chlamys phœnicea. Ouid. Vestes phœniceæ. Ouid.

Phœnicopterus, phœnicopteri, pen. corr. m. g. Iuuenal. *Vne sorte d'oiseau qui ha les ailes rouges comme escarlate.*

Phœnix, phœnicis, dubii gen. Plin. *Vne sorte d'oiseau d'Inde.*
Viuax phœnix. Stat.

Phonascus, phonasci. Quintil. *Vn maistre qui apprend a chanter, & a bien prononcer.*

Phrasis, huius phrasis, fœm. gen. Eloquentiæ corpus, inquit Quintilianus, & dicendi modus.

Phrenes, dicuntur à Græcis præcordia, quæ exta nuncupant. Galenus.

Phrenitis, pen. prod. huius phrenitidis. *Frenasie.*

Phrenêsis, huius phrenêsis, pen. prod. f. g. Idem. Iuuenal.

Phreneticus, pen. corr. Martial. Cic. *Frenatique.*

Phronimos, pen. corr. Latinè prudens, consultus, & ingeniosus dicitur.

Phronêsis, huius phronêsis, pen. prod. f. g. Prudentia. Cic.

Phrygio, phrygionis, mascul. gen. Plin. *Brodeur, ou autre qui besongne a l'eguille.*

Phrygiânus, pen. prod. Adiectiuum: vt Phrygianæ vestes. Plin. *Faictes de broderie.*

Phthiriasis, penul. corr. fœm. gen. Latinis dicitur morbus pedicularis. Plin.

Phthisis, huius phthisios, fœm. gen. Columel. *Vlceration des poulmons.*

Phthongus, sonus Latinè dicitur: vnde Diphthôgus. Pli.

Phthorium, phthorii. Plin. *Tout medicament dont les medecins vsent pour faire sortir un enfant mort dedens le uentre de sa mere.*

Phu, herba. *Valeriene.*

Phy, Interiectio mirantis. Terent. *Vne voix d'admiration.*

Phylaca, phylacæ, pen. corr. Plaut. *Vne prison & conciergerie.*

Phylacista, phylacistæ. Plaut. *Geolier.*

Physeter, pen. prod. physetêris, pen. prod. m. g. Genus piscis marini, admirabili magnitudine. Plin.

Physis, fœm. gen. Latinè natura dicitur.

Physicus, pen. corr. Adiectiuum. *Naturel, ou Entendant les choses naturelles, Physicien.*

Physica, physicæ, penul. corr. Cic. *La science des choses naturelles, Physique, Philosophie naturelle.*

Physica, physicorum, neut. gen. *Liures qui traictent des choses naturelles.*
Ne physicorũ quidem ignarum oratorem esse volo. Cic.
In physicis totus est alienus Epicurus. Cic.
Explicare aliquid physicum. Cic.
Speculator venatorque naturæ physicus. Cic.

Physice, pen. corr. Aduerbium. Cic. *En homme qui entend les choses naturelles, Physiquement.*

Physiologus, physiologi, pen. corr. *Physicien.*

Physiologia, physiologiæ, penul. corr. Cic. *La science des choses naturelles.*
Rationem naturæ, physiologiam Græci appellant. Cic.

Physiognomia, physiognomiæ. *La congnoissance qu'on ha de la nature d'un chascun a le ueoir, Physionomie.*

Physiognômus, physiognômi, penult prod. vel Physiognômon, physiognomonis. Cic. *Qui fait profession de congnoistre le naturel des hommes a les ueoir, Physionome.*

P I

Piabilis, Piacularis, Piaculum, Piamen, Piator, Piatrix, Vide PIO.

Pica, picæ. Plin. *Vne pie.*
Pica loquax. Martial.

Picatus, Vide PIX.

Picea, piceæ. Virgil. *Vn arbre du genre du pin, qui n'est pas si grãd ne si droict qu'un pin, dont degoutte la poix rhesine.* Lugdunenses vocant *Vn pignet.*

Piceus, Pico, picas, Vide PIX.

Picris, huius picris, fœm. gen. Plin. *Vne sorte de laictue ou chicoree sauuage.*

Pictatium, Vide PYCTATIVM.

Pictor, Pictura, Vide PINGO.

Picus, huius pici. Plin. *Vn petit oiseau nommé piuert, ou picumart, ou pic.*

Pietas, pen. corr. pietâtis. Cic. *Le debuoir, ou l'amour & obeissance qu'on doibt enuers Dieu premierement, & apres enuers ses pere & mere, & enfants, & autres prochains, Pieté.*
Fundamentum virtutum omnium pietas est. Cic.
¶ Egregius pietate vir. Virgil.
Magnus pietate & armis. Virgil.
Potens pietate. Propert.
¶ Abundans pietate. Claud.
Honos pietatis. Virgil. Imago pietatis. Virgil.
Solennia pietatis. Tacit. *Funerailles faictes au pere trespassé, ou a la mere.* Notæ pietatis vir. Ouid.
Vmbra mendax pietatis. Ouid. Sancta. Seneca.
¶ Concors pietas. Ouid. Spectata. Ouid.
Ficta. Stat. Spreta. Catul.
Hilaris. Ouid. Trepida. Seneca.
Ignaua. Stat. Temeraria. Stat.
Mitis. Ouid. Velox. Stat.
¶ Adhibere pietatem. Cic.
Cauere pietatem, Vide CAVEO.
Colere pietatem, Vide COLO.
Colitur pietate propinquitas. Cic.
Pietas & sanctitas deos placatos efficit Cic.
Euertere pietatem. Lucret. Excidit pietas. Ouid.
Excitari pietate ad accusandum. Cic.
Frangi pietate alicuius Ouid. Victa iacet pietas. Ouid.
Læditur sæpe vultu pietas. Cic.
Monet pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare. Cic.
Præstanda pietas parentibus. Quintil.
Repletum pietate genus. Lucret.
Victa pietas cupidine ventris. Ouid.
Victa metu pietas. Ouid. Victa furore pietas. Horat.

Pius, Adiectiuum. Virgil. *Qui rend le debuoir a Dieu & a ses pere & mere cõme il appartiét, Qui aime & craint Dieu cõme il appartiét.*
Pius in parentes. Cic.
Piorum & impiorum deos rationem habere. Cic.
¶ Non secus in me pius, quàm pater in filios. Cic. *Qui m'a monstré aussi grande amitié, que fait le pere a ses enfants, Qui s'est monstré aussi bening & humain enuers moy, que, &c.*
Pius & castus amor. Quintil.
¶ Animæ piæ. Horat.
Aræ piæ. Seneca. *Sur lesquelles on n'offre point a Dieu sacrifice de bestes tuees, ains pieté de coeur & d'esprit.*
Causa pia corgit me. Ouid. Dextra pia. Horat.
Dolor pius & iusta iracundia. Cic.
Duellum pium. Liu.
Fraus pia. Ouid. Numina pia. Virgil.
Furtum pium. Seneca. Officium pium. Ouid.
Gens pia. Horat. Ore pio reposcere aliquid. Virgil.
Ingenium pium. Terent.
Labor pius. Ouid. Pax pia & æterna. Cic.
Lachrymæ piæ. Ouid. Populus pius. Lucret.
Lingua pia. Ouid. Preces piæ. Liu.
Manus pias scelerare. Virgil. Rem piã præstare. Ouid.
Mens pia. Ouid. Sacra pia. Ouid.
Militia pia. Ouid. Vota pia. Ouid.
Facto pius, & sceleratus eodem. Ouid *Qui tue sa mere en vengeance de la mort de son pere qu'elle auoit tué.*
¶ Piissimus, pen. corr. Curt.

Piè, Aduerbium. Terent. *En gardant le debuoir enuers Dieu & ses parens.*
Piè & humanè facere. Cic. Piè & amicè. Cic.
Iustè & piè accusare. Cic.

Piger, pigra, pigrum. *Paresseux, Faitard, Nice.*
Mane piger stertis. Pers.
Piger scribendi ferre laborem. Horat. *Paresseux a escrire.*
Ad literas scribendas pigerrimus. Cælius ad Ciceronem.
Piger ad nandum. Ouid.
Piger in re militari videbare. Cic.
Piger frigore. Ouid.

Militiæ piger. Horat. *Paresseux a la guerre.*
¶ Annus piger. Horat. *Long, qui dure beaucoup au gré de celuy a qui il ennuye.*
Bellum pigrum. Ouid. *Qui dure long temps.*
Bos piger. Horat.
Campi pigri. Horat. *Froids, Qui par leur froidure font les gens paresseux.* Familia pigra. Plaut.
Frigus pigrum. Author ad Heren. *Qui rend les gens paresseux.*
Gratia pigra. Ouid. *Tardiue, Quand on est trop long a secourir son ami en sa necessité.*
Hyems pigra. Ouid.
Humor piger. Columel. *Qui n'est point coulant, Eau croupissant.*
Piger lapsus. Columel. *Quand une eau coule lentemét, Pesant coulement.* Manus pigra. Ouid.
Moles pigra. Claud. *Pesante & qu'on remue malaisement.*
Obliuia pigra. Stat.
Palus pigra. Ouid. *De qui l'eau ne bouge.*
Quies pigra. Martial. Somno pigro torpere. Stat.
Senectus. Ouid. Vitia pigra. Claud.
Situs piger. Ouid. Vita pigra. Stat.
Vultus piger. Mart. *Triste, Visage qui n'est point gay & ioyeux.*
¶ Pigrior. Horat.
Arar pigerrimus. Silius. *Qui coule fort lentement & bellement.*
Pigrè, Aduerbium. Plin. *Paresseusement, Tardiuement, Nicement, Pesamment.*
Pigritia, pigritiæ. Cic. *Paresse, Niceté, Faitardise.*
Lenta pigritia. Martial.
Incutere pigritiam, Vide INCVTIO.
Pigrities, pigritiei, fœm. gen. Idem.
Pigrêdo, pigrédinis, & Pigritûdo, pigritúdinis, fœm. gen. & Pigritas, idem.
Pigror, pigraris, pigrari. Cic. *Estre paresseux.*
Scribere ne pigrere. Cic. *Ne sois point paresseux d'escrire.*
Pigresco, pigrescis, pigréscere. Plin. *Deuenir paresseux, Aller laschement.*

Pigeo, piges, pigui, pigêre. Frequentius tamen impersonaliter in tertiis personis. Plaut. *Estre marri & dolent d'auoir faict quelque chose.*
-obsecro, Nequid plus, minúsve faxit quod nos postea pigeat. Teren. *Dequoy nous nous repentions apres, A quoy nous ayons regret.*
Id non piget. Terent. *Il ne se repent point d'auoir faict cela, Il n'en est point marri.*
Nihil mihi tam parui est, quin me id pigeat perdere. Plaut. *Qu'il ne me face mal de le perdre, Qui ie ne le regrette.*
-te illud nullo modo Facere piguit. Terent.
Quærere non piguit, cur ego, &c. Cic.
Piget esse pium. Ouid.
¶ Piget, aliquando accusatiuum rei patientis cum genitiuo agentis regit. Terent. Num facti piget? *Pensez vous qu'il se repente de l'auoir faict?*
Vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat. Cicero.
Si affinitatis inter vos, si connubii piget. Liu.
Incœpti piget. Virgil.
Laborum actorum piget. Ouid. Piguit sceleris. Lucan.
Turpitudinis tuæ nonnullos pigêret. Cic.
¶ Induci ad misericordiam, ad pudêdum, ad pigendum. Cicero.
Pigendus: vt Error nulla parte pigendus. Ouid. *Duquel on ne se doibt point repentir ne estre marri.*

Pigmentum, pigmenti. Plin. *Du fard.*
¶ Pigmenta. Plin. *Les couleurs des peinctres.*
Aspersa temerè pigmenta in tabula. Cic.
¶ Pigmēta, per translationē, pro coloribus rhetoricis. Cic.
Pigmenta item per translationem dicuntur mendacia & fraudes. Cic.
Pigmentarius, pigmentarii, Qui pigmenta vendit.

Pignus, pignoris vel pigneris, pen. corr. n. gen. Vlp. *Gage sur lequel on nous accroist quelque chose, & proprement des choses mobiliaires. C'est aussi le gage qu'on met quand on fait une gageure.*
Dare pignus cum aliquo, Vide DO das. *Gager contre aucun.*
Ponere pignori. Plaut. *Bailler en gage, Engager.*
Obligare aliquid pignori. Vlp. *Engager, Hypothequer, Obliger.*
Pignori opponere. Terent. *Hypothequer & assubiectir a la prestation d'aucune rente, ou au payement d'aucune chose.*
Aratrum accipere pignori non licet. Quintil. *Prendre par execution.* B.
Domo, agrisque pignori acceptis. Tacit.
Pignora auferre. Cic. *Saisir les meubles d'aucun pour quelque contumace, Executer aucun en ses meubles.*
Capere pignus, Vide CAPIO.
Ablatis pignoribus aliquem coercere. Cic. *Contraindre par saisissement de ses biens.*
Accipere aliquid pignori. Pomponius. *Prendre en gage.*
Dare aliquid pignori. Vlpian. *Engager, Hypothequer.*
Habere aliquid pignori. Papinianus. *Auoir en gage.*
Liberare pignus. Pomponius. *Desgager.*
¶ Monumentum & pignus amoris. Virgil. *Signe certain & enseigne de nostre amour.*
Nullum erga me beneuolentiæ pignus atque indicium omisistis. Curtius.
Mutua pignora amoris. Sil.
Charitatis mutuæ pignus. Quintil.
Fidei pignus. Ouid.
Hospitii pignora. Curtius.
Pignus vocis. Ouid. *Promesse, Obligation & asseurâce de parolles.*
Miserabile pignus amoris parum fausti. Ouid.
Dare pignus. Ouid.
Petis certa pignora. Ouid.
Pignus tenemus sceleris. Seneca. *La preuue & tesmoignage ou certain indice de la meschanceté, L'espee par laquelle nous monstrerons clerement que c'est luy qui a commis le cas.*
¶ Pignora *Les enfans.* Ouidius, Dulcia sollicitæ gestabant pignora matres.
Communis filii pignus interceptum. Sueton.
Nepotes, chara pignora. Ouid.
Adscita pignora. Stat. *Enfants adoptifs.*
Gemino natarum pignore fultus. Stat.
Inauspicatum pignus sanguinis mei. Sene.
¶ Pignora iniuriæ, vitam & fortunas Cicero vocat obnoxias iniuriæ.
Pignus Reipub. Cic. *La seureté & gage.*
Duo pignora Reipublicæ. Cic. *Deux piliers de la republique.* B.
Magnis & multis pignoribus M. Lepidum Respub. obligatum tenet. Cic. Obses & pignus. Cic.
Affinitatis coniunctionem pignori fore ad confirmandas inimicitias putauit. Cic.
Mors mea pignus erit coniugii. Ouid. *Probation, Tesmoignage, Signe certain.* Pacis pignus. Ouid.
Libertatis Pop. Rom. pignus D. Brutum vocat Cicero.
¶ Pignus. Virgil. *Le gage qu'on met en ieu.*
Contendere pignore. Catul.
Pigneror, penul. corr. pignerâris, pignerâri. Deponens. Liu. *Prendre gage d'aucun, Prendre par execution, Exploicter, Executer.*
Mars ipse ex acie fortissimû quenque pignerari solet. Cic. *Les plus gentils compaignôs sont ceulx qui sont les premiers despeschez en la guerre, Mars a accoustumé de prendre & se saisir des plus gentils compaignons.*
Promisit singulis quindena sestertia: primus Cæsarum, fidem militis etiam præmio pigneratus. Sueton. *Obligeât a soy, &c.* Pignerati animi. Liu.
¶ Pignerare, Actiuum. Sueton. *Bailler en gage quelque chose, Engager.*
¶ Pignerare vestem alicuius. Iuuenal. *Exploicter, Executer, Prendre par execution.*
Pignerâtor, penult. prod. pigneratôris, Verbale. Cic. *Qui prend gage d'aucun.*
Pignoratio, pignoratiônis, Verbale. Caius. *Engagement.*
Pigneratitius, vel Pignoratitius. Adiectiuum: vt Res pigneratitia. *Chose appartenant au faict des gages & hypotheques, Chose engagee & hypothequee.*
Actio pignoratitia. Vlpianus.
Fundus pignoratitius. Pomponius. *Engagé, Hypothequé.*
Pigneratitius creditor. Vlp. *Qui ha gage & hypotheque.*

Pigresco, Pigror, pigraris, Vide PIGER.

Pila, pilæ, priore prod. Plin. *Vn mortier a piler quelque chose.*

¶ Pila. Plin. *Vn pilier.*

Pilæ lapideæ. Budæus. *Piliers, ou iambes de pierres, Piles.*

Pilæ. Vitruuius. *Des bastardeaulx, ou piles, ou moles, ou dygues, ou turcies qu'on fait en l'eau pour rõpre l'impetuosité du flot, & pour resister contre l'eau.*

¶ Pila, priore correpta. Plautus. *Vne pile, ou plote a iouer, ou esteuf.* Leuis pila. Ouid.

Terra pilæ similis. Ouid. Pila lusoria. Plin.

Iactus pilarum. Ouid. Velox. Horat.

Volubilis. Apul.

Pilam scitè ac diligenter excipere, & Aptè & expeditè remittere. Seneca.

Pila se exercere. Celsus.

Nec tibi mobilitas minor est, si fortè volantem
Aut geminare pilã iuuat, aut reuocare cadẽtem Ouid.

Pila ludere. Cic. *Iouer a la paulme.*

¶ Pila lanuginis. Plin. *Vne plote, ou ploton de, &c.*

Pilula, pilulæ, pen. corr. Diminutiuum. Plin. *Toute petite chose ronde comme un esteuf.*

Pilulæ. Plin. *Pilules, ou des ialets.*

Scarabeus qui pilulas voluit. Plin. *Crottes de cheual.*

Pilarius, pilarii. Quintil. *Iouëur de passe passe, ou de gobelets.*

Pilâtim, pen. prod. Aduerb. Vitruuius. *Par piliers & colomnes.*

Pilatus, Vide PILVM.

Pilentum, pilenti. Virgil. Liu. *Chariot branslant.*

Pileus, pilei, m. g. vel Pileum, n. g. Pers. *Vn chapeau, ou bonnet a couurir sa teste.*

Suta pilea de cæsis lacernis. Stat.

¶ Pileus, quandoque ponitur pro libertate. vnde legimus apud historicos ad pileum seruos fuisse vocatos: quod significat ad libertatem, cuius insigne est pileus. Liu.

Pileolus, Diminutiuum, vel Pileolum, penult. corr. Horat. Columella.

Pileâtus, penult. prod. Adiectiuum. Liu. *Couuert d'un chapeau, Affulé.*

Pilula, Vide PILA.

Pilum. pili, priore producta. Cic. *Vn iauelot a darder, inuenté par les Romains, que les gens de pied portoyent, & le lancoyent auant que mettre la main a l'espee.*

Aduigilantia pila regum somnis. Stat.

Catapultarium pilum. Plaut.

Curuata pila cuspide. Lucan.

Exesa pila rubigine. Virgil.

Agmina horrentia pilis. Horat.

Infixa tergis hostium pila. Liu.

Pila minantia pilis. Lucan.

Muralis pila, Vide MVRVS. Sæua. Stat.

Torquere pila. Lucan. *Darder tel iauelot.*

¶ Pilum. Plin. *Vn pilon, ou pestail a piler & broyer dedens un mortier.*

Pilâtus, pen. prod. Adiectiuũ. Vnde Pilata cohors. Martial. *Portant tel iauelot que dict est dessus, Embastonnee de, &c.*

Pilânus, penult. prod. Adiectiuum. Varro. *Qui vsoit de tel iauelot en la guerre.*

Pilus, pili, priore correpta. Plin. *Vn poil, ou Cheueul.*

Munitæ sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Cic.

Contrario pilo. Plin. *A contrepoil.*

Inordinatissimi pili, Vide INORDINATVS.

Pilus frequens nascitur. Celsus.

¶ Fruticante pilo neglecta & squalida crura. Iuuenal.

Ad pilum vlcera reducere, Vide AD præpositionem.

Vellere pilos caudæ equinæ Horat. *Arracher les poils.*

¶ Pili non facio. Cic. *Il ne m'en chault pas d'un cheueul.*

Pilo, pilas, pilâre. Afranius. *Produire du poil.*

¶ Pilare. Martial. *Arracher le poil.*

Pilôsus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Pelu, Qui ha force poil, Velu.*

Pilosiora folia. Plin. *Qui ont comme des petits poils.*

Pina. piscis, Vide PINNA.

Pinacotheca, pen. prod. Plin. *Le lieu ou on gardoit la vaisselle d'argent, la tapisserie, les tableaux de peincture, & autres ornemens, Garderobbe, Cabinet.*

Pinaster, Vide PINVS.

Pinea, Pinetum, & Pineus, Vide PINVS.

Pingo, pingis, pinxi, pictum, pingere. Plin. *Peindre.*

Pingere formam hominis. Cic.

Moris sanguineis pingit frontem. Virgil.

Pingere mero in mensa. Tibul.

Pingere humum variis floribus. Plaut. *Espandre sur la terre fleurs de diuerses couleurs.*

Iuuenile decus mihi pingere malas Cœpit. Ouid.

Membra pingere ferro. Claud.

Palloribus omnia pingunt. Lucret.

Indiscretæ pingere imaginis similitudines. Plin.

Tabulas pingere. Cic.

Tẽpora anni pingebãt viridantes floribus herbas. Lucret.

Tempora sutilibus pinguntur tecta coronis. Ouid.
Omnes res posteriores pono, atque operam tibi do. Plaut. *Ie laisse toutes autres choses derriere, & t'aide, Ie postpose toutes autres choses pour t'aider.*
Salus patriæ posterior illi suis commodis. Cic. *Il aime mieulx son prouffit, que le salut de la Republique.*
Suam salutem posteriorem salute communi ducere. Cic.
Posteriora & Superiora, veluti contraria. Cic.
Vitam, corpus, fortunas, rem familiarem vt hæc posteriora libertate ducere. Cic. *Estimer la vie, &c. moins que liberté, Estimer liberté plus que, &c.*
Facere posterius quod prius est ordine. Horat.
¶ Posterius & nequius isto nihil est. Cic.

Postrẽmus, penult. prod. Superlatiuum à Posterior. Sallust. *Tout le dernier.*
Primus & Postremus, contraria. Cic.
Non in postremis esse. Cic. *N'estre point des derniers.*
Cùm illa sequor, quæ paulò antè proposui, tum hoc non in postremis, de quo cœperam exponere. Cic. *Ie ne m'arreste pas peu.*

¶ Postremi homines, pro Nequissimis. Cic.
¶ Munus postremum mortis Catul.
Ad postremum. Plaut.
Vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. Cicero.
Posterius, Aduerbium comparatiuum. Plau. *Apres, Puis apres.*
Renuntio here futurum, vt sis sciens,
Ne tu posterius dicas, Daui factũ cõsilio aut dolis. Terẽ.
Iubet iste posterius ad se reuerti. Cic.
Posterius ista videbimus. Ci. *Nous y penserons une autre fois.* B.
Postrêmum, penult prod. Superlatiuum aduerbium vt Vltimum. Terent. Si id facis, hodie postremùm me vides. *Pour la derniere fois.*
Vt vestigium illud ipsum in quo ille postremùm institisset, contueremur Cic. *Dernierement.*
Dein cupido augendi pecuniam, postremùm obliuio patriæ. Tacit. *Finalement.*
Postrémo, pen prod. Aduerbium. Terent. *En fin finale, Finalement, A la parfin.*
Primum, præterea, postremó Terent.
Postéritas, pen. corr. posteritâtis. Cic. *Ceulx qui naistront apres nous, Nostre posterité.*
Omnium seculorum posteritas huius rei immemor non erit. Cic.
Memoria posteritatis. Quintil.
Infinita posteritas. Cic. Memor. Ouid.
Sera. Ouid.
In posteritatem, Vide IN præpositionem.
Postfero, pen. cor. postfers, postuli, postlâtum, postferre. Plin. *Mettre apres, Postposer.*
Libertati plebis suas opes postferre. Liu. *Auoir la liberté du peuple plus chere, que ses richesses.*
Postfuit, Sallust. Vbi periculum aduênit, inuidia atque superbia postfuere. *Ont esté mises arrieres.*
Postgeniti, pen cor. Posteri. Horat.
Posthabeo, pósthabes, pen corr. posthábui, posthábitum, pen. cor. posthabêre. Terent. *Mettre arriere, Postposer.*
-omnes posthabui mihi res, ita vti par fuit,
Postquam tantopere id vos velle animum aduerteram. Terent. *I'ay mis arriere toutes choses.*
Hoc honore me, multis posthabitis, affecistis, &c. Cic. *Apres en auoir refusé & passé plusieurs.*
Seria ludo posthabere. Virgil.
Samus posthabita. Virg. *Postposee, Moins estimee, Moins aimee.*
Colere aliquem posthabito altero Stat.
Posthac, Aduerbium. Terent. *Doresenauant, Ci apres.*
Posthac erimus cautiores Cic.
Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas. Virgil.
Scribam posthac ad te planius. Cic.
Posthinc, Aduerbium. Virgil. *Apres.*
Posthumus, pósthumi, pen cor. ma. ge. Ex post & humus compositum. Cic. *Qui est né apres la mort de son pere.*
Pósthumus, pen. corr. Adiectiuum: vt
Tua posthuma proles. Virgil. *Qui est a aduenir.*
Filius posthumus. Cic.
Posticum, postici, pen. prod. A post, & stando. Plaut. *L'huis de derriere d'une maison.*
Postico recedere. Horat. *Se desrobber, & s'en aller par l'huis de derriere.*
Posticulum, posticuli, pen. cor. Diminutiuum. Plaut.
Posticus, pen. prod. Adiectiuum. Liu. *Qui est derriere.*
Proripuit se postica parte palatii. Sueton.
Postica pars mundi. Plin.
Postica sanna. Persius. *Irrision & mocquerie qu'on fait a aucun en derriere.*
Postilena, postilénæ, pen. prod. A post, & stando. Plautus. *Vne croupiere.*
Post illa, Duæ dictiones in vnam coniunctæ per subunionem, Aduerbium est significans Postea. Plaut. *Puis apres, Depuis.*
Eum, qui mihi vendidit illã, nunquã post illa vidi. Plaut.
Tute scis, post illa quàm intimum Habeam te. Terent.
Postidea, pro Post id, seu Postea. Plaut.

Postis, huius postis, m. g. A post, & stando deducitur. Virg. *Le posteau d'un huis, auquel il est attaché & fermé.*
Aurati postes. Ouid. Fumosi. Sil.
Crassi. Plaut. Humiles. Ouid.
Ferrati. Horat. Improbi, Vide IMPROBVS.
Inuidendi postes. Horat. *Sur lesquels on peult auoir enuie, tant sont magnifiques & somptueux.*
Laureati postes. Quintil.
Nigri fuligine postes. Virgil. Saligni. Claud.
Resupinati. Claud. Superbi. Virgil.
¶ Altos disiecit postes Sil.
Excutere seram poste. Ouid.
Frangere postes. Tibul.
Parietibus, tectis & postibus meis bellum intulisti. Cic.
Emoti procumbunt cardine postes. Virgil.
Pulsare postes. Ouid.
Clauso poste se recepit. Stat. Rumpere postes. Senec.
Requiescunt postes. Propert. Tenere postem. Cic.
Vellere postes à cardine. Virgil.
Postliminium, postliminii. Paulus. Cic. *Vn droict par lequel ce que nous auons perdu en guerre, s'il est apres recouuert, redeuient nostre, tout ainsi que si nous ne l'eussions iamais perdu.*
Postmeridianus, pen. prod. Adiectiuum, quod & pomeridianus dicitur. Cic. *Qui se fait apres midi.*
Literæ pòstmeridianæ. Cic. *Escriptes apres midi.*
Scholæ postmeridianæ. Quintil. *Lecon d'apres midi.*
Tempus postmeridianum. Cic.
Postmodum, pen. corr. Aduerbium, Ex post & modum. Terent. Liu. *Apres, Puis apres.*
Póstmodo. pen. corr. Idem. Liu.
Postpono, postpônis, pen. prod. postpósui, postpósitum, pen. corr. postponere. *Postposer, Moins estimer.*
Natis suis postponere aliquos. Ouid.
Postponere honestum officium scorto. Horat.
Pudore postposito referre aliquid. Ouid. *Toute honte mise arriere.*
Omnia postposui, dummodo præceptis patris parêrem. Cic. *I'ay laissé toutes autres choses pour obeier, &c.*
Postprincipium, Verbum quo Varro apud Gellium vtitur. *Acheuement de quelque chose.*
Postquam, Aduerbium: vt Postquam audiui. Plaut. *Apres que ie l'eu ouy.*
-postquã ante ostiũ Me audiuit stare, approperat. Terent.
¶ Postquam, pro eo quod barbari dicunt, *Depostquã.* Plaut.
Huic homini nescio quid est mali, mala obiectũ manu,
Postquam à me abiit. *Depuis qu'il est parti d'auec moy.*
Abiennio Postquam hinc in Ephesum abii. Plautus. *Deux ans apres.*
Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularũ exaraui. Cic. *L'onzieme iour apres.*
Biennium iam factum est, postquam abii domo. Plautus. *Il y a ia deux ans passez que, &c.*
Hic annus sextus est postquam rei huic operam damus. Plaut. *Voici la sixieme annee que nous, &c.*
Postquã ad te venit, mensis hic agitur iã septimus. Terẽt. *Voici le septieme mois que, &c.*
¶ Postquam, pro Quoniam, apud Terentium, interprete Donato,
Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari. *Pourtant que, &c.*
Postremus, Adiectiuum: & Postremo, Aduerbium, Vide POSTERVS.
Postridie, Aduerbium Cic. *Le lendemain, ou Lendemain.*
Tãtum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, vt ubi necesse esset postridie vomere. Cic.
¶ Postridie, aliquãdo genitiuo iungitur. Cæsar, Postridie eius diei Cæsar præsidio, &c. *Le lendemain de ce iour la.*
¶ Accusatiuo. Cicero, Quæ postridie ludos Apollinares futura est.
¶ Postridie quàm tu es profectus, multa nocte veni ad Pompeium. Cic.
Postridianus, non dicitur.
Postriduo, dixit Plautus, pro Postridie.

Postuenio, póstuenis, pen.corr. postuéni, pen.prod. postuentum, postuenîre. Plin. *Venir apres.*

Postulo, póstulas, pen.corr. postulâre. Terent. *Demander chose honneste & conuenante, Requerir, Postuler.*

Vis ingenii & copia dicendi postulatur. Quintil. *Est requise.*

Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet? Terent. *Quoy? qu'il me l'oste par force & violence? La me veult il oster par force?*

Illud ab vniuersis postulo petóque, &c. Cic.

Omnia volo à me & postules & expectes. Cic.

Quum à me familiariter postularent, vt aliquid de ratione dicendi componerem, &c. Cic.

Postulo abs te vt mihi illum reddas seruum. Plaut.

Longiorem orationem causa forsitan postulat. Cic.

Me iam præsentem aduocatum postulauerunt, implorantes fidem meam. Plin. iunior.

Quod antea de colloquio postulasset. Cæs.

Postulare iudicium in aliquem. Cic.

Postulare fidem publicam. Cic.

Incipiunt postulare, poscere, minari. Cic.

Efflagitare, postulare, poscere. Cic.

Nos, liberósque nostros ita tueare, vt amicitia nostra, & tua fides postulabit. Cic. *Ainsi que, &c. le requiert.*

Rei militaris ratio atque ordo postulabat. Cæs.

Longius, quàm res postulat, repetita est. Cic.

Tempus postulat & necessitas. Cic.

¶ Postulare, Accusare, vt ait Donatus: & modò genitiuo, modò ablatiuo cum præpositione iungitur.

Postulabatur iniuriarum. Suet. *On l'accusoit d'iniures.*

Lege aliquem postulare. Cælius Ciceroni.

Quum Gabinium de ambitu vellet postulare. Cic.

Reum postulare. Plin. iunior. *Accuser aucun.*

Postulare seruos in quæstionem. Cic. *Requerir que le defendeur soit contrainct d'exhiber ses serfs pour sçauoir la verité d'iceulx par torture.*

Delationem nominis in aliquem postulare. Cic.

Iudicem postulare. Cic. Iudicium postulare. Cic.

¶ Postulari, Passiuum. Vlpianus.

Postulauit pro L. Scipione Asiatico, fratre, cùm contra leges, &c. Gell. *Feist requeste.*

¶ Postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur. Cicero. *On requist & demanda que, &c.*

Postulâtus, pen.prod. Participium.

Postulâtus, huius postulátus, pen.prod. Liu. *Requeste, Demande, Postulation.*

Postulâtum, postuláti, pen.prod. Idem. Cæsar.

Accipere & remittere postulata. Cic.

Postulata interponere, Vide INTERPONO.

Intolerabilia postulata. Cic.

Postulatio, Verbale, Idem quod Postulatus. Cæsar.

Æqua postulatio. Quintil.

Æqua & honesta postulatio. Cic.

Concessit postulationi tuæ Senatus. Cic.

¶ Postulationes decretæ Ioui. Cic. *Supplications, Processions.*

¶ Postulationibus vacare. Plin. iun. *Expedier les requestes.*

Respondere postulationibus, Idem. Sueton.

¶ Postulatio. Terent. *Plaincte, ou Complaincte qu'on faict a aucun d'un autre.*

Resistere postulationi alicuius. Cic.

Postulâtor, pen.prod. Verbale masc. Sueton.

Postulatorius, Adiectiuum. Seneca. *Postulatoire.*

Postulatitius, Adiectiuum. Seneca. *Postulé.*

Potatio, Potator, Vide POTO.

Pote, Vide POTIS.

Potens, Potenter, Potentatus, Potentia, Vide POSSVM.

Poterium, poterii, dicitur à Græcis, quod nos Poculum dicimus. Plaut.

Potessum, Potestas, Potestur, Vide POSSVM.

Potio, potionis, fœm.gen. Vide POTO.

Potior, & hoc potius, Comparatiua, Vide POTIS.

Potior, potîris, pen.prod. potitus sum vel fui, potiri, à Potis deducitur. *Venir au dessus de quelque chose, En estre rendu & faict iouissant.* Apud poetas in quibusdam personis interdum inuenitur tertiæ coniugationis. Virgil.

Tenere & potiri. Cic.

¶ Genitiuo aliquando iungitur: vt Potiri hostium. Plaut. *Estre victorieux de ses ennemis. C'est aussi tomber entre les mains de ses ennemis, & estre prins par eulx.*

Cui fatum foret vrbis potiri. Sallust. *Se faire seigneur.*

Potiri voluptatum. Cic. *Auoir la iouissance de ses plaisirs.*

Atheniensium potiti sunt Spartiatæ. Author ad Heren.

Potiri regni. Cic.

Potiri rerum. Cic. *Estre Roy & maistre sur touts, Se faire seigneur sur une nation, Auoir le gouuernement de tout.*

Dominari, & rerum potiri. Cic.

¶ Accusatiuo. Plautus, Fortiter malum qui patitur, idem pòst potitur bonum. *Il ha du bien apres auoir enduré du mal.*

Laborem potiri. Plaut. *Endurer du mal.*

Miseriam omnem capio, hic potitur gaudia. Terent. *I'ay tout le mal, & cestuy tout le bien & le plaisir.*

¶ Ablatiuo. Cicero, Qui bello potiti sunt. *Qui ont gaigné quelque chose a la poincte de l'espee.*

Præsentibus ita potitur, vt animaduertat quanta sint ea, quámque iucunda. Cic. *Il iouist du bien present en telle sorte que, &c.* Amore potiri. Ouid.

Auso potiri. Virgil. *Venir a chef d'une hardie entreprinse.*

Corpore & armis potiri. Virgil.

Potitur capta domo. Ouid.

Gaza omni Macedonum potitus est Paulus. Cic.

Lachrymis alicuius potiri. Stat.

Optatis potitur. Valer. Flacc. *Il iouist de ses desirs.*

Sceptris potiri. Virgil. Spoliis potiri. Virgil.

Thalamis petitis potiri. Ouid.

Vellere Graio vi potitur. Valer. Flac. *Il conquist par force la toison d'or.* Voto potiri. Ouid.

¶ Potior, in præsenti tēpore, plerunq; pro Fruor. Cicero, Quòd si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus: deinde iis quibus senectus, etiā si non abūdè potitur, non omnino caret. Pro eodem posuit Fruitur & Potitur.

Potiens, Participium. Cic.

Potis, & hoc pote, potior, potissimus, Integrum est, authore Donato, pro Bonus, melior, optimus, & quasi Potens, potentior, potentissimus. Virgil. *Qui peult.*

Neque ferri potis est. Terent. *On ne le sçauroit endurer.*

Nec potis est dulces musarum expromere fœtus. Catul. *Il ne peult.*

Potior sit, qui prior ad dandum est. Terent. *Soit de meilleure condition, Plus aduantagé.*

Ciues potiores sunt quàm peregrini: & propinqui quàm alieni. Cic.

Iudicabit nulla ad legendum his esse potiora. Cic. *Qu'il n'y a chose plus digne d'estre leue, ne meilleure a lire.*

Plus pollere, & potiorem esse. Cic.

Æra potiora auro. Stat. *Meilleurs que, &c.*

Mors ciuibus Romanis semper fuit seruitute potior. Cic.

Honesta mors turpi vita potior. Tacit.

Pars potior. Quintil.

Prudentia potior acri dextra. Valer. Flaccus. *Prudence vault mieulx que force.*

Sententia potior. Horatius.

Nihil mihi potius fuit, quàm vt Masinissam conuenirem. Cic. *Ie n'eu chose si hastee, que de, &c. Ie n'eu chose plus recommandee, que de, &c. La premiere chose que ie feis, ce fut, &c.*

Ducere potiora, quæ ad sapientiam spectarent. Cicero. *Estimer le plus.*

Cura potissima. Stat. *Le principal soing.*

Potissima nobilitas datur peculiaribus atque vernaculis Italiæ. Plin. *On leur donne le pris, & les estime on le plus.*

Potissimum opus. Plin. iunior. *Le meilleur de touts les autres.*

Quod est potissimum. Quintil. *Qui est le principal & le meilleur, & le plus fort.*

¶ Pote, pro Potis, id est possibile, accipitur metri causa. Propertius.

Potius, potissimùm, vel potissimè, Aduerbia. Plautus, Abeo

potius. *I'aime mieulx m'en aller, Ie m'en iray plus tost que d'estre batu, Ie m'en iray aincois.*
Nunquam quisquã illam habebit potius, quàm ille quem ego volo. Plaut. *Deuant cestuy que, &c.*
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm istorum obscuram diligentiã. Terentius. *Plus tost que, &c.*
Nescio quid expediam potissimum. Plautus. *Le premier & principalement.*
Ex consularibus te creauit potissimum. Cic. *Par dessus touts autres, Comme le plus suffisant.*
Potissimè, Idem. Plaut.
Potito, Vide POTO.
Poto, potas, potâui, potâtum: vel potus sum, potum, potâre. *Boire.* Poturæ te Nile grues. Lucan.
Apud me potaturus est. Terent.
Aquam potare galea. Tibullus.
Flumina limosa potat. Ouid. Merum potare. Martial.
Totos dies potare Cic. *Yurongner.*
De medio potare die. Horat.
Arbores vina potare docuimus, inquit Plinius. *Quand on les arrouse de uin.*
Quinis lana potat horis, rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Plin.
¶ Potor, potâris, Passiuum. Plin.
¶ Dare potatum. Columel. *Bailler en bruuage.*
¶ Voluptate potandi fruatur aliquis. Cic.
Potans, Participium. Cic.
Vellera potantia succum Aquinatem. Horatius. *Laine qu'on teind en couleur de pourpre.*
Potandus, pen. prod. Aliud participium. Ouidius, Parant potanda vina ministri.
Potâtus, pen. prod. Aliud particip. vt Potata aqua. Plin. *Beue.*
Potâtor, pen. prod. potatôris. Plaut. *Yurongne, Beuueur.*
Potátio, potatiônis, Verbale. Plaut. *Beuuerie, Potation.*
Potus, Participium, actiuè & passiuè accipitur.
Actiuè. Ouidius, Senem potum pota trahebat anus. *Vne uieille yuresse menoit un uieillard yure.*
Domum bene potus, seróque redieram. Cic. *I'auoye bien beu, Bien abbreuué.*
¶ Passiuè. Ouidius, Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. *Beues.*
Sanguine tauri poto mortuus concidit Themistocles. Cic.
Potûrus, penult. prod. Aliud participium: vt Terra potura cruores. Stat.
Potus, huius potus. Plin. *Le boire, La boisson, Bruuage.*
Serpentes exiguo indigent potu. Plin. *Ne boyuent gueres.*
Potus lactis herbidus. Plin. Immoderatus potus Cic.
Inexplebilis potu, Vide INEXPLEBILIS.
Potui dare medicamentum. Cels.
Potio, potionis, pro Potu & potatione. Valer. Max.
Multo cibo & potione completi. Cic.
Cibo, potionéque, fames, sitísque depulsa est. Cic. *La faim & la soif a esté estanchee par manger & boire.*
Libata gustu potio. Tacitus. *Bruuage dont on a faict l'essay.* Budæus.
Vsitatæ potiones. Horat.
Dulciculæ potionis scutellam dare. Cic.
Potio medicorum. Plaut. *Bruuage, Potion.*
Efficaces potiones ad id. Cels.
In media potione, Vide MEDIVS.
Mortifera potio. Quintil.
¶ Accipere potionem. Quintil.
Adiicere potioni, Vide ADIICIO.
Bibere potionem. Quintil. Dare potionem. Quintil.
Sumere magnam potionem. Cels.
Sustulit mulierem prima potione medicus. Cic.
Potor, potôris, pen. prod. Idem quod Potator. Plin.
Aquæ potores. Horat.
Acer potor, Vide ACER Adiectiuum.
Potorius, Adiectiuum: vt Ampulla potoria. Martial. Plin. *Qui sert a boire.*
Potulentus. Sueton. *Qui a bien beu.*

Pótito, pótitas, pen. corr. potitâre, Frequentatiuum. Plautus, Qui potitare solitus est patera aurea.
Potiôno, potiônas, pen. prod. potionâre. *Bailler un bruuage.*
Potiônor, pen. prod. potionâris, potionâri, Passiuum. Suetonius, Potionatus à Cesonia vxore. *Empoisonné par un bruuage que Cesonia luy bailla.*

P R

Practicus, Adiectiuum, Vide PRAXIS.
Præ, Præpositio, ablatiuo casui seruit, & significat Ante. Liuius, Præ se armentum agens. *Deuant soy.*
Aliquando absolutè ponitur. Terentius, I præ, sequar. *Va deuant, ie te suiuray.*
¶ Præ, comparationem aliquando inducit: vt Præ nobis beatus videris. Cic. *Au pris, ou Au regard de nous.*
Omnia sibi pòst putauit esse præ meo commodo. Terent. *A la comparaison de mon prouffit, il n'a tenu compte de chose plus que de mon prouffit.*
Omnium minas, atque omnia pericula præ salute sua, leuia duxerunt. Cic. *Pourueu qu'ils eussent la uie saulue.*
Veros illos præ se penè agrestes putat. Cic. *Au pris de soy.*
Videtis vt omnes despiciat, vt hominem præ se neminem putet. Cic.
¶ Præ multitudine. Cic. *De grande abondance.*
Præ ira. Liu. *De grande ire qu'il auoit.*
Non mediusfidius præ lachrymis possem reliqua nec cogitare, nec scribere. Cic. *D'abondãce de larmes, ou Pour l'abondance des larmes.*
¶ Præ se ferre, *Monstrer par son uisage & par sa mine ou contenance sa fantasie & affection, Porter la mine d'auoir quelque chose.* Quintilianus, Fiduciam igitur præ se ferat orator. *Qu'il porte semblant, & contenance asseuree.*
Meis comitiis vocem viuam præ vobis, indicè vestrarum erga me voluntatum tulistis. Cic.
Præ me tuli, me nihil malle, quàm pacem. Cicero. *Ie monstray que, &c.*
Præ se gerere, Idem quod Præ se ferre. Cic.
¶ Præ te. Plautus, Sanus si sim, præ te medicum mihi expetam. *Vn autre medecin que toy.*
¶ Res omnes relictas habeo præ quod tu velis. Plautus. *Ie delaisse toutes autres choses, fors celle que tu ueulx.*
-hoc pulchrum est
Præ quàm vbi súptus petũt. Plaut. *Plus beau que quand, &c.*
Nihil hercle hoc quidem præ vt alia dicam. Plaut. *Au pris, ou au Regard de ce que ie diray.*
¶ Præ formidine. Plaut. *De grand paour que i'auoye.*
Præ gaudio vbi sim, nescio. Terent. *De grand ioye que i'ay.*
Præ manu, vel Præ manibus, Vide MANVS.
Præacutus, pen. prod. Adiectiuum. Cæs. *Fort agu.*
Præacuta asperitas. Plin. Cuspis. Ouid.
Bipennis. Plin. Præacutus scopulus. Plin.
Præaltus, Liu. *Fort profond, ou Fort hault.*
Præaltus alueus. Liu. Præalta rupes. Liu.
Præbeo, præbes, præbui, præbitum, pen. corr. præbêre, Ex præ & habeo compositum, abiectis a & h. *Donner, Bailler.*
Præbere & impertire se. Cic.
Præbere de manu cibos. Columella.
Accessum præbere. Liu.
Alimenta furori præbere. Ouid.
Animum ad rerum euentum lenissimum præbere. Cic.
Appetitum rationi obedientem præbeamus. Cic.
Aurem præbere. Plin. iunior. *Escouter, Prester l'oreille.*
Aures conuitiis. Liu. *Endurer & escouter oultrages.*
Auxilium. Plin. *Donner aide & secours.*
Præbueram sceleri brachia nostra tuo. Ouid.
Casum pugnæ præbere. Tacit.
Causam. Liu. *Bailler occasion.*
Ceruices. Cic. *Presenter le col, S'offrir a la mort.*
Cibum alicui. Lucret. Collum cultris. Iuuenal.
Copiam verborum populo præbebat. Cic.
Corpora præbemus plagis. Ouid.
Curam præbere. Liu. *Mettre en soulci.*
Domum alicui. Horat.
Præbet errorem, quòd eiusdem nominis vrbs inter Cære

atque Veios fuit. Liu. *Cela fait faillir, que, &c. Cela est cause de l'erreur, que, &c. L'erreur vient de, ou Cela donne occasion d'errer.* Honorem præbere. Plin.
Imaginem antiquitatis Senatui præbebat. Tacit.
Indignationem præbere. Liu. *Estre cause d'une indignation.*
Iter. Colum.
Iusta. Cic. *Bailler ce qui est iustement & raisonnablement ordonné & constitué.*
Iusiurandum alteri præbere. Plin. iunior.
Creta serpentibus præbet latebras. Virgil.
Locum peccandi præbere. Colum. *Bailler occasion de pecher.*
Non possum satis narrare quos ludos præbueris intus. Terent. *Quels passetemps tu as baillé, Combien tu t'es faict mocquer de toy.*
Lumen præbere dicitur fenestra. Varro. *Donner clarté.*
Manus verberibus. Ouid.
Materiam. Liu. *Donner occasion.*
Materiam præbere suo damno. Ouid.
Materiam igni præbere. Liu.
Metum. Liu. *Faire paour, ou peur.*
Miraculum. Plin. *Donner occasion d'esbahissement.*
Munimenta. Cæsar. *Seruir de defense.*
Nomen. Tacit. Nudus tibi præbeor. Ouid.
Notitiam. Lucret. Operam præbere. Plaut. *Aider.*
Suo sumptu operam Reip. præbere. Liu. *Seruir a la Republique a ses despens.*
Vt modestè orationem præbuit. Plaut. *Qu'elle a parlé modestement.*
Os tacitum alicui præbere. Cic. *Presenter son visage aux coups, ou a iniure sans dire mot.* Vide os, oris.
Os præbere ad contumeliam. Liu.
Os præbere ad malè audiendum. Cic. *Se laisser dire oultrage a son nez.*
Pabula præbere. Lucret. Pectora præbent ferro. Stat.
Perfugium & solatiû aduersis rebus præbent studia. Cic.
Pigneranda pœnæ præbere bona. Liuius. *Laisser ses biens a l'abandon de la iustice pour les confisquer.*
Prandium alicui præbere. Cic. *Luy bailler a disner.*
Se præbuerant ferro patienter & igni. Ouid.
Strenuum hominem præbuit. Terent. *Il s'est monstré vaillant homme.*
Seruum haud illiberalem præbes te. Terent.
Se æquum præbere. Cic. *Faire droict & raison a autruy, & ne luy estre point rigoureux.*
Se æquabilè præbere. Cic. *Estre tout un quelque qu'il vienne, Se tenir tousiours en un estat, & de mesme sorte.*
Se attentum auditorem præbere. Cic. *Estre attentif auditeur.*
Authorem se præbet palàm classi. Hoc est, ducem. Tacit.
Me libenter præbeo credulum. Cic. *Ie croy facilement ce qu'on me dit.*
Dignum se suis maioribus præbere. Cic.
Se docilem præbere. Cic. *Estre docile.*
Se duriorem alicuius afflictæ fortunæ præbere. Cic. *Se monstrer rude.* Nimium se exorabilem præbere. Cic.
Se facilem præbere dicitur res aliqua. Plinius. *Estre aisee & facile.*
Se alicui facilem præbere. Cic. *Luy accorder voluntiers & facilement ce qu'il demande.*
Se facilem præbere in hominibus audiendis, admittendisque. Cic. *Ouir voluntiers, &c.*
Gratum se de bene meritis præbere. Cic.
Se iudicem acrem præbere. Cic. *Iuger virilement, & ne rien espargner.* Lenissimum se præbere. Cæsar.
Ministros se præbent oratoribus infimi homines mercedula adducti. Cic.
Misericordem in re, in testimonio religiosum se præbere. Cic.
Moderatum se in aliqua re præbere. Cic.
Obsequentem se præbere. Seneca.
Os præbere ad contumeliam, Vide os, oris.
Patientem & impigrum se præbere. Cic.
Placabilem se alicui præbere. Cic.
Quoquomodo se in ea quæstione præbebat, tamē in consilio, &c. Cic. *En quelque maniere qu'il se portast & maintenist en ceste, &c.*
Spectatores se otiosos præbere alicuius calamitatis. Cic.
Superbum se præbuit in fortuna, quam putauit nostram fore. Cic.
Vegetum acrémque ad aliquid agêdum se præbere. Cic.
Se virum præbere in re aliqua. Cic. *Se monstrer homme.*
Silentia præbent somnum. Ouid.
Sonitum præbere. Liu. *Faire bruit.*
Gladii speciem præbet caule duûm cubitorum. Plin. *Il semble d'un cousteau, Il ressemble a, &c.*
Speciem extinctæ animæ præbere. Plin.
Erroris speciem haud vanam mendacio præbuerant verberati. Liu. *Ceulx qui auoyent esté batuz de verges, auoyent donné grande occasion d'errer a ceulx qui mentoyent.*
Speciem triumpho præbere. Liu. *Decorer le triomphe, & le rendre de grande monstre.*
Spectaculum lætum. Liu.
Spem. Liu. *Donner esperance.*
Spiritum vitalem & salutarem præbet animantibus aer temperatus. Cic.
Sponsalia alicui præbere. Cic. *Faire le banquet de ses espousailles, ou fiançailles.*
Sumptus præbetur mihi ex re auita. Horat.
Præbuit illa arbor misero suspendia collo. Ouid.
Suspicionem præbere. Tacit.
Tempora mollia præbuerunt mihi. Ouid.
Terga præbere. Tacit. *S'enfuir.*
Terrorem. Liu. *Faire frayeur, Effrayer.*
Tyrannum aut altum quemuis præbere. Cic. *Se maintenir & faire le faict d'un tyrant.*
Rima patet, præbétque viam lethalibus vndis. Ouid.
Hastarum vicem præbent additis cuspidibus. Plin. *Seruent de, &c.*
Vim glutini præbet. Plin. *Il ha la force de glu.*
Hyems præbebat vires fluuio. Lucan.
Baculorum vsum senectuti præbet. Plin. *Sert de baston aux vieilles gents.*

Præbitus, pen. corr. Participium. Colum. *Baillé & donné.*

Præbenda, præbendorum: vt
Conducere præbenda Magistratibus. Gell. *C'estoit prendre la charge de prouuoir & fournir aux Magistrats allâts dehors de tout ce qui leur falloit.*

Præbitor, pen. cor. præbitôris, Verbale. Cic. *Qui baille & fournist autruy, Bailleur, Fournisseur.*

Præbitio, præbitiônis, Aliud verbale. Vlp. *Baillement.*

Præbitere, pro Perire, vsurpauit Plautus.
Præbitere item dixit Plautus, pro Præterire.

Præcaluus. Sueton. *Chauluε par deuant.*

Præcantatio, præcantatiônis, Verbale à Præcantando. Quintil. *Enchantement.*

Præcantrix, præcantrîcis, pen. prod. f. g. Varro.

Præcanus, pen. prod. Adiectiuum. Horat. *Qui est chenu deuant qu'estre vieil.*

Præcarus, pen. prod. Adiectiuum. Terent. *Fort cher.*

Præcaueo, præcaues, pen. cor. præcaui, pen. prod. præcautum, præcauêre. Cæsar. *Se donner de garde, Prouuoir a quelque chose qu'elle n'aduienne.*
Ab insidiis præcauere. Liu.
Ab ira & impetu multitudinis præcauere. Liu.
Præcauere peccata. Cic.
A me ita præcautum, atque ita prouisum est, vt, &c. Cic.
Astutia ad præcauendum. Cic.

Præcauens, pen. cor. Participium. Cic.

Præcautus, Participium: vt Prouisa & præcauta res. Cic.
Præcauto opus est. Plaut. *Il se fault donner de garde.*

Præcautor, præcautôris, Verbale. Plaut. *Qui garde que quelque dommage ne se face.*

Præcedo, præcêdis, pen. prod. præcessi, præcessum, præcêdere. Plin. *Aller deuant, Preceder.*
Agmen præcedere. Virgil.
Præcedere, per translationem. Plaut. *Estre plus excellent, Surmonter, Surpasser, Oultrepasser les autres en quelque chose.*

Præcedere authoritate, sapore, suauitate, & similibus. Plin.
Armorum decus præcedere actis forensibus. Ouid.
Famæ priscæ titulos præcedere. Stat.
Præcedere in re aliqua. Plin.
Longè præcedere. Quintil.
Præcédens, pen. prod. Participium. Horat. *Qui va deuant, Precedant.*
Præceler, pen. corr. præcéleris, & hoc præcélere, pen. corr. Plin. *Fort soubdain & legier.*
Cuncta præceleri pernicitate peragens. Plin.
Viri præceleres. Stat.
Præcélero, præcéleras, pen. corr. præcelerâre. Stat. *Se haster & aller deuant.*
Præcello, præcéllis, præcéllui, præcelsum, præcéllere. Plin. *Estre plus excellent, Surpasser.*
Mobilitate præcellere. Lucret.
Robore mentis præcellere. Sil. *Surmonter.*
Præcellere alicui, pro Imperare & dominari. Tacit.
Præcellens, Adiectiuum. Plin. *Fort excellent.*
Videmus Virgilium præcellentissimum vatem. Plin.
Omnibus rebus præcellentissimus vir. Cic. *Tresexcellent en toutes choses.*
Præcelsus, Adiectiuum. Cic. *Fort hault, ou Tres hault.*
Moles præcelsæ. Stat.
Rupes præcelsa. Virgil. Fortuna. Stat.
Præcentio, præcentionis, Vide PRAECINO.
Præceps, præcipitis, pen. cor. om. g. A præ & capio componitur. Martial. *Qui fait tout sans consideration, & a l'estourdi, Trop hastif, Temeraire.*
Præceps in auaritiam & crudelitatem animus. Liu. *Fort enclin a l'auarice.*
Præceps ingenio in iram. Liu. *Vn homme naturellement chauld, & ireux.* Amentiâ præceps aliquis. Cic.
Consiliis omnibus præceps & deuius homo. Cic.
Præceps animi, Figuratè. Virgil. *Estourdi, Soubdain.*
¶ Præceps. Virgil. *Soubdain & hastif.*
Quo iure, quáque iniuria, præcipitem me in pistrinum dabit. Terent. *Soit a tort ou a droict, il me iectera soubdain au moulin.*
In præceps. Virgil. *En bas, Contre bas.*
Ad pœnam exitiúmque præceps. Cic.
In omnia præceps. Lucan.
¶ Præceps, pro Temerario: vt Consilium præceps, & Cogitatio præceps, apud Suetonium. Bud.
Remedium præceps. Curtius. Id est, temerarium. Bud.
¶ Ex præcipiti ægrum leuare. Horat. *D'un grand danger.*
Petere aliquid ex præcipiti. Ouid.
In præcipiti est ægrotus. Celsus. *Le malade est en grand dãger.*
¶ Præceps. Plin. iun. Virgilius. *Vn lieu qui panche en sorte qu'il est dangereux de s'y tenir sans cheoir, ou dont aisement on cherroit en bas.*
¶ Alea præceps. Horat. Amentia. Stat.
Annus præceps. Seneca. *Qui est tantost passé.*
Audacia. Claud.
Celeritate quadam dicendi præcipiti volubilis homo. Cic.
Certamen præceps. Virgil.
Currus. Virgil. Cursus. Lucan.
Præcipitique iam die curare corpora milites iubet. Liu. *Sur le declin du iour.*
Præcipites fossæ. Virgil. *Profondes.*
Fragor præceps. Valer. Flac. Furor. Cic.
Gloria præceps. Stat. *Quand un homme se fourre en toutes dangers de guerre pour acquerir gloire.*
Gradu præcipiti secreta mentis exercere. Seneca.
Ira præceps. Seneca.
Ardua per præceps gloria vadit iter. Ouid.
Lethum præceps. Seneca.
Locus præceps. Cels. *Vn lieu fort profond, ou fort hault, & duquel il est fort dangereux de cheoir.*
Decliuis & præceps locus. Cæsar.
In præcipitem locum se committere. Cic. *Se mettre en lieu dãgereux de tomber.*
Mons præceps. Plin. iunior.

Præceps in salum murus. Curtius. *Penchant sur la mer.*
Nimbus præceps. Valer. Flac.
Nox fuit præceps. Ouid. *Ne dura guerres, Fut tost passee.*
Palmites præcipites. Colum. Periculum præceps. Cels.
Procellæ præcipites. Stat.
Subitus discessus, & præceps profectio. Cic.
Saxum præceps. Ouid. *Vn rocher hault & penchant, ou pendant.*
Senectus præceps. Curtius. *Vne vieillesse qui est sur le bord de sa fosse.*
Sententiæ præcipites. Quintil.
Præceps in Occasum sol. Liu. *Qui se couche & decline.*
In tam præcipiti tempore ferret opem. Ouid. *En temps si perilleux & dangereux.*
Via præceps. Quintil.
Præceps & lubrica via, Plana & stabilis, contraria. Cic.
Vnda præceps. Stat.
¶ Abire præcipitem. Sallust. *Aller au saffran, Deuenir a pouureté.*
Adigere præcipitem. Virgil. *Iecter aucun en bas, Le precipiter.*
Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorũ, quos securi percussit. Cicero. *Le ruinent & mettent bas, Le font trebuscher.*
Apes præcipites cadunt. Virgil.
Capessere se præcipitem ad malos viros, Vide Capesso in CAPIO.
Currimus præcipites. Iuuenal.
Decidere in præceps. Ouid. Deferor præceps. Virgil.
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Virgil.
Præcipitem dare. Terent. *Iecter hors.*
Præcipitem in terram dare. Liu. *Ruer par terre.*
Dare aliquem præcipitem. Tacit. *Le faire trebuscher.*
Dare præcipitem è turre. Seneca.
Dedit se præcipitem tecto. Horat. *Il s'est precipité de, &c.*
Imperat lictoribus vt Sopatrum de porticu præcipitem in forum deiiciant. Cic.
Quendam municipem meum de tuo volo ponte
Ire præcipitem in lutum per capútque, pedésque. Catul.
Imus præcipites. Persius.
Exturbatus è prouincia præceps. Cic.
Præcipitem ferri. Plin. *Aller & courir du hault en bas.*
Fertur præceps in hostem. Virgil.
Præcipitem amentia ferri. Cic. *Estre si aueuglé qu'on cõmette des cas honteux & meschants.*
Fugit præceps in exilium. Iuuenal.
Iacere aliquem in præceps. Tacit. *Le ruer ius, Le ruiner.*
Stellæ præcipites cælo labuntur. Virgil.
Mittere præcipitem de muro, Vide MITTO.
Mittere se toto corpore præcipitem ad vndas. Virgil.
Bis patet in præceps tantùm. Virgil. *Il est deux fois aussi profond que, &c.*
Perturbare aliquem præcipitem ex ciuitate. Author ad Herennium.
Proiicere præcipitem in vndas. Virgil.
Rapere aliquem præcipitem. Ouid.
Præcipites ruunt. Virgil.
Præcipitem trahere. Virgil. *Entrainer en bas.*
In præceps volui. Ouid.
Populum præcipitem vrgere. Lucan.
Præcípito, præcípitas, pen. cor. præcipitâre. Terent. *Ruer, ou iecter du hault en bas, Precipiter.*
Præcipitatus ex locis superioribus. Cic. *Precipité.*
Cedentem iuuenem retrò præcipitat. Stat.
Ad terram se præcipitare de montibus. Lucret.
Præcipitare sese de turri. Liu.
Præcipitare se ex aliqua rupe. Plin.
Præcipitare se in flumen. Cæsar.
¶ Præcipitare palmitem, flagellum, & huiusmodi. Columella. *Coucher par terre.*
¶ Aurium dolores interdum ad dementiam, mortémque præcipitant. Cels. *Font deuenir un homme incensé, & mourir.*
Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. Cic.
Præcipitare ad exitium. Cic.
Præcipitari in insidias. Liu. *Tomber es embusches.*
Præcipitant curæ. Virgil. *Contraignent & hastent.*

Cursum præcipitare. Iuuen *S'encourir hastiuement.*
Fata sua præcipitare. Lucan. *Auancer sa mort.*
Ira & furor mentem præcipitant. Virgil.
Præcipitare moras. Virgil. *Se haster.*
Spem præcipitare. Ouid.
¶ Hyems iam præcipitauerat. Cæsar. *L'yuer estoit desia sur la fin, & sur le declin, Declinoit.*
Nilus præcipitat ex altissimis montibus. Cic. *Descend impetueusement, &c.*
¶ Præcipitare. Plaut. *Faire quelque chose inconsideremment & a l'estourdi, Surhaster.*
-priscos referre labores Præcipitat. Sil. *Il se haste de reciter, &c.*
Præcipitans, pen.corr. præcipitantis, Participium, siue Nomen ex participio: vt
Impellere præcipitantes. Cic. *Poulser ceulx qui tombent.*
Amnis præcipitans. Cic.
Præcipitante Repub. Cic. *Tendant a ruine, Declinant.*
Præcipitans iam & debilitatus Tribunatus. Cic.
Præcipitandus, Participium: vt Dare pectora præcipitanda saxis. Ouid.
Præcipitanter, Aduerbium. Lucret. *Hastiuemét, Inconsiderement.*
Præcipitantia, huius præcipitantiæ. Gell. *Tombement du hault en bas, Precipitation.*
Præcipitâtus, pen.prod. Participium: vt Præcipitata ætas. C.Matius ad Ciceronem. *Aage declinant sur la fin, Vieillesse.*
Nox præcipitata. Ouid.
Præcipitatio, Verbale. Seneca. *Precipitation.*
Præcipitium, præcipitii. *Vn lieu hault & mal aisé, Dangereux a cheoir.*
Deferri per præcipitia. Quintil.
Præceptio, Præceptor, Præceptum, Vide PRAECIPIO.
Præcerpo, præcerpis, præcerpsi, præcerptum, præcérpere. Plin. *Defleurer & cueillir premier qu'un autre, Entamer.*
Præcerpunt iubas leoni. Stat.
Non præcerpo fructum officii tui. Cic. *Ie ne veulx point venir au deuant, & te desrobber le fruict, &c.*
Præcertatio, Verbale. Author ad Heren. *Noise & debat qu'on a contre aucun, Differant.*
Præciæ vuæ, Vide PRECIAE.
Præcido, præcîdis, præcîdi, præcîsum, pen.prod. præcídere. Cic. *Couper, Rongner, Escourter.*
Cinna collegæ sui præcidi caput iussit. Cic.
Anchoras præcidi imperat. Cic.
Cotem nouacula præcidere. Cic.
Manum alicuius gladio præcidere. Cic.
Præcidere aliquem medium. Lucret.
Præcidere amicitias, per translationem. Cic.
Causam belli præcidere. Horat. *Oster toute occasion de guerre.*
Illa quidem certè tibi præcisa defensio est, in qua tu, &c. Cic. Dubitationem præcidere. Cic.
Securi præcidere libertatem. Cic.
Licentiam, libertatémque viuendi sibi præcidere. Cic.
Partem maximam defensionis alicui præcidere. Cic.
Spem alicuius rei præcidere. Cic. *Oster tout espoir.*
Ne spem reditus præciderent sibi. Liu.
¶ Præcidere. Cic. *Quoter & marquer l'article qu'on veult impugner, Designer precisement.*
Præcidere sua authoritate aliquid ex oratione alterius. Cicero. *Tailler & rongner, Retrancher.*
¶ Præcidere plané. Cic. *Nier rondement quelque chose a aucun, Nier tout a trac, luy en couper la broche.*
Præcîsus, pen.prod. Participium: vt Præcisum caput. Plin. *Coupé, Rongné, Escourté.*
Cornu præcisum. Claud.
Præcisa narratio. Quintil. *Abbregee, Coupee.*
Præcisa opitulandi potestas. Cic. *Ostee.*
¶ Præcisis cóclusionibus obscuri. Quint. *Coupees & courtes.*
Præcise, pen.prod. Aduerbium. Gell. *Courtement.*
Præcisè negare. Cic. *Rondement, Sans y plus retourner, Nier tout a trac, Couper la broche.*
Præcisè dicere. Cic. *En trop peu de parolles, Auoir un langage bien brief, Parler a demi.*
Præcisio, Verbale. Cic. *Coupement.*
Præcidáneus, Adiectiuum. Varro. *Qui se coupe.*
Præcingo, præcingis, præcinxi, præcinctum, præcíngere. Plaut. *Ceindre tout entour, Enuironner.*
Ense præcingi. Ouid.
Auro fuluo præcingitur ceruix. Ouid.
Castris præcingere fluuium. Claud. *Entourer.*
Littora muro præcingere. Sil.
¶ Præcingere. Plaut. *Se trousser, & s'apprester.*
Præcinctus, Participium. Horat. *Ceinct tout en tour, Enuironné, Entouré.*
Capilli præcincti flore. Ouid.
Præcinctus arundine frontem. Ouid.
Præcincti parietes opere testaceo. Plin. iunior. *Couuertes.*
Pueri præcincti. Horat. *Ceincts, Troussez.*
Præcino, præcinis, pen.corr. præcinui, præcentum, præcínere. Plin. *Prechanter, Commencer le chant, Chanter.*
Futura præcinunt. Plin. *Ils predisent les choses futures.*
Præmonstrare & præcinere. Cic.
Præcentio, Verbale. Cic. *Le commencement de chanter, La premiere chanson.*
Præcentor, præcentôris. *Qui commence la chanson.*
Præcipio, præcípis, penul.corr. præcépi, pen.prod. præceptum, præcípere. Virgil. *Prendre premier qu'un autre prenne, & auant tous autres, Anticiper.*
Spe iam præcipit hostem. Virgil. *Il l'imagine comme s'il estoit desia venu.*
Antonius festinato prælio victoriam præcepit. Tacit.
Iter præcipere. Lucan. Pœnas præcipere. Sil.
Gaudia præcipere. Cic. *Se resiouir auant le temps.*
Præcipere antè. Lucret.
¶ Præcipere. Virgil. *Preuoir en son esprit & entendement.*
Præcipere animo, vel animis, idem. Liu.
Præcipere cogitatione futura, & aliquantò antè cóstituere quid accidere possit. Cic.
¶ Præcipere. Sallust. *Commander.*
Præcipere atque interdicere. Cæs.
¶ Præcipere. Plin. *Enseigner, Instruire, Admonnester.*
Facilè de aliqua re præcipere. Cic.
Præcipere aliquid operosé. Plin.
Præcipere artem oratoriam. Quintil.
Hic artem nandi præcipit, ille trochi. Ouid.
Præcipi potest in amicitiis, nequis intemperata quadam beneuolentia, &c. Cic.
Præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus, &c. Cic.
¶ Præcipitur, pen.corr. Impersonale. Plinius, Præcipitur ante omnia, vt casti legant.
Præcepto, præceptas præceptâre, Frequentatiuum. Festus.
Præceptus, Participium. Liu. *Auant prins, Anticipé.*
Præceptum, huius præcepti. Cic. *Enseignement, Instruction, Precepte, Commandement.* Monita & præcepta. Cic.
Arcana præcepta. Plin.
Mira. Horat. Ratio & præceptum. Cic.
Patria. Horat. Præcepta dicendi. Cic.
Præcepta & instituta philosophiæ. Cic.
Periculosissimum præceptum. Quintil.
Vniuersalia, vel perpetualia præcepta. Quintil.
Contrita præcepta, Vide CONTERO.
Præcepta artium. Cic.
¶ Abundare præceptis & institutis philosophiæ. Cic.
Accelerare præcepta, Vide ACCELERO.
Accipere præcepta, Vide ACCIPIO.
Agitare præcepta, Vide Agito in AGO.
Alligare præceptis. Quintil.
Amplecti præcepta. Claud.
Contrahere præcepta in vnum. Ouid.
Curare præcepta, Vide CVRO.
Demonstrare aliquid præceptis. Quintil.
Contrita & communia præcepta discere. Cic.
Dare præcepta. Virgil.
Dare præcepta alicuius rei. Quintil.

Dare præcepta de aliqua re. Cic.
Viuendi præcepta dare. Cic. Edocere præcepta. Virgil.
Exequi præcepta alicuius. Virgil. *Accomplir le commandement d'aucun.*
Facessere præcepta alicuius. Virgil. *Faire le commandement d'aucun.*
Amicis præceptis formare pectus alicuius. Horat.
Horrere præcepta alicuius. Catull.
Instillare præceptum auriculis. Horat.
Ponere signa nouis præceptis. Horat.
Veterum præcepta referre. Virgil.
Respuere præcepta alicuius. Claud.
Sancire præcepta. Quintil.
Sequi præcepta deûm. Virgil.
Suppeditare præcepta. Lucan.
Tenendum est hoc officii præceptum. Cic.
Tradere præcepta. Cic.
Præcepta & quasi vias quæ ad eloquentiam ferrent, tradere. Cic.
Vti præceptis alicuius. Ouid.

Præceptio, præceptiônis, pro Præcepto. Cic. *Preception.*

Præceptor, Verbale. Cic. *Qui instruit & enseigne, Maistre, Regent, Precepteur.* Arandi præceptor. Ouid.
Magistros artium liberalium & viuendi præceptores habere. Cic.
Authorê & præceptorem omnium consiliorum aliquem habere. Cic.
Eloquentiæ præceptor. Quintil.
¶ Acer & subtilis præceptor. Quintil.
Assiduus potius, quàm immodicus præceptor. Quintil.
Domesticus præceptor. Quintil.
Latini dicendi præceptores. Quintil.
Malignus præceptor. Quintil. Peridoneus. Sueton.
Publici præceptores. Quintil.
Sanctissimus præceptor. Quintil. Turpis. Quintil.
Tetricus. Auson.
Abducere discipulum à præceptore, Vide ABDVCO.

Præceptrix, Verbale, f.g. Cic. *Celle qui enseigne & instruit.*

Præcipuus, Adiectiuum. Plaut. *Qui est prins le premier & auant les autres, Le plus excellent.*
Vir in eloquentia præcipuus. Quintil.
Præpositum, vel præcipuum. Cic.
Commune & Præcipuum, contraria. Cic. *Propre & peculier.*
Par aliquid cum alio esse & Præcipuum, contraria. Cic.
¶ Amor præcipuus. Cic.
Artis præcipuæ opus. Ouid.
Præcipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus ad longitudinem palmi. Plin. *Singuliere bonté, &c.*
Præcipua cœnationum. Suet. *La principale & plus singuliere.*
Decus præcipuum. Ouid.
Dolor in hoc casu præcipuus est. Cels.
Dolore quodam præcipuo angi. Cic.
Negas præcipuum mihi vllum incommodum impendêre. Cicero. *Que ie recoyue aucun dommage que les autres ne recoyuent point.*
Idem ius cum cæteris & Præcipuum, contraria. Cic.
Laborem præcipuum impêndere. Virgil.
Obses præcipuus animi. Cic.
Singularis & præcipua opera. Plancus Ciceroni.
Partes meæ in ea causa præcipuæ fuerunt. Cic.
Præcipua remedia. Plinius. *Souuerains ou singuliers remedes & excellents.*
Præcipuus & proprius sensus. Cic.
Ad serpentis ictus præcipua herba. Plin.
Contra morsus verò præcipuum remedium. Plin.

Præcipuè, Aduerbium. Cic. *Souuerainement, Singulierement.*
Mea salus in qua præcipuè sum ab illo adiutus. Cic. *Plus que de tout autre, Principalement.*
Infœlix præcipuè. Virgil.
Diligentia præcipuè nobis colenda est. Cic.
Commendare præcipuè quosdam alicui. Cic.
Datum præcipuè homini à natura. Cic.
Debere præcipuè isti generi hominum videmur. Cic.
Obseruare præcipuè aliquem. Brutus Ciceroni.
Vnum illud te præcipuè rogo. Cic.
Nequid tibi præcipuè timendum putes. Cic.
Præcipuè aliquid appetere, & in communi iure viuere, contraria. Cic.

Præcipitatio, Præcipitium, Præcipito, Vide PRAECEPS.

Præcisus, Vide PRAECIDO.

Præclarus, pen. prod. Adiectiuum. *Fort cler.*
Clarus & præclarus, figuratè accipiuntur. Cic. *Excellent, & fort bien renommé.*
O præclarum custodem ouium! Cic. *O le bon pasteur!*
Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobauistis. Cic.
Præclari & nobiles in philosophia. Cic.
Armis præclari. Stat.
Eloquentiæ ac fidei præclarus. Tacit.
Eximia & præclara. Cic.
Situs loci præclarus ad aspectum. Cic.
Præclara igitur conscientia sustentor, quum cogito me de Repub. aut meruisse optimè, quũ potuerim, &c. Cic.
O dii immortales præclaram defensionem! Cic. *O la bonne defense!*
Facies præclara. Lucret. Fama. Claud.
Fama præclara de Afranio. Cic. *Grande renommee.*
Funus præclarum. Ouid.
Magnificum & præclarum genus dicendi. Cic.
Egregia quædam & præclara indoles. Cic.
Indole præclara iuuenis, admirabilique constantia. Cic.
Laudatio præclara. Cic. Lux. Lucret.
Nomen præclarum. Lucret.
Operibus suis præclaris lætari. Cic.
Plena & præclara pecunia. Cic.
Opima & præclara præda. Cic.
Prædium præclarum. Cic.
Proles præclara. Valer. Flac.
Res præclara. Horat. *Grande richesse.*
Ad discendum iuuentuti præclara res. Cic. *Chose excellente.*
Senator præclarus. Horat. Stirps præclara. Virgil.
Sol. Lucret. Triumphus præclarus. Claud.
Vrbem præclaram statuere. Virgil.
Vulcus præclarus. Lucret.

Præclárè, pen. prod. Aduerbium. Cicero, Simulacrum præclarè factum è marmore. *Fort bien faict.*
Quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum actum iri, si Populus Rom. istius vnius supplicio contentus erit? Cic. *Que nostre cas se portera bien, & serons bien heureux, Nous nous deuerons bien tenir pour contents, si, &c.*
Dicitur præclarè à sapientibus. Cic. *Les sages dient fort bien.*
Dictami folia præclarè dantur ex aqua. Plin. *On les baille pour grand remede.*
Cum lomento strumis illitum præclarè medetur. Plinius. *Porte grande medecine.*
Præclarè explicare. Cic.
Præclarè facis quum & eorum memoriam tenes, &c. Cic. *Tu fais fort bien.*
Præclarè gessit suum negotium. Cic.
Præclarè se habere. Cic. *Se porter fort bien.*
Præclarè intelligere aliquid. Cic.
Præclarè memini. Cic. *Il me souuient tresbien.*
¶ Dixit se non antea renuntiaturũ Senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset, quàm ex illa circunscriptione excederet. Præclarè: Senatus enim faciem secum attulerat. Cic. *C'estoit tresbien faict à luy.*

Præcludo, præcludis, pen. prod. præclusi, præclûsum, pen. prod. præclúdere. Cic. *Fermer l'huis au deuant de quelqu'un.*
Aditum custodi patriæ præcludere. Cic.
Animus ad exponẽdam rei indignitatẽ præcluditur. Cic.
Tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis, in perpetuum tibi curiam præclusisses. Cic.
Iter præcludere. Ouid. *Clorre & fermer ou empescher le chemin, & engarder qu'on ne passe.*
Omnia præcludere effugio. Ouid.

Præcludere omnem orbem terrarum alicui. Cic.
Portus præcludere classi. Lucan.
Speciem videndi præcludere. Lucret.
Incremento suo transitum cibis præcludit. Colum.
Vsus vocis præcluditur. Ouid.

Præclûsus, pen. prod. Participium : vt Fores præclusæ. Propert. *Fermees, Closes.*
Præclusos esse alicui aditus misericordiæ iudicum. Per translationem. Cic. *Quand nous faisons choses si meschantes, que les iuges n'ont occasion d'auoir misericorde de nous, Se priuer de la misericorde des iuges.*
Præclusa ciuibus expectatio incolumitatis. Cic.
Foramina præclusa. Quintil.
Ianua præclusa. Ouid. Vox. Claud.

Præco, præcônis, m. gen. Cæsar. *Vn crieur public, & trompette iuré qui fait les cris par l'ordonnance du iuge.*
Citat præco maxima voce legatos Æmonenses. Cic.
Declarare victorem voce præconis. Virgil.
Si palàm præco iussu tuo prædicasset, &c. Cic.
Sub præcone subiici. Cic. *Estre baillé au crieur pour le crier, Estre soubhasté.*
Subiicere sub præcone fortunas alicuius. Cicero. *Bailler au crieur pour les crier.*
Voci præconis bona ciuium subiicere. Cic.
Per præconem vendere aliquid. Cic. *Par les mains des officiers, A l'enchere, Faire soubhaster.*
Actionum præco Iurisconsultus. Cic.
Ludorum præcones. Cic.
Præco virtutum alicuius. Cic. *Qui par tout va publier & tesmoigner publiquement la vertu d'autruy.*

Præcónium, præcónii. Sueton. *La criee d'un crieur.*
Præconium facere. Cic. *Estre crieur public, faisant les cris & proclamations es encans.*
Acerbum præconium. Cic.
Deferre alicui præconium. Cic. *Luy bailler la charge de faire les criees & soubhastements, ou soubhastations.*
Mandare versibus æternum suorum laborum præconium. Cic.
Domestico præconio, stultitiæ suæ quamplurimos testes colligere. Cic. *Par le dire & tesmoignage de ses domestiques.*
Magna quidem de te rumor præconia fecit. Ouid.
Homeri præconio, Achillis hasta nobilitata. Plin.
Carmina vestrarum peragunt præconia laudum. Ouid.
Tribuere præconium alicui. Cic. *Le louer.*

Præcognosco, præcognoscis, præcognóui, penult. prod. præcógnitum, pen. corr. præcognóscere. *Congnoistre parauát, Precongnoistre.*

Præcógnitus, pen. cor. Adiectiuum. Plancus ad Ciceronem, Latro præcognito nostro aduentu, rursus in Italiam se recipere cœpit. *Ayant congneu que nous debuions venir.*

Præcolo, prǽcolis, pen. corr. præcólui, præcultum, præcólere. Cic. *Labourer, ou Orner parauant.*
Quasi præculti & præparati rectis studiis & artibus. Cic.

Præcompositus, pen. corr. Participium, siue Nomen ex participio. Ouid. *Preparé, Embouché, A qui on a faict le bec.*

Præconceptus, Adiectiuum. Plin. *Conceu parauant.*

Præconsumo, præconsûmis, pen. prod. præconsúmere. Ouid. *Consumer parauant.*

Præconsumptus, Participium. Ouid.

Præcontrecto, præcontrectas, præcontrectâre. Ouidius. *Manier parauant.*

Præcoquo, prǽcoquis, penul. corr. præcoxi, præcoctum, præcóquere. Plin. *Cuire parauant.*

Præcordia, præcordium, n. gen. pluralis numeri. Plin. *Le diaphragme.*
Præcordia. Plin. *Les entrailles.*
Ferrea præcordia. Ouid. *Quand un homme est dur & sans pitié & misericorde.*
Flagrantia præcordia. Iuuenal. *Quand un homme est fort esmeu & courroucé.*
Inquieta præcordia. Horat. *Interieures & secrettes affections qui ne laissent reposer la personne.*
Mollia præcordia. Ouid.
¶ Aperit præcordia Liber. Horat. *Le vin fait dire les secrets de nostre coeur, Vn homme yure dit tout ce qu'il sçait.*
Excutienda dare alicui sua præcordia. Pers.
Intima mouere præcordia. Ouid.
Mutare præcordia. Propert. *Changer de courage.*
Genibus premere præcordia alicuius. Ouid.
Virtus redit in præcordia. Virgil.
Stertere totis præcordiis. Quintil.
Ligno fisso transit præcordia. Virgil.
Vincta præcordia duro ferro. Tibull.

Præcorrumpo, præcorrumpis, præcorrúmpere. Ouid. *Corrompre parauant.*

Præcorruptus, Participium: vel Nomẽ ex participio. Ouid.

Præcox, præcôcis, pen. prod. &, vt in quibusdam legitur exemplaribus, prǽcoquis, pen. cor. om. g. Plin. *Meur deuant la saison: comme nous disons Poires de hastiueau.*
Præcoquem maturitatem trahere. Colum. *Se meurir deuant le temps.*
Fatum præcox. Seneca. *Mort trop hastee, Quand quelcun meurt trop ieune.*
Ingenium præcox. Quintil. *Vn esprit trop grand pour l'aage.*
Modestia præcox. Stat.
Risus præcox & celerrimus. Plin.

Prǽcoquus, pen. cor. Idem. Martial.
Præcoqua mala. Martial. *Auantpesches.*

Præcrassus, Adiectiuum. Plin. *Fort gros & espes.*

Præcurro, præcurris, præcurri, præcursum, præcúrrere. Terent. *Courir deuant, Auantcourir.*
Præcurrunt equites. Cæsar.
¶ Præcurrere. Cic. *Aller deuant.*
Appetitus ne præcurrant rationem. Cic.
Neque hoc quicquam esset turpius, quàm cognitioni & perceptioni assertionem approbationémque præcurrere. Cic.
Præcurrit hyemem maturitas eius. Colum. *Il est meur deuant l'hyuer.*
Ætate aliquem præcurrere. Cic. *Estre plus aagé que luy.*
Albis equis præcurrere aliquem. Horat.
Vita præcurrere aliquem. Horat. *Estre de meilleure vie qu'un autre.*
Pragmáticum, pragmátici. Cicero, Tu siquid pragmaticon habes, scribe. *Si tu sçais aucunes nouuelles des affaires publiques, mande le moy.*

Prandium, prandii. Cic. *Le disner.*

Apparatus prandiorum. Cic.

Prandium abstemium. Gell. *Auquel on ne boit point de vin.*

Caninum prandium, Vide CANIS.

Plebeia prandia. Pers.

¶ Accurare prandium, Vide ACCVRO.

Adducere ad prandium. Plaut.

Prandia & cœnas alicuius commemorare. Cic.

Conficere prandium, Vide CONFICIO.

Curare prandium, Vide CVRO.

Finire prandia nigris moris. Horat.

Opsonare prandium. Plaut.

Calidum prandere prandium, Vide CALIDVS.

Vocare ad prandium aliquos. Cic.

Prandiolum, prandioli, pen. cor. Diminutiuum.

Prandiculum, prandiculi, pen. cor. Festus. *Le desieuner.*

Prandeo, prandes, prandi & pransus sum, prandêre. Cicero. *Disner.*

Luscinias prandêre coemptas. Horat. *Manger des rossignols a son disner.*

Olus prandere. Horat.

Pransus. Horat *Qui a disné.*

Pránsito, pránsitas, pen. corr. pransitâre, Frequentatiuum. Plautus.

Pransor, pransôris. Plaut. *Qui disne, ou Qui est inuité au disner.*

Pransórius, Adiectiuum. Quintil.

Prasinus, pen. corr. Adiectiuum: vt Prasinus color. Martial. Plin. *Couleur verde.*

Pratum, prati. Colum. *Vn pré.*

Viriditas pratorum. Cic. Floridior prato. Ouid.

Triginta iugera prati. Catull.

¶ Arida prata, Vide ARIDVS.

Crocea. Claud.

Formosa. Virgil. Irriguum pratum. Propert.

Florida. Lucret. Mollia. Virgil.

Gemmantia. Virgil. Nouella. Ouid.

Herbosa. Varro. Viride pratum. Ouid.

¶ Prata canis albicant pruinis. Horat.

Carpere prata fuga, Vide CARPO.

Conuestiuntur herbis prata. Cic.

Prata viridi facie læta germinant. Seneca.

Iugera prati irrigare. Cic. Aperto prato ludere. Seneca.

Obducta situ vetustatis prata. Columel.

Ouis pascit pratum. Ouid. Rigent prata. Horat.

Nouis rubent prata coloribus. Virgil.

Area gramineo suberat viridissima prato. Ouid.

Subsecare prata tenerrima. Ouid.

Prátulum, prátuli, pen. corr. Diminutiuum. Cic. *Vn preau.*

Pratensis, & hoc pratense: vt Fœnum pratense. Columella. *Foin de pré.*

Pratenses flores Plin. Fungi pratenses. Horat.

Prauus, Adiectiuum. *Qui est tortu.*

Rectum & Prauum, contraria. Cic.

Distortum & prauum. Cic.

Talis prauis fultus. Horat. *Qui ha les talons tortus.*

Prauo naso viuere. Horat. Regula praua. Lucret.

¶ Prauus, ad animum refertur. Praui mores. Terentius. *Mauuais.*

Malus, prauúsque. Plin. iunior.

Prauus & peruersus. Cic. Stultitia praua. Horat.

Ambitio praua. Horat. Prauus homo. Seneca.

¶ Tenax praui. Virgil. *Qui persiste & perseuere en sa mauuaistié.*

Praua iubens ardor ciuium. Horat.

Prauè, Aduerbium, cui Rectè opponitur. Cic. *Mauuaisement, Non ainsi qu'il appartient, Indeuement.*

Prauè colere religiones. Liu. Prauè facta. Cic. *Pechez.*

Prâuitas, pen. cor. prauitâtis, f. g. Colum. *Tortuosité.*

Prauitas membrorum, distortio, deformitas. Cic.

Corporis prauitates perinsignes. Cic. *Quád quelcũ ha le corps fort bossu, ou tortu, ou contrefaict, Grandes difformitez de corps.*

Prauitas & imminutio corporis. Cic.

Deformitas & prauitas. Cic.

Prauitatem oris alicuius imitari. Cic.

Inemendabilis prauitas. Quintil.

¶ Prauitas. Cic. *Mauuaistié.* Animi prauitas. Q. Cic.

Animi prauitates rectè vitia dicuntur. Cic.

Afferre prauitati interitum. Cic.

Erroribus prauitatis mentes imbutæ. Cic.

Perstare in prauitate sua. Cic.

Praxis, práxeos, f. g. *Action.* Vnde prácticus, Adiectiuum, quasi actiuus. Quintil.

Preciæ vuæ. Virgil. *Qui sont meures deuant les autres, Hastiues.*

Precium, Vide PRETIVM.

Precor, precàris, precàri, Accusatiuo iunctum, significat Orare. *Prier.*

Deos precari, atque ab eis auxilium petere. Cic.

Precari, implorare, & venerari deos vt vrbem defendant. Cicero. Numen cæleste precari. Ouid.

Precor, quæso, & obtestor vos. Cic.

Precari bonas preces. Cato.

Pro aliquo precari. Ouid. Precari ad deos. Liu.

Animo & voce precari. Ouid.

Sonis blandis precari. Ouid.

Voce grata precari. Seneca. Voce timida precari. Ouid.

Vultu pro verbis precari. Ouid.

Bona à quibus precamur, ab iis dantibus nolle sumere, stultitia est. Cic. Precari ab aliquo. Cic.

Vt res aliqua faustè, prosperéque eueniret, precari. Cic.

Veniam precari. Virgil.

Mortem precari. Ouid. *Souhaiter & desirer la mort.*

Salutem, incolumitatem, & reditum precari. Cic.

Precari alicui bonam vel malam fortunam. Quintil. *Prier que Dieu luy enuoye bonne ou mauuaise encontre.*

Dira precari alicui. Tibull. *Le maudire.*

Mala precari alicui. Cic. Idem.

Malè precari alicui, Vide MALVS.

¶ Tentare iterum precando. Virgil.

Precans, Participium. *Priant, Qui prie:* vt Mitis precanti. Stat.

Dextra precans. Virgil. Verba precantia. Ouid.

Precandus, Aliud participium: vt Modestia precanda. Tacit.

Precatûrus, pen. prod. Similiter participiũ. Ouid. *Qui priera.*

Precatio, Verbale. Plin. *Priement, Priere, Precation.*

Vti noua precatione. Quintil.

Precatione rem transigere. Liu.

Precâtor, penul. prod. precatôris, Aliud verbale. Terent. *Qui prie pour un autre, Prieur.*

Eum precatorem mihi paro. Terent.

Precis, preci, precem, prece: Pluraliter preces, precum, précibus. Plin. *Priere.*

Nullus locus preci. Terent. *Il n'est pas possible de l'appaiser, quelque priere qu'on luy face, Prieres n'y seruent de rien.*

Tempus aptum precibus. Ouid.

Preces & vota. Cic.

¶ Accuratæ preces. Plin. iunior.

Blandæ iuuenum preces. Horat.

Docta prece blandus. Horat.
Exiguæ preces. Ouid. Graues. Propert.
Humiles. Claud.
Infructuosæ, Vide INFRVCTVOSVS.
Irritæ, Vide IRRITVS.
Longæ. Brutus Ciceroni. Molles. Ouid.
Omnibus precibus aliquid petere, Vide OMNIS.
Pudicæ preces. Ouid.
Sacrificæ. Seneca. Spretæ. Ouid.
Supplices preces. Sueton.
¶ Accipere preces, Vide ACCIPIO.
Accipere superbius alicuius preces. Tacit.
Addere precibus lachrymas. Ouid.
Addere minas precibus. Ouid.
Adduci precibus. Cic.
Castis precibus adire templa. Seneca.
Adhibere preces, Vide ADHIBEO.
Admittere preces, Vide ADMITTO.
Admouere preces, Vide ADMOVEO.
Agitare alicuius animum precibus. Quintil.
Sollicita prece ambire aliquem. Horat.
Annuere precibus. Ouid.
Iustis precibus assentire. Ouid.
Dii immortales meas preces audiuerunt. Cic.
Auersari preces, Vide AVERSOR.
Blandiri alicui precibus. Ouid.
Vanæ preces fine carent. Ouid.
Cedere precibus alicuius, Vide CEDO. *Luy accorder sa requeste.* Cogere aliquem prece. Horat.
Est tales complexa preces. Ouid. *Elle pria en ceste maniere, Elle feit telle priere.*
Concipere preces. Ouid. *Bastir & ordonner sa priere, Prier.*
Concipere preces per noua vota. Ouid.
Caducas preces concipere. Ouid.
Consumptis precibus violentam transit in iram. Ouid.
Decurrere ad miseras preces. Horat.
Nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate à via recta deduci oportet. Author ad Heren.
Demittere se in preces humiles. Claud.
Descendere ad preces. Seneca.
Descendere in preces. Virgil.
Despuere preces alicuius. Catul. *Mespriser, N'en tenir compte.*
Hostili prece detestari aliquem. Ouid.
Dare preces. Valer. Flac. *Prier.*
Dare manus precibus. Ouid. *Estre vaincu par prieres.*
Erubescere preces. Claud. *Auoir honte de prier autruy.*
Excipere preces blandas molliter. Ouid.
Pacem precibus exposcere. Virgil.
Fatigare aliquem prece. Horat. Liu. Vide FATIGO.
Ferre preces alicui. Virgil. *Le prier.*
Supplici prece flectere. Seneca.
Flecti precibus. Virgil. Fundere preces. Virgil.
Frangi precibus. Ouid. Immiscere preces. Virgil.
Impetrare precibus salutem alicui. Brutus Ciceroni.
Implorata prece Pollucis. Catull.
Indulgere precibus, Vide INDVLGEO.
Solennes satis est voce mouere preces. Ouid. *Faire priere solennelle.* Moueri prece. Ouid.
Obliquare preces. Stat. *Prier & faire quelque requeste par ambages.*
Deus nobis occurrit in precibus. Cic. *Nous baille ce que nous demandons.* Per precem orare. Plaut.
Peragere preces. Ouid. *Prier, Faire priere.*
Literæ per quas ille precibus à Sylla petit vt emat gladiatores. Cic.
Infimis precibus aliquid petere, Vide INFERVS.
Tacita prece petere aliquid. Horat.
Placare prece cælites. Seneca.
Placare precibus diuinum numen scelere violatum. Cic.
Emaci prece poscere aliquid. Pers. *Prier, & auec sa requeste offrir quelque don ou present, pensant que par ce moyen nous obtiendrons ce que demandons: qui est aucunement acheter, car nous donnons pour receuoir mieulx.*

Prosequi aliquem prece. Horat. *Le prier.*
Repugnare precibus. Ouid. Resistere precibus. Seneca.
Retentare preces. Ouid. *Prier de rechef.*
Cum magna prece scribere. Cic.
Succumbere precibus. Ouid.
Totus est in prece. Ouid. Tentare precibus. Ouid.
Tollere preces. Ouid. *Cesser de prier.*
Vinci precibus. Seneca.
Vocare aliquem precibus. Virgil.
Iratis precibus vrgere. Horat. Prece vti. Cic.
Precárius, Adiectiuum. Vlpian. *Toute chose empruntee a la charge de la rendre quand il plaira au presteur.*
Anima precaria. Tacit. *Que nous auons tant qu'il plaira a Dieu la nous oster.*
Auxiliū precariū ferre. Liu. *Prier pour aucun, L'aider de prieres.*
Imperium precarium. Curt. *Qu'on tient soubs les mercy & bon plaisir d'autruy.*
Ius precarium. Tacit.
Libertas precaria. Liu. *Tant qu'il nous plaira.* Ad nutum (vt vulgò loquuntur) reuocabilis.
Opem orare precariam. Liu. Quæstus precarius. Cic.
Salus precaria. Brutus ad Ciceronem. *Empruntee.*
Vita precaria. Tacit.
Precario, Nomen, ipsa terminatione ablatiui, pro aduerbio accipitur. Paulus Iureconsul. *Par priere, Par emprunt.*
Precario petiit iter per eum agrum. Liu. *Il demanda congé de passer.*
Precario regnare. Plin. iun.
Precario studeo: studeo tamen. Plin. iun.
Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precario fac tradas. Terentius.
Docet ita se possedisse, vt nec vi, nec clàm, nec precario possederit. Cic. Precario rogare. Cic.
Prehendo, prehendis, prehendi, prehensum, prehéndere. *Prendre.* Dicimus & Prendo per syncopam. Cic.
Arentisque rosæ quantum manus vna prehendat. Ouid. *Vne poignee de roses seiches.*
Prehendere tribus digitis. Plin.
Prehendere dexteram. Cic. *Prendre par la main.*
Manu prehendere aliquem. Cic.
Fugientia prendere poma. Ouid.
Stirpes tellus amplexa prehendit. Cic.
Prendo amicos, supplico, ambio domos. Plin. iun. *Ie fay la court a mes amis, & les supplie.*
Prendendus, Participium. Ouid.
Prensus, siue Prehensus, Aliud participium. Seneca.
Prehensus manifesto furto. Gell. *Prins sur le faict.*
Prehensus furti manifesti. Gellius.
Corpora prensa manu. Virgil.
Prensúrus, pen. prod. Similiter participium. Ouid.
Prehenso, prehensas, prehensare: siue Prenso, prensas, prensare, per syncopam, Frequentatiuum. Liuius. *Faire la court a beaucoup de gents, Les prier, Briguer.*
Supplex prehensat homines. Liu.
Manu prensare brachia. Horat. *Tascher a prendre.*
Genua circunstantium prensare. Tacit.
Prensant fastigia dextris. Virg. *Ils prennent & empoignent, &c.*
Ad consilium prensandum tempus opus esse. Liu.
¶ Initium prensandi. Cic.
Prensans, Participium. Virgil.
Lubrica prensantes effugit vmbra manus. Ouid.
Prensátio, Verbale. Cic.
Prelum, preli. Virgil. *L'arbre d'un pressoir. C'est aussi un pressoir, ou Vne presse d'imprimeur, ou drappier, ou autre.*
Prela. Plinius. *Toutes sortes de presses a fouler & presser, ou serrer quelque chose.*
Premo, premis, pressi, pressum, prémere. Plaut. *Fouler, Serrer, Presser, Estraindre.*
Neque vlli pede pedem homini premat. Plautus. *Qu'elle ne marche point sur le pied a aucun homme.*
Anguem pressit humi nitens. Virgil. *A marché sus.*
Prelo premere. Colum. *Presser.*
Arctè premere. Lucret. Premere & vrgere. Cic.

Premo & Defendo, contraria. Quintil.
¶ Fata istæc me premunt. Plaut. *Me sont contraires.*
¶ Nihil magis pressi, quàm quòd accusator eius, præuaricationis crimine corrûisset. Plin. iunior. *Il n'y a chose sur quoy ie me soye tant arresté, que de, &c.*
¶ Hac fugerent Graii, premeret Troiana iuuentus. Virg. *Poursuyuoit de pres.*
¶ Presserunt eum qui, &c. Quintil. *L'ont reprins & mesdict de luy.*
¶ Pressa est insignis gloria facti. Virgil. *On ne scait qui l'a faict.*
Premere aliquid in annum nonum vel decimum. Horat. *Le celer, & ne le point publier.*
Inuitam pressit ab ædibus. Varro. *A iecté hors de la maison.*
Ære alieno premi. Cic. *Estre fort endebté, & greué de debtes.*
Alas premunt cantu plausûque galli. Cic.
Facta premunt annos. Ouid. *Tes faicts sont plus grands que ton aage.*
Angustiis premi. Cæsar. *Estre tenu a destroict, Estre enserré.*
Arte sua premi. Ouid. *Estre greué & endommagé par son art.*
Arua aliena iugo premere. Virgil. *Tenir en subiection.*
Arua premere dicitur pelagus. Virg. *Quand la mer se desborde & inonde les champs.*
Bello premi. Cic. *Estre fort empesché de guerre, & greué.*
Caseus pinguis premitur. Virgil.
Causam premere testibus. Cic. *Charger, Greuer.*
Ceruum ad retia premere. Virgil. *Contraindre de se iecter dedens les rets.*
Collum laqueo premere. Horat. *Serrer.*
Confessionem premere. Quintil.
Corticem premere. Plin. *Espraindre.*
Crimen eleuare, & Premere, contraria. Quintil. *Aggrauer.*
Fronde crinem premere. Virgil. *Couurir.*
Cursum apri clamore premens. Virgil. *Hastant & pressant.*
Cursum ingenii premit hæc importuna clades ciuitatis. Cic. *Arreste.*
Dentes in vite premere. Ouid. *Ficher les dents au bois de la vigne, Mordre.*
Desyderio rerum omnium & luctu premi. Cic.
Premit altum corde dolorem. Virgil. *Il cache & cele en son cueur, & tient enclos.*
Doloribus premi. Cic. *Estre serré & pressé de douleurs.*
Famam alicuius premere. Tacit. *Mesdire d'aucun, Greuer le bruit & l'honneur d'autruy.*
Fame premi & tempestate. Plin.
Lingua aspera premit fauces obsessas. Virgil.
Fauces defensionis alicuius premere, per translationem. Cic. *Grandement debiliter la defense d'aucun, & comme estrangler.*
Premi faucibus. Ci. *Estre tenu de si pres, qu'on ne puisse eschapper.*
Frigoribus premimur. Ouid.
Gradum pressere attoniti. Valer. Flac. *Ils se sont arrestez.*
Grana presserat ore. Ouid.
Hastâ aliquem premere. Virgil.
Imperio premere. Virgil. *Tenir en subiection.*
Impetu hostium premi. Liu.
Inopia premi. Colum. *Estre en grande pourreté.*
Inuidia & odio premi. Cicero. *Estre chargé de haine & maluueillance.*
Iras premere. Tacit. *Dissimuler son courroux, & cacher.*
Premunt te iussa parentis. Virgil.
Luxuriem premere. Ouid. *Rongner & couper les branches qui croissent trop.* Mammam premere. Plin. *Teter.*
Manu premere. Lucret.
Necessitas te tanta premebat. Cic.
Nec sinis ingenium nobilitate premi. Ouid. *Tu ne permets point que ta noblesse surmonte ton esprit, que tu sois plus noble que ingenieux & scauant.*
Nocte premi. Virgil. Obsidione premi. Ouid.
Vrbem obsidione premebat. Virgil.
Obsidione & oppugnationibus eos premere cœpit. Cæs.
Oculos premere. Virgil. *Fermer les yeulx.*
Quies pressit oculos. Virgil.
Non premendum odium. Plin. iun. *Il ne fault point celer & dissimuler sa haine.*
Odio premi. Cic.
Onere premi, Vide ONVS.
Pede presso eos retrocedentes in interualla ordinû principes recipiebant. Liu. *A pied coy.*
Propositum premere. Ouid. *Poursuyure ce qu'on a commencé, & ne point desister.*
Sedilia premere. Ouid. *Estre assis.*
Seruitio premere vrbem. Virgil. *Tenir en seruage.*
Quum seruitute premeremur. Cic. *Nous estions de plus en plus tenuz de court, & en plus grande seruitude.*
Silentia premere. Sil. *Se taire.*
Sonus remorum premitur clamore. Lucan. *On ne peult ouyr le son des auirons a cause de la grande clameur.*
Sulcúmque sibi premat ipsa carina. Virgil. *Qu'elle face & imprime en l'eau, &c.*
Tumentia premere, Humilia extollere, contraria. Quintil. *Abbaisser & fouler.*
Me verbo premis. Cic. *Tu me poursuis de pres par ce mot.*
Vestigia premere. Virgil. *S'arrester tout court.*
Vestigia premere. Tacit. *Suyure quelqu'un de pres.*
Virgulta per agros premere. Virgil. *Oster, ou Enfouir.*
Vi premi. Lucret.
Vitem premere falce. Horat. *Rongner, Tailler.*
Hoc vno vitio maximè mihi premi videntur tui Stoici, quòd, &c. Cic. *Entre autres choses il n'y a rien qui les charge tant que, &c.*
Vmbras premere falce. Virgil. *Couper les branches qui donnent ombre.*
Vocem premere. Virgil. *Se taire.*
Pressus, Participium, siue Nomen ex participio: vt Pressus manu caseus. Columel. *Pressé, Serré.*
Humi pressus vtroque genu. Stat.
Grauitate soporis pressus. Ouid.
Mentem formidine pressus. Virgil.
Bello iniquo pressus. Valer. Flac.
Pressus & Redundans, contraria. Cic.
Pressa & tenuia. Quintil. Pressus ac lætus. Quintil.
¶ Boues pressi detrectant iuga. Ouid.
Clamor pressus substitit. Ouid.
Coma pressa sustinere galeam. Ouid.
Pressus & velut applicitus rei cultus. Quintil. *Serré.*
Dolor pressus sub corde. Stat. *Caché, Celé.*
Plenum eloquentiæ genus, & Pressum, cótraria. Quintil.
Presso gradu incedere. Liu. *Hastiuement & pressement.*
Pressus homo in explicanda re aliqua. Cic. *Point superflu.*
Lactis pressi copia. Virgil.
Mammis pressis manabunt flumina. Virgil.
Pressis & flebilibus modis concinere. Cic.
Pressa narratio. Quintil. *Qui n'ha rien de superflu.*
Pressa narrationis gracilitas. Quintil.
Oratio pressa, & In qua inest luxuries quædá, cótraria. Cic.
Ornatus pressus & seuerus. Quintil.
Ore presso obmutuit. Virgil.
Oscula pressa iungere. Ouid. *Baiser bien serrement.*
Ponere vestigia pressis signis. Lucret.
Sôlo presso tenuit vestigia. Virgil.
Lingua sonos vocis distinctos & pressos efficit. Cic.
Austera & pressa verba. Plin. iun.
Verbis aptus & pressus Thucydides. Cic.
Vina pressa. Horat. *Pressoirez.*
¶ Pressus. Ouid. *Imprimé, Marqué.*
Pressus, huius pressus. Cic. *Pressement.*
Ipso oris pressu. Cic. *Serrement & closture.*
Pressus ponderum. Cic. *La pesanteur & charge.*
Pressûra, pressûræ, pen. prod. Plin. *Le faict de presser & serrer, Pressoiree.*
Pressè, Aduerbium, contrarium habet Abundanter: vt Dicere pressè. Quintil. *En peu de parolles, Briefuement, ou Sans aucune parolle superflue.*
Pressè & angustè definire aliquid. Cic.
Pressè & æquabiliter loqui. Cic.
Pressè & leniter loqui. Cic.

Pressius agere. Cicero. *De plus pres, Sans extrauaguer, Plus estroictement.*
Presso, pressas, pressare, Frequentatiuum. Virg. *Serrer, Estraindre, Presser.*
Vbera palmis pressare. Virgilius. *Tirer du laict des mamelles, Traire.* Ora dentibus pressare. Lucret.
Parce pressare. Plaut. *Ne me presse point.*
Pressatus, pen. prod. Participium. Plaut.
Pressorius, Adiectiuum: vt Pressorium vas. Columel. *Duquel on se sert a pressourer le vin.*
Prendo, prendis, prendi, prensum, prendere, per syncopam dicitur, pro Prehendere, Vide PREHENDO.
Prensare, Frequentatiuum, Vide Prehensare in PREHENDO.
Presbyter, pen. corr. presbyteri, pen. corr. *Vieillart, Homme de grand aage.*
Prester, presteris, pen. prod. m. g. Plin. *Vne sorte de serpent venimeux, dict autrement Dipsas.*
¶ Prester. Plin. *Vne sorte de tempeste & tourbillon.*
Pretium, pretii. Terentius. *Le pris qu'on baille pour une chose achetee.*
Pretium piperis in libras sex. Sub. denariorum. Plin. *Chascune liure de poyure se vend, &c. Le taux est, &c.*
Pretia ei à XXXV, ad X.CCC. Plinius. *Le pris en est, On les vend, &c.*
Pretium. Terent. *Loyer, Salaire.*
Merces, pretiumque impudentiæ. Cic.
Mors, pretium tardis. Ouid.
Deforme pretium moræ. Stat.
Iniquum pretium pietatis. Ouid.
Pugnæ pretium, coniux. Ouid.
Sceleris pretium crux. Iuuenal.
Grande pretium. Ouid.
Pretii magni homo, vel pretii parui. Terent. Cic. *De grande estime, Duquel on doibt tenir grand compte, Homme de grande valee, ou valeur.*
Maximo pretio. Plin.
Minimi pretii, Vide Minor in PARVVS.
Par pretium, Vide PAR. Pretiosum pretium. Plaut.
Pretium non vile. Martialis.
¶ Abiit pretium, Vide ABEO.
Accendere pretium rei alicuius, Vide ACCENDO.
Addicere pretio, Vide ADDICO.
Adduci pretio. Cic.
Æquare pretium, Vide AEQVO.
Æstimare pretium, Vide AESTIMO.
Amplificare pretium, Vide AMPLIFICO.
Antecedere pretio, Vide ANTECEDO.
Arrogare pretium alicui rei. Horat. Vide ARROGO.
Auellere pretium antè, quàm mercem ostendere. Horat. *Exiger le payement deuant que monstrer la marchandise.*
Augere pretium, Vide AVGEO.
Nefandum pretium augere. Claud.
Pretio capiuntur auaræ. Tibull.
Quoquo pretio coemptus erit. Cicero. *Quelque pris qu'il sera acheté.*
Componere pretio, Vide COMPONO.
Concedere partem pretii, Vide CONCEDO.
Constituere certum pretium. Cic.
Corrumpere pretio. Cic.
Deduci à recta via nec prece, nec pretio, nec gratia, nec simultate oportet. Author ad Heren.
Dicere pretium muneris. Horat.
Ob vacationem pretium datum. Cic.
Pretio & mercede duci ad aliquid faciendum. Cic.
Emere aliquid pretio. Propert.
Meo pretio emptus, Vide MEVS.
Pretium facere alicui rei. Plinius. *La faire estre precieuse & de grande estime, La faire estre de requeste, & de bonne vente.*
Facere finem pretio difficile est, nisi libidini feceris. Cic.
Flagitare pretium. Tibull.
Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Cic. *N'est point a pris, ou N'est point chere, ou de requeste.*
Iacent pretia prædiorum. Cic. *L'estimation en est petite, Les heritages ne sont point prisez, ne de requeste, Ne se uendent point bien, On n'en tient compte.*
Impendere pretium, Vide Impensus in IMPENDO.
Imponere pretium, Vide IMPONO.
Inficiari pretium. Ouid. Largiri pretium alicui. Ouid.
Mercari pretio. Cic. *Acheter a deniers comptants.*
Mercari aliquid tanto pretio. Cic. *Autant, Aussi cher.*
Mercari minori pretio. Gell.
-quanto Metiris pretio, quod, &c. Iuuenalis. *Combien estime tu que, &c.*
Pactum pretium. Cic. *Pris faict & accordé entre aucuns.*
Parcere pretio, Vide PARCO.
Pertimere pretium alicuius rei. Cic.
Vrbem exiguam pretio posuit. Virgil.
Posci pretium. Ouid. Redemptus pretio. Virgil.
Prostare pretio. Ouid. Sarcire pretium. Claud.
Pretium statuere arti suæ. Terent. *Mettre a pris sa besongne.*
Magno pretio stare. Horat. *Couster cher.*
Esse in pretio, Vide IN præpositionem.
In pretio pretium nunc est. Ouid.
Corticis ad medicamenta pretium est. Plin. *On prise & estime on l'escorce pour faire medecine, Elle est de requeste.*
Casiæ corticem contra atque in cinamomo leuari, & extenuari, pretium est. Plin. *Elle est estimee meilleure, C'est signe de bonté, Elle en vault mieulx, & en est mieulx vendue.*
Vendere aliquid paruo pretio. Cic. *A vil pris.*
¶ Pretium, pro Operæ pretium. Tacit.
Operæ pretium. Iuuenal. Vide OPERA.
Exitus pretium. Tacit. Conscientiæ pretium. Tacit.
Pretiosus, pen. prod. Adiect. Plaut. *Qui est de grād pris, Precieux.*
Nimium pretiosa operaria es. Plautus. *Tu es trop chere, Tu prens trop pour ta peine.*
Pretiosum & Vile, contraria. Cic.
Æra pretiosa. Seneca. Dona pretiosa. Seneca.
Emptor pretiosus. Horat. *Qui n'espargne point l'argent en achetant, Qui achete fort cher.*
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro. Ouid.
Pretioso linteo vestes. Plin. *Tresbonnes.*
Loca pretiosa metallo. Ouid.
Nox pretiosa. Propert. *Pour laquelle on a baillé de l'argent, Nuict achetee.* Pretiosus sapor. Colum.
Pretiosi gustus vua. Columel. Vestis. Lucan.
Texta pretiosa. Ouid. Vestimenta pretiosa. Horat.
¶ Pretiosior. Ouid.
Pretiosè, pen. prod. Cic. *Precieusement, Richement.*
Pridem, Aduerbium. Plin. *Il y a long temps.*
Quàm pridem hoc nomen Fanni in aduersaria retulisti? Cic. *Combien de temps y a il que, &c.*
Medici non pridè venit in Italiá. Plin. *Il n'y a pas long tēps.*
Non ita pridem. Cic. *Il n'y a pas fort long temps, Il n'y a pas si long temps qu'on diroit bien.*
Pridie, Aduerbium. Cic. *Le iour de deuant, ou Le iour deuant.*
Pridie & Postridie, contraria. Cic.
Ibi esse vsque ad pridie Calend. Maias volo. Cic.
A pridie Idus Septembres gignitur. Plinius. Vide A præpositionem.
¶ Illā sententiam Bibuli pridie eius diei fregeramus. Cic. *Le iour de deuant cestuy la.* Pridie eius diei venit. Cic.
¶ Pridie Nonas Iunias quum essem Brundusii. Cic.
Pridie quàm occideretur. Sueton.
Pridie quàm excessit è vita. Cic.
Pridianus, pen. prod. Adiectiuum, pro Hesterno. Tranquillus, Pridiani cibi onere. *Du iour de deuant.*
Primarius. Primates, Primipara. Primitiæ, Primipilus, Primogenitus, Primordium, Vide PRIMVS.
Primus, Adiectiuum. Terent. *Premier, Prime.* hinc dicimus *Printemps, Prime uere. De prime face.*
Primus ante omnes. Virgil.
Prima duo capita epistolæ tuæ. Cic.
¶ Ciuitatis primus Dyrrhachinus. Cic.
Genere & nobilitate sui municipii facilè primus. Cic. *Le plus grand personnage, & le plus noble de sa uille.*

¶ Quæ tibi putaris prima, in experiũdo repudies. Terent. *Que tu auras estimé les principales & meilleures.*
Prædium quod primum sict, si me rogabis, sic dicam, &c. Cato. *Le meilleur.*
Prima & summa, habentur vtilia. Cic.
Homo primus. Cicero.
Primus apud te est. Terent. *Il ha plus de credit enuers toy, que les autres, Tu l'aimes plus que touts les autres, & en tiens plus de cõpte.*
Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt. Terent. *Qui en toutes choses veulent estre estimez sur touts.*
Primam dices, scio, si videris. Terent. *Tu diras qu'il n'y a point sa pareille en beaulté.*
Laus prima illis est. Plin. *Elles sont les plus estimees & prisees.*
Honos primus virtutis. Horat.
¶ De priuatis me primùm sententiam rogauit. Cic.
Primi ex omnibus philosophis. Cic.
Prima consiliorum: Hoc est, prima consilia. Tacit.
Mihi responsum primus dedit ille petenti. Virg. *Le premier.*
¶ Primo accessu. Liu. *De prime arriuee, D'abordee.*
Aditus primi difficiles. Horat.
Prima adolescentia, Vide ADOLEO.
Primo statim aduentu. Liu. *Incontinent, Des qu'il fut arriué.*
Æstas prima incœperat. Virgil.
Ætas prima. Virgil. Anni primi. Virgil.
Aspectu primo. Liu. *De prime face, De premiere apparence.*
Barba prima. Seneca. *La prime barbe.*
Corpora prima. Lucret. *Les quatre elemens.*
Primo quoque die. Columel. *Le plus tost que faire se pourra.*
Primo diluculo. Sueton.
Prima facie. Caius. *De prime face.*
Prima fronte, Idem. Quintil.
Prima ab infantia. Tacitus.
Primo introitu. Plin. *De prime entree.*
Prima iuuenta. Plin. Labes prima mali. Virgil.
Primis labris aliquid gustare. Cic. *Gouster & taster seulement du bout des leures.*
Prima lux. Sueton. *Le fin matin.*
Eò sum profectus prima luce. Sulpitius Ciceroni.
A prima luce, Vide A præpositionem.
Primo mane cum familia prodeundum est. Columella. *Des le fin matin.*
Prima quaque occasione. Plin iunior. *Incontinent que l'opportunité & occasion si addonnera.*
Primo progressu. Cic.
Prima specie. Liu. *De prime face, De premiere apparence.*
Consilia callida & audacia, prima specie læta. Liu. *D'entree, Du commencement.*
Nominibus vterentur his quæ prima specie admirationem, re explicata risum mouerent. Cicero. *De prime face, ou Incontinent.*
Primo quoque tempore. Liu. Cicero. *Le plus tost que faire se pourra, Incõtinent que le tẽps, opportunité & occasion si addõnera.*
Primis tenebris mouit. Liu. *Au commencement de la nuict.*
Prima vespera. Sueton. *Sur le vespre, Tout au commencement du vespre, ou de la vespree.*
Primo vespere. Tacitus.
¶ A primo. Cic. *Du commencement.*
A primo homo insanibat. Terent.
A primo lucis. Macrobius.
Cum primis, Vide CVM præpositionem.
Sapiens cum primis nostræ ciuitatis homo. Cic.
In primis, Vide IN præpositionem.
Homo in primis improbissimus. Cic.
In primis splendidus Minutius eques Romanus. Cic.
¶ Primas dare alicui: Subaudi, partes. Vide in DO, Dare primas. Agere primas, Vide AGO.
Concedere alicui primas, Vide CONCEDO.
Primas deferre alicui. Cic. *Luy donner le premier lieu.*
Primarum partium esse. Cic.
Primum, Aduerb. ferè sequitur Præterea, vel Deinde. Terent.
Primùm fratrem nusquam inuenio gentium.
Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium Vidi. *Premierement, En premier lieu.*
Nunc primùm, Vide NVNC.
Primùm ne obliuisceretur reuerentiæ quæ parentibus debetur: deinde vt repetitis altius causis, &c. Quintil.
Primùm, deinde, postremò. Cic.
Primùm, deinde, deinde. Cic. Primùm auerti pecuniam domum non placere: deinde ipsarum statuarum modum quẽdam esse oportere: deinde illud certè ab inuitis exigi non oportere.
¶ Et rei primùm præuorti volo. Plautus. *Tout premierement, Preallablement.*
Censén' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Plaut. *Penses tu que ce soit auiourdhuy la premiere fois qu'il, &c.*
¶ -iam primùm omnium
Vbi ventum ad ædes est, Dromo pulsat fores:
Anus quædam prodit, &c. Terent. *Tout premierement.*
¶ Vt primùm illam vidi, nunquam vidi postea. Plaut. *Ie ne l'ay point veue depuis la premiere fois que ie la veis, Ie ne la veis iamais que une fois.*
¶ Quid primùm in eo miremur? curam ingenii, an occasionem fortuitam? Plin. *Principalement.*
Primò, Aduerbium. Terent. At etiam primò callidum & disertum credidi hominem. *Au commencement, De prime face, D'entree.*
Cœpi aduersari primò. Terent. *Du commencement.*
Primò & mox. Plin. Vesci pecora solita, primóque purgari, mox pinguescere.
Prímulus, pen. corr. Adiectiuum, diminutiuum à primus. *Des le fin point du iour.*
Primulo diluculo abiisti ad legiones. Plaut.
Primulùm, pen. corr. Aduerb. diminutiuum. Plaut. *Tout a ceste heure, Tout maintenant.*
Primárius, Adiect. Cic. *Qui est premier, Premerain, ou Primerain.*
Vir primarius. Cic. *Qui est le premier entre les autres, & le plus grand, & le plus excellent.*
Adolescens primarius. Seruius Sulpitius Ciceroni.
Bellator primarius. Plin.
Quin vos capitis conditionẽ ex pessuma primariã? Plaut.
Fœmina primaria. Terent. *Des plus estimees de la ville, Premeraine.* Senator vir primarius. Cic.
Primario loco esse, & Secundum locum obtinere, contraria. Cic. *Estre le premier.*
Primas, primátis, pen. prod. Primates. *Les principaulx d'un populaire par lesquels le demeurant est gouuerné.*
Primâtus, huius primátus, pen. prod. m. g. Plin. *Principaulté, Le premier lieu, Primace, Primat.*
Primatum dare alicui rei. Varro. *L'estimer par dessus toutes les autres.*
Primani. Tacit. *Les gens de guerre de la premiere legion.*
Primoris, pen. prod. genitiuus, cuius nominatiuus non reperitur. Pluraliter, Primores, primorũ, &c. *Les bords & bouts de toutes choses, Les extremitez & dernieres parties.*
Hoc digitulis duobus sumebas primoribus. Plaut.
Versabatur mihi in labris primoribus. Plaut. *Sur le bord des leures.*
Extollito primorem partem. Cato. *Le fin bout.*
Nasi primoris acumen. Lucret.
Primoribus labris gustare. Cic. *Gouster & taster seulement.*
¶ Primores, pro Primis accipitur: vt Primores imbres. Varro. Anni primores. Sil.
Primores dentes. Plin. *Les dens de deuant.*
Animaduerti quosdam viros opinari vestibulũ esse partem domus primorẽ. Gel. *Qu'on rencontre toute la premiere.*
Primori in acie versabantur. Tacit.
¶ Primores, pro Optimatibus. Liu.
Populi primores. Horat.
Primæuus, pen. prod. Adiectiuum. Virgil. *Aisné, C'est a dire, aim ou auant né.*
Primæuo corpore Lausus. Virg. Natus primæuus. Catul.
Primæuo flore iuuentus. Virgil.
Primigénius, Adiect. *Le premier engendré deuant toutes les autres, Primitif.* Primigenia fortuna. Cic.
Primigenia noxa. *Peché originel.* Bud.

Semina primigenia. Varro. *Semences que nature a mises en une chose.*

Primigenia pecuaria. Varro. *Le premier commencement & origine de, &c.*

Primigenus,pen.corr.Aliud adiectiuum.Lucret.

Primitiuus,pen.prod.Similiter adiectiuum. *Premerain.*

Primitiui anni.Colum. *Premieres annees.*

Primipara,primiparæ,pe.cor.Plin. *Qui accouche de son premier.*

Primipilus,primipili,penult.prod.Vegetius.*Le capitaine de la premiere bande.*

Aquila primipili.Cic.

Primipilum ducere. Cæsar. *Conduire la premiere bande, & en estre capitaine.*

Primipilâris,huius primipilâris,pe.prod. Quintil. *Celuy qui a esté el capitaine.*

Primitus,pen.corr.Aduerbium.Varro.*Premierement.*

Primitius,Adiectiuum.Ouid. Ecce rapit medius flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.*Le principal tison.* Sunt qui prunitium legant,à pruna scilicet.

Primitiæ, primitiârum, f.g.plu.num. Plin. *Les premiers fruicts lesquels on offroit a Dieu,Primices.*

Frugum primitiæ.Ouid. Operum primitiæ.Stat.

Primitias vitis resecare censuerunt. Columel. *Tout ce que la vigne iecte & produit premierement.*

Armorum primitiæ.Stat.*Les premiers faicts d'armes d'aucun.*

Lachrymarum primitiæ.Stat.

Primodum,pro Primò. Plaut. *Premierement.*

Primogénitus,primogéniti,pen.corr.Plin. *Premier né, L'aisné.*

Primordium,primordii.Plin. *Commencement.*

Belli primordia.Stat. Gentis primordia.Ouid.

Dicendi primordia. Quintil. Mundi primordia.Ouid.

Operum primordium. Curtius.

Principiorum primordia.Lucret.

Prima primordia rerum.Lucret.

A primordio sui, Vide A præpositionem.

Capere primordia,Vide CAPIO.

Ducere primordia generis ex aliis.Ouid.

Princeps, principis,pen.corr.communis gene.Virgil.Cic. *Prince, ou Princesse.*

Princeps prælium inibat. Liu. *Il commencoit premier le combat.*

Postremus & Princeps,contraria.Cic.

Ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Plancus ad Ciceronem. *Premier au danger.*

Exordium princeps omnium debet esse.Cic.

¶ Patria , in qua multis virtutibus & beneficiis floruit princeps.Cic. *Qui estoit le plus vertueux & le plus secourable de tout son pays.* In astrologia princeps.Cic.

In iure ciuili longè omnium princeps,Seruius.Cic.

Consilii publici princeps plurimos annos fuit Pericles. Cicero. Princeps tragici cothurni.Plin.

Dearum princeps,Iuno.Ouid.

Ingenii & doctrinæ princeps,Plato.Cic.

Nunc iuuenum princeps,deinde future senum.Ouid.

Princeps legis Agrariæ, P. Rullus. Cicero. *Le maistre de toute l'entreprinse,L'autheur.*

Princeps Latini nominis.Liu.

Princeps philosophorum & authoritate & antiquitate, Socraticus Aristippus.Cic. *Le plus excellent.*

Salutis,mentisque publicæ princeps,Senatus.Cic.

Princeps atque architectus sceleris. Cic. *Le principal autheur & inuenteur.*

Princeps sceleris & concitator belli. Cæsar.

Princeps sermonis ordiendi fuit.Cic.

Stoicorum princeps,Zeno. Cic.

Princeps terrarum,Populus Romanus.Plin.

Consilio & lingua princeps aliquis.Cic.

Longè omnium quicunque fuerunt grauitate dicendi princeps, Plato. Cic.

Studiis doctrinæ,& regenda ciuitate princeps,Demetrius. Cicero.

¶ Inter principes ciuitatis. Plin. iunior. *Entre les plus grands de la ville*

Ciuitatis longè princeps,Pompeius.Cic.

Orbis terræ princeps. Cic. Principum princeps. Cic.

¶ Altissimus princeps. Claud.

Egregius.Claud.

Honoratus homo & princeps.Cic.

Immensus princeps. Claud. Nefandus.Seneca.

Iustus.Ouid. Venerandus.Claud.

¶ Colere principem donis, Vide COLO.

Exercere principem, & præstare. Sueton. *Faire le prince, Se monstrer prince.*

Principibus placuisse viris non vltima laus est.Horat.

Profiteri se principem in Senatu.Cic.

Personam principis in Rep.tueri,magnum est.Cic.

Seruire principi.Cic.

¶ Fœminæ principes. Plin. *Grandes dames,De grand renom.*

¶ Princeps, Adiectiuum. Primum significat. Principem locum inter grammaticos tenuit.Sueton. *Le premier lieu.*

Amor princeps ad beneuolentiam coniungendam.Cic.

Ciuem principem se putat.Cic.

Dies imperii princeps,vitæ supremus.Tacit.

Princeps mensis,Ianuarius.Colum.*Le premier mois.*

Patroni principes.Cic.*Les principaulx aduocats,& plus renómez.*

Qualitatum aliæ sunt principes,aliæ ex iis ortæ.Cic.

Roma princeps vrbium.Horat.

Princeps vox in Repub.Cic.

Principem habuimus Pansam. Cic. *Pansa a esté nostre principal aide & secours.*

Principâtus, huius principátus, pen.prod.m.g. Cæsar. *Principaulté & seigneurie.*

Diui Augusti principatu obiit.Pli.*Du temps que Auguste estoit Empereur.*

Principatus est apibus.Plin.

Regius principatus.Cic.

Deferre principatum alicui.Cic.

Delere principatum.Cic.

Dare principatum homini.Cic.*Le louer sur toutes les autres.*

Dare principatum alicui rei. Plin. *L'estimer & priser par dessus les autres.*

Penes ipsum est principatus. Cic. *La principale partie est devers luy.*

Ferre principatum alicuius belli. Cic. *Estre chef & principal gouverneur & conducteur.*

Nimia cupiditas principatus facillimè in elatione animi innascitur.Cic.

Tenere principatum alicuius rei. Cic. *Estre le principal d'un affaire,qui y aide plus que touts les autres.*

Vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet.Cic. *Chascun selon son aage dit son opinion.*

Diuinum tribuit principatum menti Theophrastus. Cic.

Principâlis,& hoc principâle,pen.prod. Plin. iun. *De prince, Appartenant au prince.*

Ille nos principalibus rebus existimat dignos.Plin.iun.

Tropus,sermo à naturali & principali significatione träslatus ad aliam. Quintil.*De la principale signification.*

De cultura agri præcipere , principale fuit apud exteros. Plin. *Ce a esté la chose la plus principale , & dequoy ils ont tenu plus de compte, ou Ce a esté l'office des princes,les grands princes en escriuoyent.*

Non principalibus causis & perfectis, sed adiuuantibus & proximis.Cic.

Paratus principalis.Tacit. *Apparat de prince.*

Principâliter,penult.corr.Aduerbium.Plin.iunior.*En prince, Comme il convient & appartient a un prince.*

Principium, principii.Terent. *Commencement,Principe.*

Origo principii nulla est : nam ex principio oriuntur omnia.Cic.

Principium & Extremum, contraria.Cic.

Principium & Exitus,contraria.Cic.

Principium & Finis,contraria.Cic.

Data à natura principia.Cic.

Ex albis principiis alba esse. Lucret.

Bellorum & imperiorum principium. Cic.

Causarum omnium vnum est naturale principium.Cic.

Iuris principia.Cic. Lucis principium.Ouid.

Fons & principium mouendi. Cic.
Parêre principiis naturæ debemus. Cic.
Philosophiæ principium est scientia. Cic.
Pugnæ principium. Virgil.
¶ Rerum omnium principia parua, sed suis progressionibus vsa augentur. Cic.
Capessere principium alicuius facinoris. Tacitus. *Entreprendre le commencement.*
Constant ex principiis rerum omnia. Cic.
Cognitis principiis multò facilius extrema intelliguntur. Cicero.
Ducenda sunt omnium rerum magnarum principia à diis immortalibus. Cic. *Il fault commencer par, &c.*
Ducere principium à sanguine Teucri. Ouid. *Estre de la race de Teucer.*
Flebile principium melior fortuna secuta est. Ouid.
Fœdum anni principium incessit. Tacit.
¶ Abrupta principia. Quintil.
Acutum principium. Cic.
Exalbescere in principiis dicendi. Cic.
Ferri à principio ad exitum. Cic.
Prouisa & diligenter explorata principia ponere. Cic.
Tarda principia in omni genere dicendi sunt. Cic.
¶ Principia, principiorum, plu. nu. Colum. *Une bède de gens de guerre anciennement des plus robustes, comme de l'aage de trente a trentecinq ans.*
¶ Vellem te à principio audisse. Cic. *Des, ou Depuis le commencement.*
In principio, Vide IN præpositionem.
¶ Principio, pro In principio. Virgilius, Principio cælum & terras, campósque liquentes.
Principiò, Aduerbium. Terent. *Premierement, Preallablement.*
Principiò atque animus ephebis ætate exit. Plaut. *Du commencement qu'il, &c. Incontinent apres que, &c.*
Principiâlis, & hoc principiâle, pen. prod. Lucret. *De commencement.*
Prior, & hoc prius, Comparatiuum, non solùm ad duos, sed etiam ad plures referri potest. Plautus. *Premier.*
Nos priores ibimus. Plaut. *Nous irons les premiers.*
Artibus in dubio est, hæc sit, an illa, prior. Ouid.
Officio prior est ille. Horat.
Quam priore libro præcepimus. Columel. *Au premier liure, ou Au liure precedent.*
Loco priore causam dicere. Cic.
Priora tempora. Plin. iunior. *Les temps par ci deuant.*
Prior Siciliæ tyrannus, Dionysius. Plin.
Priores nostri, id est maiores. Plin. iunior. *Noz maieurs & ancestres.*
In priora & terga discurrunt. Plin. *Deuant & derriere.*
Priscus, Adiectiuum. *Qui est du temps passé & du vieil temps.*
Agricolæ prisci. Horat.
Annales prisci. Ouid. Aurum priscum. Horat.
Ars prisca. Horat. Fides prisca. Martial.
Gens prisca mortalium. Horat.
Græcorum priscæ literæ. Cic.
Moneta prisca concessit nouæ. Ouid.
More prisco. Tacit.
Nomen priscum mutare. Ouid.
Progenies prisca. Claud. Res. Ouid.
Relligio. Ouid. Ritus priscus. Plin.
Secula prisca. Martial. *Les temps passez.*
Senes prisci. Ouid.
Seueritas prisca. Cic. Tempus priscum. Ouid.
Verborum priscorum affectator. Sueton.
Vetustas prisca. Ouid.
Veteres & prisci viri. Cic. *Desquels on usoit le temps passé.*
Vocabula prisca. Cic.
Priscè, Aduerbium: vt Priscè agere. Cic. *A la maniere du temps passé, ou du vieil temps.*
Pristinus, pen. corr. Adiectiuum. *Qui estoit par ci deuant, ou au parauant.* Pristinis orbati muneribus. Cic.
Mores pristini. Cic. *Les vieilles coustumes.*
Senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui. Cic.
Ætas pristina. Claud. Dignitas pristina. Cic.
Bonitas. Cic. Gloria. Virgil.
Coniux pristinus. Virgil. Labor pristinus. Cic.
Vetus consuetudo fori, & pristinus mos iudiciorum. Cic.
Odio pristino incensa mulier. Cic.
Recidere ad pristinum statum. Cic.
Pristis, huius pristis, f. g. Plin. *Une sorte de poisson de mer, fort long & estroict.*
Pristis. Virgil. *Une sorte de nauire semblable a ce poisson.*
Priuatus, Vide PRIVVS.
Priuignus, priuigni. Mart. *Le fils de ma femme, ou de mon mari.*
¶ Priuigna. Cic. *La fille de ma femme, ou de mon mari.*
Priuigna proles. Columel.
Priuilegium, & Priuo, Vide PRIVVS.
Prius, Comparatiuum, Prior & hoc prius. Terentius, Nihil prius, neque fortius. *Il n'y a chose si excellente.*
Æui prioris exempla. Ouid.
Prius & Posterius, contraria. Horat.
Nil prius fide. Propert.
Prius, Aduerbium temporis. Plautus, Prius tua opinione hic adero. *Plustost que tu ne penses.*
-si intellexerit, Prius proditurum te tuam vitã, & prius Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium, hui, &c. Terent. *Plustost.*
Prius quæso disce quid sit viuere. Terent. *Appren deuant, ou premier que c'est de viure.*
Nihil prius mihi faciendum putaui, quàm vt tibi gratularer. Cicero.
Fuerat æquius, vt prius introieram, sic prius exire de vita. Cicero.
Prius orto sole. Horatius. *Deuant le soleil leué, Auant que le soleil fust leué.*
Priusquam, Subcontinuatiua coniunctio, quam nonnulli disiungunt, prius quàm Aliquando indicatiuo, aliquando subiunctiuo iungitur.
Prius quàm de Rep. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonii iniuria. Cicero. *Premier que ie, ou Deuant que ie, &c.*
Prius quàm incipias, consulto opus est. Sallustius.
Præclarè vixero, siquid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro. Cic.
Priuus, priua, priuũ: Priui, priuæ, priua, id est singuli. Liu. *Un chascun.*
Priuum. Nonius. *Le propre d'un chascun, ou Qui appartient a aucun particulierement.*
Vt priuos lapides silices, priuásque verbenas secum ferrent. Liu. *Chascun portast un caillou.*
In multas igitur voces, vox vna repentè
Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aures. Lucret.
Priuâtus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Appartenant a un chascun en particulier, Priué, Particulier.*
Cum Scipione mihi coniuncta cura de Rep. & de priuata fuit. Cic. *Et d'aucũs affaires priuez, ou particuliers & domestiques.*
Sed is priuatam illic seruitutem seruit, an publicã? Plaut.
Res quæ ipsius erant priuatæ. Cic. *Qui appartenoyent a luy seul, & non point au commun.*
Verbis quasi priuatis vtuntur ac suis. Cic.
Priuatum & Commune, contraria. Cic.
Census priuatus. Horat. Consensu priuato. Cic.
Tantum authoritate potuit, vt Opimiũ cõtra Gracchum priuato consilio armaret. Plin. iunior. *De son propre conseil, sans qu'aucun luy en eust rien conseillé.*
Disputationes priuatæ. Quintil.
Dolor priuatus. Sil. Domus priuata. Cic.
Priuato liceat delituisse loco. Ouid.
Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? Brutus ad Ciceronem. *A part & particuliere haine.*
Opes priuatæ. Horat. Pecunia priuata. Quintil.
Senectus. Lucan.
Vita priuata. Cic. *De gens qui n'ont charge que d'eulx mesmes, sans aucun office publique.*
¶ Priuatus. Cic. *Qui n'ha nul office ne estat.*
Priuatus, cui opponitur Cum potestate. Cic.

Qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent. Tacit. *Des iuges subalternes & inferieurs.*

In priuato, & in publico, contraria, Vide IN præpositionem.

Priuâtim, penult. prod. Aduerbium. Plaut. *A part, & non point deuant touts.*

Hic priuatim seruaretur rectius. Plaut. *En ma maison.*

Priuatim & Publicè, contraria. Cic.

Etsi ea quidam & priuatim & publicè peruersè abutitur. Cic. *En leurs propres affaires & particulieres.*

Mira quædam tota Sicilia priuatim ac publicè religio est Cereris. Cic. *Tout le peuple, & encore chascun en particulier fait grand feste de Ceres.*

Beneficia singulis ciuibus, priuatímque dantur. Cic.

Priuatim aliquid gerere. Cic. *Sans aucun office ou estat.*

¶ Priuatim. Plin. *Particulierement, En particulier, Specialement.*

De iis priuatim condidit volumen. Plin.

Societatê sibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuisse. Cic. Mandare alicui rem priuatim. Cic.

Priuàte, pen. prod. Aliud aduerbium, Idem. Cic. *Nommeement, Expressement.*

Priuo, priuas, priuâre. Plaut. *Priuer, & oster quelque chose a aucũ.*

Spoliare & priuare. Cic.

Patriam priuare aspectu suo. Cicero.

Dolore priuari. Cic.

Fide priuauere eum fata. Stat. *Feirent qu'on n'adiousta point de foy a ce qu'il disoit.*

Fructu liberalitatis aliquem priuare. Cic.

Non enim afficitur beneficio, sed priuatur iniuria. Cic.

Priuare communi luce. Cic. *Tuer.*

Priuare oculis. Cic. *Creuer les yeulx a aucun.*

Ægritudo me somno priuat. Cic. *Me garde de dormir.*

Priuare testimonio. Cic. Priuare vita. Cic. *Tuer.*

Priuans, Participium. Cic.

Priuatus, *A qui on a osté quelque chose, Priué de quelque chose.*

Donis priuatus sum. Plaut.

Priuatus stipendio. Plin. iunior. *Cassé aux gages.*

Lumine priuatus. Ouid. *Qui a perdu la veue, Aueugle.*

Aer priuatus lumine. Lucret.

Priuatio, Verbale. Cic. *Priuation.*

Priuatio doloris. Cic.

Priuilegium, priuilegii. Cic. *Vne loy particuliere, pour, ou contre aucun.* Priuilegium. Seneca. Sueton. *Priuilege.*

Priuilegiárius, Adiect. Vlp. *Qui ha quelque priuilege. Priuilegié.*

Pro, Interiectio indignantis, Nominatiuo aliquando, seu vocatiuo potius, aliquando accusatiuo iungitur. Terent. *Vn escri qu'on fait, quand on se courrouce & marrist.*

Prô dii immortales facinus indignũ quod narras. Terent.

Tantum (pro dolor) degeneramus à parentibus nostris, vt, &c. Liu.

Prô deûm atque hominum fidem, quid est, si non hoc cõtumelia est? Terent. *Mon Dieu, &c. B.*

Prô facinus. Ouid.

Pro, Præpositio, ablatiuo casui seruiens, significat quod Gallicè dicimus *Pour.* Minas viginti pro ambobus dedi. Terent.

Pro vapulando ego abs te mercedem petam. Plaut.

¶ Pro omnibus, & contra omnia disputare. Cic.

Partim nihil contra Habitum valere, partim pro hoc esse. Cic. *Estre pour luy, & luy seruir a sa cause, Faire pour Habitus.*

Offero pro mea parte tantundem. Plin. iun. *Pour ma part.*

Pro mea parte adiuui. Cic. *De ma part, Tant que i'ay peu.*

In his artibus pro mea parte versor. Cic. *De tout mon pouoir, De ma part.*

Qui saluum volunt, pro sua parte atque authoritate defendunt. Cic. *Chascun en tant qu'il luy touche, Chascun pour son regard, Chascun endroict soy, ou en son endroict.*

Pro sua parte loqui. Plaut. *Parler pour soy & se defendre.*

¶ Hæc tibi pro amore mutuo scripsi. Plin. iunior. *Pour l'amour, ou A cause de l'amour qui est entre nous deux.*

Ego te pro istis dictis & factis vlciscar. Terent.

¶ Pro illo te ducam. Terent. *En lieu de luy, En sa place.*

Eduxit eam mater pro sua. Terent. *Comme sienne.*

Habere pro absoluto aliquem. Cælius Ciceroni.

Pro ancilla habere. Plaut. *S'en seruir pour chambriere, ou en lieu de chambriere.*

Pro argumẽto id fuit, Annibalem castris nõ mouisse. Liu.

Ponere aliquid pro argumento. Cic.

Sicilia non solùm pro penaria cella, sed etiam pro ærario Romanis fuit. Cic.

An hoc beneficiô est habendum? Brutus Ciceroni.

Pro beneficio aliquid alicui dare. Cælius Ciceroni.

Gerere se pro ciue. Cic.

Esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere. Cic.

Putare pro decreto. Cic.

Pro derelicto aliquid habere. Cic.

Noctem pro die, cauponam pro oppido alicui esse. Cic.

Pro diis habent obscœna. Plin.

Pro deliciis crudelitas illi fuit. Cicero. *Il prenoit plaisir a exercer cruaulté.*

Omnia gerere pro hærede. Cic. *Comme heritier.*

Pro hoste habere. Liu. *Estimer ennemi, Tenir pour ennemi.*

Incerta pro certis habere, falsa pro veris. Cic.

Pro mercedis cumulo fuerunt. Cic.

Vnus Cato mihi est pro centum millibus. Cic.

Pro monstro eam vocem accepit. Valer. Max.

Pro occiso relictus est Sestius. Cic.

Pro parente colere. Liu. *Auoir en aussi grande reuerence que si c'estoit son pere.*

Tradere aliquid pro pignore. Cic.

Habere rationes relictas pro latis. Cic.

Sui, ne putrescat, anima pro sale data est. Cic. *En lieu de sel.*

Pro socio damnatus est. Cic. *Au lieu de son compaignon.*

Ornamentis alicuius pro spoliis abuti. Cic.

Pro stercore aliquid habere. Plaut. *N'estimer aucune chose non plus que fien.*

Verbum pro verbo reddere. Cic. *Mot pour mot.*

Pro virgine nuptum dari non potest. Terent. *Comme, ou Pour vierge.*

¶ Amaui pro meo. Terent. *Comme mien, Autant que sil eust esté mon enfant.*

Pro certo est. Quintil. *Il est certain.*

Pro certo ponere. Cæs. *Escrire une chose comme certaine.*

Pro certo affirmare. Liu. *Comme chose seure, Pour certain.*

Ambiguum pro certo concedere. Cic.

Pro certo negare. Cic. Pro certo dicere. Terentius, Pro certóne tu istæc dicis? *Pour certain.*

Pro certo habere. Cic. *Scauoir une chose certainement.*

Qui pro comperto afferret, Achæos statuisse postero die, &c. Liu. *Qui dist pour tout certain que les, &c.*

Id sumunt pro concesso & probato. Cic.

Pro damnato esse. Cic. *Estre tenu pour tout condamné.*

Id mihi erit pro explorato. Ci. *Ie tiẽdray cela pour tout certain.*

Pro facto habere. Cic. *Tenir pour faict.*

Pro firmato stare. Liu. *Estre ferme & stable.*

Pro indiuiso. Cato. *Par indiuis, Sans diuision.*

Quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportet. Cic. *Pour chose non faicte.*

Nobis pro meliore fuit, effugere hostes tenui damno. Tacit. *Ce fut nostre meilleur.*

Pro nihilo ducere. Cicero. *N'estimer rien, N'estimer non plus que rien.* Pro nihilo putare, Idem. Cic.

Aristoni omnia visa sunt pro nihilo. Cic. *Aristo n'a rien estimé tout cela, Ne luy a semblé estre rien.*

Pro ridiculo ac delectamento putare aliquem. Terentius. *Faire son fol d'aucun, & s'en gaudir, En faire son passetemps & son iouet.*

Pro rudi atque indocto despicitur. Gel.

Pro rupto fœdus habere. Liu. *Tenir l'alliance pour rompue.*

Pro victis abiere. Liu. *Comme vaincus.*

¶ Nemo satis pro merito gratiam regi refert. Terent. *Selon qu'il a merité.*

Efficimus pro opibus nostra mœnia. Plautus. *Selon noz richesses.*

Africus proteruus. Horat.
Proteruum dictum aut factum. Cic. *Parolle fiere & arrogãte.*
Frons proterua. Horat. *Effronté, Impudent.*
Iuuenes proterui. Horat.
Lingua proterua. Ouid. *Iniurieuse.*
Manus proteruæ. Ouid.
Noctis proteruæ lusus. Stat. Sales proterui. Stat.
Oculi proterui. Ouid. Stella proterua Canis. Ouid.
Ora proterua canum. Ouid. Turba proterua. Ouid.
Rixa proterua. Horat. Venti proterui. Horat.
Verba proterua dicere in aliquem. Ouid.
Proteruè, Aduerbiũ. Plaut. *Fierement & arrogãment, Proteruement.*
Tu proteruè iracundus es. Terent.
Facere & dicere aliquid æquo proteruius. Ouid.
Feci multa proteruè. Ouid.
Protéruitas, penult. corr. proteruitâtis, fœm. gen. Terentius. *Fierté & arrogance, Proteruité.*
Grata proteruitas. Horat.
Proteruia, proteruiæ, Idem. Lucret.
Prothymia, prothymiæ. Plaut. *Gayeté, Alaigreté.*
Prothyris, pen. prod. huius prothýridis, pen. cor. f. g. Vitru. *Ce qu'en une porte nous appellons Rouleau, Cartoche, ou Consolateur.*
Prothyrum, prothýri, pen. prod. Vitru. *Vn lieu wyde deuant la porte de la maison, par lequel on entre de la rue en la maison, Vn auant portail.*
Protinus, pen. corr. Aduerbium. Virg. *Soubdainement, Incontinent, Subit, Tantost.*
In cinere lixiuio tingunt protinus quàm detraxere vitibus. Plin. *Incontinent que,&c.*
Rogo te vt Romam protinus pergas. Cic.
¶ Traxerat ex firmitate mentis magnam protinus & membra constantiam. Quintil. *Ensemble.*
¶ Protinus aerii mellis cælestia dona Exequar. Virgil. *Tout de suite.*
¶ Parui refert protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fideiussoris vel rei personam. Vlpian. *Immediatement, De sa main, & non par personne interposee.*
¶ Aliquæ febres protinus à calore incipiunt. Cels. *Des le sien commencement, Tout premierement.*

¶ Lacu protinus stagnante. Plin. *Continuellement, ou Des le commencement de la source.*
Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes Albanæ coluere sacrum. Virgil. *Continuellement, ou Tousiours depuis.*
¶ Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Contremuit nemus. Virgil. *De long.*
¶ Quando autem huic aduerbio additur negatio, significat Non ideo: quemadmodum fit in Continuò & Statim. Quintil. Nec protinus non est materia rhetorices, si in eadem versatur & alius. *Elle ne laisse pas pourtant d'estre matiere de rhetorique si, &c. Il ne s'ensuit pas pourtant qu'elle ne soit, &c.*
¶ Continuò mecũ exercitum protinus abducam. Plaut.
¶ Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines. Virgil. *Tout a l'heure.*
Protinàm. Aduerb. Idem apud veteres significabat. Plaut.
Protollo, protollis, prosustuli, prosublâtum, protollere. Plaut. *Porter oultre, Auancer, Mettre en auant.*
Protollere. Plaut. *Prolonger, Delayer, Differer.*
Neque vltra decimum mẽsem fœtura mulierum protolli potest. Gell.
Protomartyr, protomártyris, penul. cor. com. gen. Primus testis.
Protono, prótonas, pen. cor. protonare. Valer. Flac. *Crier a haulte voix tout le premier.*
Prototomus, protótomi, pen. cor. masc. gen. *Qui est de la premiere coupe.*
Prototomi caules. Colum. *Les tendrons des choux, Les cymes.*
Protraho, prótrahis, pen. cor. protraxi, protractum, protrahere. Plaut. *Mettre & tirer auant par force.*
Nudi in medium protrahebantur. Liu.
In conuiuium Sextum Cominium protrahi iussit. Cic.
Omnia protrahere in lucem. Lucret.
Caput alicunde protrahere. Propert.
Latitantes protrahere indicio. Ouid.
In medios aliquem protrahere. Virgil.
Ad operas mercenarias protrahi. Cic.
Eo ipso timore ad indicium protraxit. Liu.
Verum protrahere alicunde. Lucret.
¶ Protrahere. Valer. Max. *Augmenter.*
¶ Protrahere. Terent. *Differer, Delayer, Prolonger.*
Protrahere & differre. Sueton.
Mors lenta protrahatur longa fame. Seneca.
Protractus, Participium: vt Ad arma protractus. Sil.
Protritus, Vide PROTERO.
Protropum, prótropi, pen. cor. Plin. *Vin qui prouient des raisins auant qu'ils soyent foulez, ou pressoirez, La mere goutte.*
Protrudo, protrûdis, pen. prod. protrûsi, protrûsum, pen. prod. protrúdere. Cic. *Poulser en auant.*
Paulatim moles protruditur atque mouetur. Lucret.
Proturbo, proturbas, proturbâre. Liu. *Iecter hors par force, Repoulser, Iecter arriere.*
Adsilientẽ admissariũ calcibus proturbat. Colum. *Le rue ius.*
Hostem eminus missilibus proturbare. Virgil.
Hinc cominus atque hinc proturbare. Virgil.
A solio proturbare aliquem. Valer. Flac.
Extra tecta proturbantur. Columel.
Proueho, próuehis, pen. cor. prouexi, prouectum, prouéhere. Plaut. *Porter auant, Poulser en auant.*
Vbi sumus prouecti in altum. Plautus. *Apres que nous fusmes bien auant en la mer.*
Vltrà prouehi. Virgil. Vlterius prouehere. Propert.
Ratem prouehere per freta. Valer. Flac.
Prouehimur pelago. Virgil.
Ad aquas vsque Puteolanas prouehuntur. Cic.
Prouectus ante stationes equo. Liu.
¶ Prouehi amore. Per translationem. Cic. *Estre raui d'amour.*
Longius in amicitia prouecti, Vide LONGVS. *Qui de long temps s'entr'aiment.*
Eò vsque corruptionis prouectus est. Tacit.
Quousque prouecta sit orandi facultas. Quintil.
Sentio me esse longius prouectum, quàm proposita ratio postularet. Cic. *Que i'ay passé beaucoup plus oultre que, &c.*
Paulò longius oratio mea prouecta est. Cic.
Prouehi in altum. Cic. *Estre porté en la pleine mer.*
In maius prouehere. Horat.
Prouehi in maledicta. Liu. *Dire force parolles oultrageuses.*
Prouehere vitam suam in periculum. Cic. *Mettre en danger.*
Prouehi ad optatos exitus. Cic. *Venir au dessus de ses entreprinses ou attentes.*
Paulatim per altercationem ad infestas orationes prouecti sunt. Tacit. *Ils sont venuz iusques a, &c.*
Quorum vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. Cic. *Leur a duré iusques a la fin de leur vie.*
Prouexit orationem meam vestra benignitas. Cic. *A faict que i'ay esté plus long.*
Hæc spes adeò prouexit, vt, &c. Liu. *Leur donna un si grand cueur.*
Prouehere aliquem ad dignitatem. Plin. iunior. *Le promouvoir & esleuer aux honneurs & dignitez.*
Prouehere studiosos. Plin. iunior. *Esleuer, Auancer en dignité.*
Próuehens, pen. cor. Participium. Liu.
Prouectus. Aliud participiũ, siue Nomen ex participio. Cic.
Prouectus ætate, vel Prouecta ætate homo. Cic. *Qui est ia sur l'aage.*
Longius prouectus ætate. Cic. *Qui est ia fort aagé.*
Nox erat prouecta. Tacit. Senectus prouecta. Tacit.
Prouenio, próuenis, pen. cor. proueni, pen. prod. prouentum, prouenire. Plaut. *Venir en auant.*
¶ Studia hilaritate prouenium. Plin. iunior. *Viennent, S'accroissent, S'auancent.*
¶ Prouenit satiua myrrha. Plin. *Naist & croist, Prouient.*
Carmina proueniunt animo deducta sereno. Ouid.
¶ Nec quid prouenturum sit, prouident. Cic. *Que c'est qu'il aduiendra.* Annus fœcundior prouenit. Ouid.
Proueniant medii sic mihi sæpe dies. Ouid. *M'aduiennent.*
Prouentus, huius prouentus, m. g. Plaut. *Le reuenu tant de bonnes choses, que de mauuaises.*
Prouentus dapsilis, Vide DAPS.
Triferus prouentus. Plin.
Onerare sulcos prouentu. Virgil.
Poetarum prouentus. Plin. iun. *Abondance, Foison.*
Lactis prouentus. Plin.
¶ Prouentus, pro Successu. Cæsar, Superioris tẽporis prouentus. *La bonne fin & issue, La bonne fortune.*
Prouerbium, prouerbii. Cic. *Vn prouerbe & dict commun.*
Quod in prouerbii loco dici solet. Cic.
Veteris prouerbii admonitu. Cic.
Opportunè aptata prouerbia. Quintil.
Cessit in prouerbium, Vide CEDO.
Contritum vetustate prouerbium, Vide CONTERO.
In prouerbio est. Cic.
Quod est Græcis hominibus in prouerbio. Cic.
Tritum sermone prouerbium. Cic.
Venit in consuetudinem prouerbii. Cic.
In communi prouerbio versari. Cic.
Pares cum paribus, veteri prouerbio facillimè congregantur. Cic. *Selon l'ancien prouerbe.*
Prouideo, prouides, pen. corr. prouidi, prouîsum, penult. prod. prouidêre. Cic. *Preuoir de loing quelque chose aduenir.*
Quod & præterita teneat, & futura prouideat. Cic.
Prouidere quid futurum sit. Cic.
Prouidere in posterum. Cic. Prouidere exitus. Cic.
Prouidere animo. Cæsar.
Coniectura aliquid prouidere. Cic.
¶ Prouidere. Terent. *Pouruoir a quelque chose.*
Si non astu prouidentur. Terent. *Si on n'y pouruoit finement.*
Prouidere & præcauere. Cic.
In posterum quàm longissimè prouidere. Cic.
Actum est de te, nisi prouides. Cicero. *C'est faict de toy, si tu n'y pouruois.*
Ne accidat, prouidebo. Cic.
Quicquid prouideri potest, prouide, ne, &c. Cic.
Omnibus rebus cura & prouide, ne, &c. Cic.
Socii ne spoliarentur, fide ac officiis prouiderunt. Cic.

Tum demum animis saluti vestræ prouideretis, quum oculis maleficium ipsum videretis. Cic.
Prouidere sibi ex iniuria alterius. Cic.
Prouidere consilio. Plancus ad Ciceronem.
Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis nostris prouidebuntur. Cic.
Ex aliorum euentibus, rationibus suis prouidere. Author ad Heren.
Prouidere alicui contra aliquem. Cic.
Publicè prouidere. Cic. *Pourueoir au bien public.*
Magnopere prouidendum. Cic.
Sanè multum in eo Reip. prouisum est. Cic.
A me ita præcautum & prouisum est. Cic.
¶ Prouidere rebus necessariis. Cic. *Prouuoir, ou Pourvoir, Faire prouision.*
Prouidere rei frumentariæ. Cæsar.
Prouidere rem frumentariam. Cæsar.
Prouidere in hyemes pabulum. Plin. *Prouuoir, ou Faire prouision de fourrage pour les hyuers.*
Prouidere authorem industrium. Colum. *Prouuoir d'un hõme, &c.*
¶ Prouisum hoc legibus. Plin. iunior. *Les loix ont ordonné cela.*
Prouisum à diis immortalibus. Cic. *Dieu y a prouueu.*
Prouisum est rationibus multis, ne noceri possit Verri. Cic. *On a donné ordre, & prouueu que, &c.*
Prouîsus, prouîsa, prouîsum, pen. prod. Columel. *A quoy on a prouueu, ou pourueu.*
Frugis prouisæ copia in annum. Horat.
Explorata & prouisa ratio. Cic.
Cui viuendi via consyderata atque prouisa est. Cic.
Prouisa fiunt leuiora. Cic. *Les choses qu'on a preueu de loing.*
Prouîsus, pen. prod. prouisus, prouisui, Verbale. Tacit. *Pourueoyance.*
Prouisio, Verbale. Cic. *Prouuoyance, ou Pourueoyance, ou Preuoyance.*
Multum potest prouisio animi & præparatio ad minuendum dolorem. Cic.
Longa animi prouisione fugiendum. Cic.
Cautio & prouisio. Cic. *Pourueoyance.*
Posteri temporis prouisio. Cic.
Prouîsor, pen. prod. prouisôris, Aliud verbale. Horat. *Pourueoyeur, ou Prouuoyeur, Prouiseur.*
Prouîso, prouîsis, penul. prod. prouîsi, prouîsum, prouisere, *Aller au deuant d'aucun.* Plautus,
-siquem hominem expectant,
Eũ solẽt prouisere, qui hercle illa causa nihil ocyus venit.
-ego hinc ad hoc prouisam, quàm mox virginem
Accersant. Terent. *Ie m'en iray veoir vers eulx quand, &c.*
Prouiso quid agat Pamphilus. Terent. *Ie m'en vay voir.*
Próuidens, pen. corr. prouidentior, prouidentissimus. Plin. iunior. *Qui preuoit les choses de loing & y pouruoit.*
Homo valde acutus & multum prouidens. Cic.
Id mihi est ad reliquas res prouidentius. Cic. *Faict en homme bien pourueoyant.*
Prouidenter, prouidentius, prouidentissimé. Cic. *Auec pourueoyance, En regardant de loing.*
Prouidentia, prouidentiæ. Cic. *Prouidence, Preuoyance, ou Pourueoyance.*
Prouidentia, pro Deo aliquando ponitur. Quintil.
Diuina prouidentia. Cic.
Mundus diuina prouidentia constitutus. Cic.
Dei prouidentia mundum administrari. Cic.
Próuidus, pen. cor. Adiectiuum. Plin. iunior. *Diligent & pourueoyant a ses affaires.*
Dispice ne sit parum prouidum, sperare ex aliis, quod tu ipse non præstes. Plin. iunior. *Que ce ne soit pas trop bien pourueu de, &c. Que ce ne soit pas faict d'homme bien prudent.*
Parum cauti, prouidíque. Cic.
Prouida, solérsque natura. Cic.
Astu prouidus. Stat.
Rerum vestrarum prouidus. Tacit.
Multorum prouidus. Horat.
¶ Actor prouidus. Stat.
Augur prouidus. Ouid. Cura prouida. Ouid.
Homo, animal prouidum, sagax, &c. Cic.
Labor prouidus. Sil.
Mens prouida rerum futurarum. Cic.
Consultrix & prouida natura. Cic.
Orator prudens & prouidus. Cic.
Virtus prouida. Claud.
Próuide, pen. corr. Aduerbium. Plin. *Diligemment, Soigneusement, En homme bien pourueoyant.*
Prouincia, prouinciæ. Cic. *Tout pais loing hors l'Italie que les Romains auoyent conquis a force d'armes: auquel ils enuoyoyent apres des gouuerneurs de leur ville, Prouince.*
¶ Prouincia. Terent. *Toute charge qu'on prend, ou qu'on baille a faire.*
Prouinciam cepisti duram. Terent.
Huic nostro tradita est prouincia. Terent. *On luy en a baillé la charge.* Annuæ prouinciæ. Cic.
Aquaria prouincia, Vide AQVA.
Illustris, Vide ILLVSTRIS.
Infesta, Vide INFESTVS.
Legataria, Vide LEGO, legas.
Libera à prædonibus prouincia. Cic.
Locuples ac referta prouincia. Cic.
Pacatissima prouincia, Vide PACATVS.
¶ Accedere in prouinciam. Cic.
Accipere prouinciam, Vide ACCIPIO.
Adiungere prouincias ad imperium, Vide ADIVNGO.
Administrare prouinciam, Vide ADMINISTRO.
Capere prouinciam, Vide CAPIO.
Communicare prouinciam, Vide COMMVNICO.
Deponere prouinciam. Cic. *Se desmettre du gouuernement d'une prouince.*
Illam sibi officiosam prouinciam depoposcit, vt prima luce Consulem salutatum veniret. Cic.
Describere in prouincias. Cic.
Dare prouinciam vel negotium alicui. Cic.
Ducere prouincias. Tacit.
Habere prouinciam authoritate Senatus, & sorte. Cic.
Obtinere prouinciam. Cic. *Auoir la charge & le gouuernement d'une prouince.*
Perdomare prouinciam aliquam, Vide PERDOMO.
Petere ambitiosissimè prouinciam. Quintil.
Præesse alicui prouinciæ. Cic.
Suscipere prouinciam. Cic.
Prouinciâtim, pen. prod. Aduerb. Sueton. *Par les prouinces, De prouince en prouince.*
Prouinciâlis, & hoc prouinciâle, pen. prod. Vlp. *Qui demeure en une prouince, Prouincial.*
Prouincialium nomine omnes præter Italos appellabantur. Columel.
Hospitia prouincialia. Cic. Molestia prouincialis. Cic.
Negotia prouincialia. Cicero. *De la prouince, Appartenant a la prouince.* Ornamenta prouincialia. Cic.
Scientia prouincialis. Cicero. *Qui traicte du gouuernement des prouinces.*
Solitudo prouincialis. Martial. Viri prouinciales. Cic.
Prouisio, Prouiso, Prouisus, Vide PROVIDEO.
Prouiuo, prouiuis, pen. prod. prouixi, prouictum, prouiuere. Tacit. *Viure d'aduantage.*
Prouoco, próuocas, pen. cor. prouocâre. Plaut. *Hucher & appeler de loing.*
¶ Prouocare. Terent. *Deffier aucun.*
Pamphilam cantatum prouocemus. Terent.
Hostem clamore prouocat. Sil.
Prouocare ad certamen Liu.
Prouocare ad pugnam. Cic.
Prouocare in aleam. Plaut.
Prouocare minimo. Sub. digito. Horat.
Auras cursibus prouocare. Virgil.
¶ Vt posset senes illos prouocare virtute. Plin. iunior.
Respondere in amore iis à quibus prouocêre. Cic.
¶ Prouocare. Plin. iun. *Prouoquer, Irriter, Agacer.*
Maledictis me prouocare ausus est. Cic.

Non times bella, nec prouocas. Plin. iun.
¶ Elegia Græcos prouocamus. Quintil. *Nous vainçons.*
¶ Prouocare. *Appeler par deuant le iuge superieur.*
Quum ad Senatum prouocasset. Cic.
Tribunos plebis appello, & prouoco ad populum. Liu.
Prouocare iudicium ad populum. Valer. Max.
De Cæsare transactum est : neque iam prouocari in integrum potest. Brutus Ciceroni. *C'est faict de luy, On ne scauroit remettre la chose en son entier.*
Prouocâtus, pen. prod. Participium. Cic. *Deffié, Prouoqué.*
Prouocatus cum Gallo depugnauit. Cic.
Prouocatus beneficio. Cic.
Prouocatio, Verbale, f.g. *Prouocation, Deffiance, Deffi.* Prouocatione certare. Liu.
Ex prouocatione interfecit eum. Plin.
¶ Prouocatio. Cic. *Appel au iuge superieur, Appellation.*
Dare pœnam sine prouocatione. Cic. *Sans en appeler.*
Prouocâtor, pen. prod. prouocatôris, Verbale masc. g. Plin. iun. *Deffiant, Deffieur, Prouocateur.*
Prouocatorius, Adiectiuum : vt Prouocatoria dona militaria. Gell. *Prouocatoires, Donnez a l'homme de guerre vainqueur de celuy par lequel il auoit esté deffié.*
Prouolo, prôuolas, pen. cor. prouolâre. Plin. *S'enuoler.*
Prouolat in medium. Ouid.
Prouolare, per translationem. Liu. *S'en aller hastiuement, & a grand haste, tellement qu'il semble qu'on vole.*
Desiliunt ex equis, prouolant in primum. Liu.
Prouolant ante signa. Liu.
Ad primores Romulus prouolat. Liu.
Prouolare in locum & vicem alterius. Liu.
Prouoluo, prouoluis, prouolui, prouolûtum, pen. prod. prouoluere. Terent. *Rouler auant soy.*
Subter iuga & loca prouoluere aliquem. Virgil.
Prouoluere se ad genua, ad pedes alicuius. Liu. *Se iecter a ses pieds.*
Genibus eius prouolûtus Mithridates, &c. Tacit.
Prout, Aduerbium. Plaut. *Ainsi que, Selon que.*
Prout cuique libido est. Horat. *Selon qu'il plaist a un chascun.*
Prout asperi, leues, iucundi, &c. Quintil.
Tuas literas, prout res postulat, expecto. Cic.
Perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso pronuntiabuntur. Quintil.
Prout, ita. Plin. Obseruatum est, prout in Mauritania niues, imbrésve satiauerint, ita Nilum increscere.
Proxeneta, proxenetæ, pen. prod. m.g. Martial. *Vn courtier & moyenneur de quelque chose entre parties.*
Proximus, Vide PROPE.
Prudens, prudentis, õm. gen. *Prudent & sage, ou Scauant & cõgnoissant, Discret, Bien aduisé.*
Plus insciens quis fecit, quàm prudens boni. Plaut. *A son esciene, & congnoissant que c'estoit qu'il faisoit.*
Quæ prudens subinde omitto. Plin. *A mon esciẽt, Tout de gré.*
Ob ea se peti prudens. Plin. *Scachant, ou congnoissant.*
-prudens, sciens,
Viuus, vidénsque pereo. Terent. *Scachant.*
Prudens & sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Cic.
Prudens & sciens ad interitum ruebam. Cic.
Ad consilia prudens. Cic.
Gnarus & prudens impendentium malorum Cic.
Prudens ingenio. Cic. *Fort prouuoyant, & ayant usage & experience de beaucoup de choses.*
Prudentissimi in differendo. Cic.
Prudens administrandi. Cic. *Qui scait gouuerner & conduire quelque affaire.*
Gens adulandi prudentissima. Iuuenal.
Prudens agricolationis vir. Colum. *Qui se congnoist au labour, Scauant & congnoissant ou expert en labourage.*
Prudens locorum. Liu. *Qui scait les lieux & chemins.*
Animus prudens rerum. Horat.
Prudentia, prudentiæ. Cic. *Prudence quand une personne scait que c'est du bien & du mal, Sagesse, Discretion.*
Prudentia, est rerum expetendarum fugiendarúmve scientia. Cic.
Viuendi ars, est prudentia. Cic.
Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. Cic.
Prudentia in iudicando. Cic.
Prudentia iuris ciuilis. Cic. *Science du droict ciuil, Congnoissance, &c.*
¶ Altissima prudentia. Quintil.
Communis prudentia. Cic.
Domestica & ciuilis prudentia. Cic.
Perspicax prudentia. Martianus Capella.
Velox prudentia. Persius. *Quand un enfant est prudent deuant l'aage.*
Perspicua sunt hæc quidẽ, & in vulgari prudẽtia sita. Cic.
¶ Acuere prudentiam, Vide ACVO.
Adhibere prudentiam, Vide ADHIBEO.
Malitia imitatur prudentiam. Cic.
Ego non perspexeram prudentiam literarũ tuarum. Cic.
Impertire prudentiam suam ad salutem alicuius, Vide IMPERTIO.
Prudenter, Aduerbium. Cic. *Prudemment, Scauamment, Sagement, Discretement.*
Pruina, pruinæ, pen. prod. Cic. *Gelee.*

Acris pruina. Lucret.	Algentes pruinæ. Stat.
Cana pruina. Virgil. *Gelee blanche.*	
Canens pruina. Sil.	Matutina pruina. Propert.
Candentes pruinæ. Claud.	Nocturna. Columel.
Concreta. Virgil.	Rorata pruina. Ouid.
Gelidæ pruinæ. Virgil.	Tristes pruinæ. Valer. Flac.
Hyberna. Virgil.	Vitrea pruina. Ouid.

¶ Corpora circunfusa pruinis. Virgil.
Obrigere pruina. Cic.
Pruinas ac niues perferre. Cic.
Pruinôsus, pen. prod. Adiectiuum. Colum. *Subiect a la gelee.*
Frigidis & pruinosis regionibus. Colum.
Longa pruinosa frigora nocte pati. Ouid.
Herbæ pruinosæ. Ouid. Tenebræ pruinosæ. Ouid.
Pruna, prunæ. Virgil. *Braise de feu, Braisier.*
Si radicem betæ in pruna tostam superederint. Plin.
Subiiciunt veribus prunas, & viscera torrent. Virgil.
Prunus, pruni, f.g. Colum. *Vn prunier.*
Pruni syluestres. Colum. *Prunelliers, Fourdriniers.*
Prunum, fructus. Virgil. *Vne prune.*
Spini ferentes pruna. Virgil.
¶ Asinina pruna. Plin. *Poitreau, ou dauesnes.*
Autumnalia pruna. Propert.
Cerea pruna, Vide CERA.
Pruna damascena. Martial. *Prunes de damas.*
Onychina pruna, Vide Onychinus in ONYX.
Prurio, pruris, pruriui, pruritum, pen. pro. prurire. Plaut. *Se demanger, Auoir grand enuie de se grater.*
Dorsum totum prurit. Plaut.
In pugnam prurire. Martial. *Auoir grand desir de combatre.*
Dentes pruriunt. Plaut. *I'ay grande faim, Les dents me demãgent, me fretillent.*
Pruritus, huius pruritus, pen. prod. m. gen. Plin. *Demangeure, Demangement, Demangerie, Enuie de grater, Demangeson.*
Prurigo, pen. prod. pruriginis, f.g. Idem. Colum.
Prurigo impatiens moræ. Iuuenal.
Obscœna prurigo. Mart.
Vrens veneris prurigo. Auson.
Aspera cutis, & velut quædam prurigo. Colum. *Gratelle.*

P S

Psaltes, psaltis, m.g. *Chantre.*
Psaltria, psaltriæ. Terent. *Chanteresse.*
Psallocitharistæ. Sueton. *Qui chantent en iouant de la harpe.*
Psallo, psallis, psalli, psallere. Horat. *Chanter.*
Doctus psallere. Horat.
Psalterium, psalterii. Quintil. *Vne sorte d'instrument de musique.*
Non arguta sonant tenui psalteria corda. Virgil.
Psephisma, psephísmatis, pen. corr. n.g. dictio Græca, quæ decretum significat. Cic.
Pseudos, Latinè dicitur falsus : vt Pseudopropheta. *Faulx prophete.*

Pseudophilippus.Cic.
Pseudothýrum,pseudothýri,pen.prod.Cic.Faulse porte.
Psilothrum, psilóthri, pen.prod.dicitur vitis alba. Plin. Couleuree.
Psilothrum. Mart. Oignement qui sert a faire tomber le poil, Depilatoire.
Psimmythium,psimmythii. Plin.De la ceruse.
Psittacus,psittaci,pen.corr.m.g.Mart.Vn papegay.
Imitator solers humanæ linguæ psittacus.Stat.
Humanæ vocis imago psittacus.Ouid.
Canorus psittacus.Stat.
Garrulus.Ouid. Loquax.Ouid.
Viridis. Stat.
Psora,psoræ.Plin.La maladie sainct Main.
Psychomantium, psychomantii,pen.prod. Locus vaticinii,vbi fiebat Manium euocatio.Cic.
Psychotrophum,pen.cor. Herba. Plinius.De la betoesne, ou Betoesne.
Psyllion,alii cynoides.Plin.L'herbe aux pulces.

P T

Pte, syllabica adiectio ablatiuis aliquando iungi solita, vt Meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte. vt Meapte culpa. Curt.
Pterygium,pterygii.Plin.L'onglee en l'oeil.
Pterygium. Celsus. Vne maladie qui vient es parties prochaines des ongles.
Ptisana,ptisanæ,pen.cor. Plin. De la tisanne.Aucuns l'appellent Orge mondé.
Sorbitio ptisanæ.Potage d'orge mondé.Bud.
Ptisanarium oryzæ.Horat.Tisanne de riz,ou Potage de riz.
Ptyas,ptyadis,pen.cor f.g. Plin. Vne espece de serpent,Aspic.

P V

Pubes,pubis,f.gen. Cic Le poil qui vient es parties honteuses,aux masles a quatorze ans, aux femelles a douze, La prime barbe, Le poil follet.
Puberes filii.Cic.Qui sont en aage de pouoir engendrer.
Id imperium ei ad puberem ætatē incolume mansit. Liu. Iusques a tant qu'il fust en aage de quatorze ans.
Pubera folia. Virgil.Qui sont parcreus.
¶ Pubes,pro Parte pudenda aliquando accipitur.Virgil. Le penil,La motte.
¶ Pubes.Liu.Vne assemblee & compaignie de ieunes gens.
Agrestis pubes Virgil. Fortissima.Lucan.
Armata.Valer.Flac. Generosa.Stat.
Captiua. Horat. Indomita. Virgil.
Delecta. Stat. Nautica. Sil.
Effræna.Stat. Numerosa.Valer.Flac.
Electa.Claud. Rustica. Tibull.
Pubens,pubentis: vt Pubentes herbæ,per translationem. Virgil.Qui sont parcreues & meures.
Genæ pubentes. Virgil.Qui commencent a auoir de la barbe.
Rosæ pubentes.Stat.
Pubesco,pubescis,pubéscere. Cic. Commencer a auoir barbe,& a deuenir homme.
Iuuentus pubescens.Sil. Pubescunt malæ.Valer.Flac.
Ora pubescentia. Stat.
Flore nouo pubescet firmior ætas Sil.
¶ Pubescere de stirpibus dictum.Cic.Croistre.
Quibus omnia quæ terra gignat,maturata pubescāt. Cic.
Pubescant, maturitatémque assequantur quæ oriuntur è terra.Cic. Vites pampinis pubescunt.Cic.
Virgulta pubescunt fœtu. Claud.
Prata pubescunt flore.Ouid.
Pubertas, pubertâtis,pen.prod. L'aage de quatorze ans aux masles,& de douze aux filles,Puberté.
Pubertas plena. Modest.L'aage de dixhuict ans.
¶ Pubertas. Columel. Ceste croissance de poil es parties honteuses,ou le poil mesme. Vuæ pubertas. Plin.Meureté.
Publicus,pen.corr.Adiectiuum. Public, Commun,& appartenant a tous.
Conuiuari de publico,Vide CONVIVOR.
Publica priuatis secernere.Horat.
Iam publicum quidem omnium est tabulata,&c.Plinius. Commun a tous.
¶ Æs publicum. Tacit. Assertor publicus.Ouid.
Antea causam publicam nullam dixi.Cic.
Commoda publica.Horat.
Publicum consilium,dictus est Senatus. Cic.
Cura publica iuuenum. Horat.
Custodia publica.Tacit. Fauor publicus. Ouid.
Fides publica.Sallust.Vide FIDES.
Furor publicus.Claud.
Littora omnia publica esse.Cic.
Loca publica vrbis. Cic. Luctus publicus.Ouid.
Ludus publicus vrbis.Horat.
Lux publica immensi mundi.Ouid.
Munera publica.Ouid. Sidera publica. Ouid.
Maiestas. Claud. Spes publica.Ouid.
Pecunia. Cic. Sumptus publicus.Horat.
Sacra publica, Quæ pro populo fiebant.
Vectigalia publica. Vlpianus. Le demaine & reuenu du peuple & de la ville.
Verba publica. Ouid.Desquels chascun vse.
Via publica.Ouid.Chemin commun & passant, Le grand chemin.
Visus publicus. Horat. Vtilitates publicæ. Tacit.
¶ Consulere in publicum, Vide CONSVLO.
¶ Nemo forum aut publicum aspicere volebat. Liu. Personne ne se vouloit trouuer ne en place publique,ne deuãt le peuple.
In publico,Vide IN præpositionem.
Abstinere publico, Vide ABSTINEO.
Carere publico. Cic.Ne se monstrer point deuant le peuple,Ne sortir point de sa maison.Vide CAREO.
Egredi in publicum. Tacit.
Proponere literas in publico.Cic.
In publicum redigere bona,Vide IN præpositionem.
Prodire in publicum.Sueton.
Per publicum vehi. Suet.Publiquement,Deuant tout le monde.
Non audere esse in publico.Cic.Ne s'oser monstrer.
Versari in publico.Tacit.
¶ Publicum,aliquando significat vectigal. Cic. Le demaine & reuenu du peuple.
Público,publicas,pen corr.publicâre.Plin.Publier.
¶ Publicare. Cic.Confisquer.
¶ Publicare hominem,Populo communem facere.Suet.
Agros publicare.Cic. Bona publicare.Cic.
Librum publicare. Plin.iun.Le diuulguer,Le mettre en lumiere.
Fortunam suam publicare. Seneca.Faire tous participans de sa fortune, La communiquer & faire commune a tous, que chascun s'en sente.
Se publicare.Suet.Se monstrer deuant le peuple.
Publicat vulgò corpus suum meretrix. Plaut.S'abandonne.
¶ Publicare crimen. Liu. Faire redonder un blasme generalement sur tous.
Publicatio, Verbale. Cic.Confiscation.
Proponere publicationem bonorum.Cic.
Publicânus,publicâni,pen.prod. Cic.Vn fermier qui ha quelque ferme du Roy,ou du peuple.
Familiæ maximæ publicanorum.Cic.
Mulier publicana.Cic.
Públicè,pen.cor. Aduerbium. Terent. Au commun peuple, A la Republique.
Publicè custos,Publicè præesse. Terent.Cic.De par la ville.
Socii publicè. Cic. Qui sont alliez & confederez ensemble par une alliance publique.
¶ Dicere publicè.Cic.Faire harangue deuãt le peuple,Haranguer publiquement.
Dare causam publicè,vt gratiæ agantur alicui. Cic. Donner charge de remercier aucun au nom public.
Dati ei sumptus publicè. Plin.iun. Par le commandement & authorité publique, & du peuple, Des deniers communs de la ville.
Illac publicè itur. Vlpian. Tout le monde passe par la, C'est un chemin public,C'est un chemin passant & commun a tous.
Possidere bona publicè,Vide POSSIDEO.
Maximam publicè putant esse laudem, quàm latissimè à suis finibus vacare agros.Cæs.Ils estiment que c'est une grande louange.

Redimere publicè.Cic. *Des deniers communs de la ville.*
Propter duas causas nihil publicè scripsit.Cic. *Ne au peuple, ne au Senat.*
Publicè & priuatim oneri esse.Cic. *Charger & la prouince & ses amis, Le commun & les particuliers.*
Publicè valebant.Tacit. *Auoyent puissance, authorité & credit en la Republique.*
Venire publicè.Cic. *Publiquement, Deuant tout le monde.*
Venire publicè & Priuatim, contraria.Cic.
Publicitus, pen.corr. Aduerbium. Terent. *Par authorité publique, Par ordonnance du Magistrat.*
Quæ prohiberi publicitus interest.Gellius. *La Republique y ha grand interest.*
Pudeo, pudes, púdui, púditum, pen.corr. pudêre, Ferè semper in tertiis tantùm personis legitur. Plaut. *Auoir honte.*
Cum accusatiuo: Terentius, Non te hæc pudent? *N'has tu point honte de cecit*
Aliquando cum infinitiuo, & subauditur accusatiuus ME vel TE. Terent.　　-pudet
Dicere hac præsente verbum turpe.
Non me hoc iam dicere pudebit.Cic.
¶ Cum accusatiuo: Terentius, Syre pùdet me.
Quem non pudet, hunc pœna dignum puto.Cic.
Nos pudet, quia cum catenis sumus.Plaut.
Hunc pudet, quòd tibi promisit.Plaut.
¶ Cum genitiuo: Cicero, Quos libidinis infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat.
Pudet me patris.Cic.
Crasse pudet me tui.Cic. *I'ay honte de toy.*
Pudet incœpti.Stat.　　Pudet tanti mali.Horat.
Me non solùm piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. Cic.
¶ Púditum esset.Cicero, Nónne esset puditum, si hāc causam, &c. *N'eust ce point esté une grande honte, si, &c.*
¶ Non pudendo, sed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus.Cic.
Induci ad pudendum.Cic.
Pudens, Particip. siue Nomen ex participio.Cic. *Honteux.*
Adolescens bonus ac pudens.Cic.
Petulans & Pudens, contraria.Ouid.
Pudens animus. Terent. *Qui n'est point euolé ne eshonté.*
Hominem pudentem & officiosum cognosces.Cic.
Risus pudens & liberalis.Author ad Heren.
Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum.Cic.
Pudentissimus atque optimus vir.Cic.
Pudentissima lectissimáque fœmina.Cic.
Pudenter, Aduerbium.Cicero, Eum tum pudenter appellare nolebas. *De honte & vergongne.*
Rogare aliquem parum pudenter.Cic.
Sumere pudenter aliquid.Horat. *Auec honte & modestie.*
Viuere pudenter.Cic.
Pudendus, Adiectiuum.Plin. *Chose honteuse.*
Amor pudendus.Ouid. *Duquel on doibt auoir honte.*
Causa pudenda tua est.Ouid.
Lucra pudenda.Ouid.
Luxus pudendi.Tacit.　　Vita.Ouid.
Strages pudenda.Claud.　　Vulnera pudenda.Virgil.
Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta quàm Senatus.Cic. *On deburoit auoir honte, &c.*
Dictu pudenda.Quintil. *C'est grand honte.*
Multa pudenda pati.Ouid.
Pudibundus, Aliud adiectiuum, Idem quod Pudens. Plin.
Amplexus pudibundi.Claud.
Matrona pudibunda.Horat.
Ora pudibunda.Ouid.
Pars pudibūda nostri. Ouid. *La partie honteuse de la personne.*
Pudesio, penult.prod. pudesis, pen.indiff. pudefieri.Gell. *Estre honteux, Deuenir honteux.*
Pudîcus, pen.prod Adiectiuum. *Chaste, Pudique.*
Pudicus à, Vide A præpositionem.
Amicitia pudica.Stat.
Animus pudicus.Ouid.　　Coniuges pudici.Horat.
Aures pudicæ.Seneca.　　Crines.Ouid.
Fidem pudicam sollicitare donis. Ouid. *Solliciter par dons & presents une femme de bien & loyale a son mari, pour la faire consentir a meschanceté.*
Fraus pudica. Ouid. *Quand une femme de bien use de quelque finesse pour tromper ceulx qui la sollicitent de mal faire.*
Frons pudica.Claud.　　Nupta.Ouid.
Iuuenis pudicus.Seneca.　　Preces pudicæ.Ouid.
Miles pudicus.Cic.　　Thalamos violare pudicos. Ouid.
Mores pudici.Ouid.
Mulier pudica.Horat.　　Vota pudica.Ouid.
¶ Pudicior, Comparatiuum.Ouid.
Pudice, pen.prod. Aduerbium.Ouid. *Chastement, Pudiquement.*
Pudicitia, pudicitiæ.Plin. *Chasteté.*
Impenetrabilis pudicitia. Tacit.
Inuiolata.Ouid.
Læsa.Ouid.　　Obstinata.Liu.
¶ Attentatur pudicitia. Vide ATTENTO.
Colere pudicitiam, Vide COLO.
Eripere pudicitiam alicui.Cic.
Imminuere pudicitiam virginis, Vide IMMINVO.
Non parcere suæ, nec alienæ pudicitiæ.Cic.
Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam.Cic.
Pudor, pudôris, pen.prod.Cic. *Honte, soit en bien, ou en mal.*
Pudoris significatio.Cic.
Plena pudoris libertas.Ouid.
Moderator cupiditatis pudor.Cic.
Paupertatis pudor.Horat.　　Famæ pudor.Cic.
¶ Pudor. Ouid. *Acte honteux & vilain, Deshonneur, Vitupere.*
¶ Æger pudor.Valer.Flac.　　Dirus Seneca.
Afflictus.Stat. *Honte perdue.*　　Famosus.Ouid.
Castus.Ouid.　　Fœdus.Ouid.
Honestus.Cic.
Infans.Horat. *Quand de honte on ne scait qu'on doibt dire.*
Ingenuus.Iuuen.　　Miser.Ouid.
Profugus.Ouid. *Honte qui s'en est allee, Honte beue.*
Protectus.Ouid.　　Solicitus.Martial.
Pulcher.Claud.　　Tacitus.Ouid.
Purpureus.Ouid.　　Tener.Ouid.
Rigidus.Claud.　　Timidus.Ouid.
Sanctus.Tibull.　　Turpis.Ouid.
Verecundus.Ouid.
Virginei pudoris flos intemeratus.Ouid.
¶ Nominibus adest pudor. Ouidius. *Les noms sont vilains & deshonnestes.*
Ingens pudor æstuat in imo corde.Virgil.
Afferre pudorem.Ouid.　　Affici pudore.Cic.
Auferre pudorem virgini.Ouid.
Cessit pudor.Ouid.　　Coactus pudore. Cæs.
Colere pudorem, Vide COLO.
Confusa pudore.Ouid.
Rubor pudorem consequitur.Cic.
Consulere pudori, Vide CONSVLO.
Custodire pudorem. Quintil.
Decet ora pudor.Ouidius.
Defendere pudorem, pudicitiámque.Cic.
Tristi pudore deiecta oculos.Valer.Flac.
Vultus deiecti pudore. Seneca. *De honte.*
Depositus pudor.Horat.
Deprehensi pudorem suum ridiculo aliquo explicant. Quintil.
Extinctus pudor.Virgil.　　Formare pudorem. Quintil.
Fugit ab ore pudor. Ouid.
Fugiens ex vrbe pudor. Iuuenalis.
Habere pudorem.Stat.
Imponere plagiario pudorem, Vide IMPONO.
Tum pudor incendit vires.Virgil.
Incutere pudorem alicui.Horat.
Intrat pudor aliquem.Tacit.
Temperies iusta miscet pudorem.Claud.
Miscendus est amori pudor.Ouid.
Mordet pudor.Quintil.
Notat ora pudor. Ouidius. *Honte fait rougir le visage, Il rougit de honte.*

Digna pudore obiicere alicui. Ouid.
Obsequi pudori. Cic. Pudor, qui ornat ætatem. Cic.
Quantum illius ætatis patiebatur pudor. Cic.
Pulsus pudor. Ouid.
Pensare pudorem nece. Ouid. *Recompenser sa virginité perdue par mort.*
Periit pudor, Vide PERREO.
Ponere pudorem. Stat. *Perdre sa virginité & son pucelage.*
Ponere pudorem. Martialis. *S'esbonter, Oster ou perdre toute honte.*
Positus pudor. Ouidius.
Postposito pudore referre aliquid. Ouid.
Rapere pudorem puellæ. Ouid. *La despuceler.*
Refugere pudore à dicendo. Cic.
Relictus pudor. Statius.
Reprimere cupiditatem pudore. Seneca.
Sollicitare tenerum pudorem. Claud. *Chasteté.*
Soluere pudorem. Virgil.
Sed quæ impetrata, gloriæ sibi, non pudori sit. Liu. *Qui luy soit a gloire, & non pas a deshonneur.*
Pudor est mihi dicere. Ouid. *I'ay honte de le dire.*
Pudor est vlteriora loqui. Ouid.
Tegere pudorem. Lucan. Tenet ora pudor. Ouid.
Fines transire pudoris. Ouid.
Vexare pudorem. Lucret.
Victus amore pudor. Ouid.
Malus pudor te vrget. Horat.

Puer, púeri, pen. corr. m. g. Virgil. *Enfant.*
Improuida ætas puerorum. Lucret.
Puer duri oris & audax. Ouid.
¶ Adulti pueri. Quintil. Casti. Horat.
Consuetus puer, Vide CONSVESCO.
Dulcis puer. Catul. Egregius. Stat.
Ferox. Claud.
Feruidus puer, Amor. Horatius.
Formosus. Virgil. Gracilis. Horat.
Improbus. Virgil.
Impuberes pueri. Gellius.
Infantium puerorum incunabula. Cic.
Ingenuus puer. Horat.
Integri pueri. Catul. Lasciui. Horat.
Leues. Stat. Magnanimus puer. Pers.
Magni pueri. Horat. *Riches, & de grosse maison.*
Meritorius puer. Cic. Molles pueri. Horat.
Nescii fari pueri. Horat.
Orti pueri magnis è Centurionibus. Horat.
Parui pueri. Horat. Pulcher puer. Horat.
Præstantes. Claud. Pusillus. Cato.
Regii pueri. Liu.
Robustus acri militia puer. Horat.
Rudibus pueris monstratur littera primùm. Manilius.
Teres puer. Horat. Trux. Seneca.
¶ Creandis pueris beata vxor. Horat.
Deerrat à patre puer, Vide DERRRO.
Florent vrbes pueris. Lucret.
Inclamatus à puero. Plin.
Periclitari pueros & experiri. Cic.
Vagit puer. Ouid.
¶ A puero, & A pueris, A puero paruulo, & A puero pusillo. Cic. Plaut.
Vt primùm ex pueris excessit Archias. Cic.
¶ Puer. Cic. *Seruiteur.*
Pueri tui mihi à te literas reddiderunt. Cic.
Púerus, púeri, pen. cor. etiam declinatur antiquè. Plaut.
Púera, púeræ, pen. corr. Varro. *Vne fillette.*
Puérpera, puérperæ, penult. corr. Terentius. *Vne accouchee & gisante.*
Puérperus, pen. corr. Adiectiuum: vt
Verba puerpera. Ouid. *Qui seruent a faire enfanter.*
Puerpérium, puerpérii. Plin. *Le temps de la couche & gesine d'une femme.*
Cubare puerperio. Plautus.
Puerperium. Sueton. *L'enfant duquel la femme est accouchee.*
Vno abortu duodecim puerperia egesta. Plin.
Cruda puerperia. Stat.
Puérulus, puéruli, pen. cor. ma. ge. Diminutiuum à Puerus. Sueton. Cic. *Vn petit enfant.*
Puerîlis, & hoc puerile, pen. prod. *Appartenant a enfant, Puerile.*
Quidnam est? D. puerile est. Terent. *C'est chose d'enfant, Legiere, & de nulle valeur.*
Acta puerilia. Stat.
Ætas puerilis. Cic. *L'aage d'enfance, Enfance.*
Agmen puerile. Virg. Delectatio puerilis. Cic.
Anni pueriles. Ouid. Facies. Ouid.
Blanditiæ pueriles. Ouid. Flos. Claud.
Carmina puerilia. Stat. Imago. Propert.
Consilium puerile. Cic. Infirmitas. Quintil.
Decus. Claud. Regnum puerile. Liu.
Specie puerili dicitur visus. Cic. *On dit qu'il fut veu en figure & forme d'enfant.*
Puerile est. Cic. *C'est faict d'enfant.*
Puerîlitas, pen. cor. puerilitâtis, fœ. gen. Seneca. *Faict d'enfant, Puerilité.* Puerilitas. Varro. *Enfance.*
Pueriliter, pen. corr. Aduerbium. Cic. *A la maniere d'enfants, Puerilement.*
Pueriliter blandiri. Liu. Pueriliter facere. Cic.
Pueriliter consectari aliquid. Cic.
Pueritia, pueritiæ. Cic. *Enfance.*
A pueritia legimus & discimus. Cic.
Me à pueritia sua semper obseruauit. Cic.
Ornamentum pueritiæ. Cic.
Extrema pueritia. Cic.
Adolescit pueritia. Tacit.
Puellus, puelli, Diminutiuum à Puer. Lucilius. *Petit enfant.*
Venustus & pulchellus puellus. Apul.
Puella, puellæ, Diminutiuum à Puera. Cic. *Fille, ou Fillette.*
Verba puellarum foliis leuiora caducis. Ouid.
Bella puella. Ouid. Lacteola. Catul.
Blanda. Ouid. Lasciua. Virgil.
Candida. Horat. Mollis. Martial.
Casta. Ouid. Pauida. Virgil.
Compta. Ouid. Placida. Ouid.
Bene culta. Ouid. Pulchra. Martial.
Delicatior hœdo puella. Catul. Sapiens. Ouid.
Diues. Horat. Scelerata. Ouid.
Doctæ puellæ. Ouid. Tenera. Ouid.
Flaua puella. Iuuenal. Timida. Ouid.
Formosa. Ouid. Trepida. Ouid.
Hilaris. Ouid. Vaga. Propert.
Infans. Horat. Verecunda. Ouid.
Ingenua. Ouid. Flore viridissimo puella. Catul.
Innupta. Virgil.
¶ Duræ puellæ blandiri precibus. Ouid.
Candida me capiet, capiet me flaua puella. Ouid.
Placidam exorare puellam. Ouid.
Experta virum puella. Horat.
Tetricæ data verba puellæ. Ouid.
Laborantes vtero puellæ. Horat. *Grosses d'enfant.*
Misereri dignæ puellæ. Ouid.
Nata puella magno patre. Horat.
Puellâris, & hoc puellâre, penult. prod. Quintil. *Appartenant a fillette.*
Ætas puellaris. Quintil.
Animi puellares. Ouid. Anni puellares. Claud.
Furor puellaris. Seneca.
Puellâriter, penult. corr. Aduerbium. Plin. iunior. *A la maniere des fillettes.*
Pugil, púgilis, com. g. Pugiles. Cic. *Qui anciennement s'exercoyét au combat a grands coups de poing es lieux publiques.*
Inexercitati pugiles. Cic.
Pugilatio, Denominatiuum. Cicero. *L'exercice de tels combatants.*
Pugilâtus, pen. prod. huius pugilâtus, pugilâtui, ma. g. Plin. *Le ieu de tels combatants.*
Pugilicè, pen. cor. Aduerbium: vt Pugilicè valere. Plaut. *Estre fort & robuste comme tels combatants.*

Pugillaris, Pugillus, Vide PVGNVS.

Pugio, pugiônis, m.g. Martial. *Vn poignard.*

A pugione. Lampridius.

Stillans pugio. Cic. *Degouttant de sang.*

Exolutus à latere pugio. Tacit.

Pugionem plumbeum, vocat Cicero inualidum argumentum.

Pugiúnculus, pugiúnculi, pen.corr. Diminutiuum. Cic.

Pugna, pugnæ. *Combat.*

Arena sparsa ad pugnam. Virgil.

Amor pugnæ. Horat. Certamen pugnæ. Ouid.

Euentus pugnæ. Virgil.

Incerti exitus pugnarum, Mársque communis. Cic.

Non vna pugnæ facies. Tacit.

Fortuna pugnæ anceps. Virgil.

¶ Acris pugna. Sil.

Anceps pugna. Virgil.

Ardens pugna. Virgil.

Aspera. Sil.

Auida. Sil.

Cæca. Valer. Flac.

Clara. Plaut.

Decertatoria. Quintil.

Dura. Valer. Flac.

Equestris. Sil.

Ferox. Sil.

Forensis. Quintil.

Fortuita. Quintil.

Gladiatoria. Gellius.

Impeditior. Liu.

Inermis. Stat.

Ingens. Virgil.

Magna pugna bis victi. Virgil.

Mala pugna Lacedæmoniorum in Leuctris. Cic.

Nobilis pugna. Liu.

Obnixa. Valer. Flac.

Optata. Sil.

Pedestres naualésque pugnæ. Virgil.

Sæua pugna. Valer. Flac.

Simplicior pugna contra tabulas. Quintil.

Pugna singularis. Macrob. *Combat d'homme à homme.*

Iniqua, Vide INIQVVS.

Lentior, Vide LENTVS. Tristis. Virgil.

¶ Miseras abrumpere pugnas. Valer. Flac.

Absistere pugna. Liu.

Accingere se pugnæ. Virg. Æquatæ pugnæ. Sil.

Æquare pugnas. Virgil. Viriles pugnas capere. Stat.

Capessere pugnã manu. Tacit. Vide Capesso in CAPIO.

Ciere pugnam. Tacit.

Committere pugnam. Cic. *Commencer la bataille & le combat.*

Committere pugnas sanguine. Stat.

Iniqua pugna congredi. Virgil.

Conserere pugnam. Liu.

Conseritur pugna. Valer. Flac.

Conspirare pugnam. Gell. Cooriri in pugnam. Liu.

Crudescit pugna, Vide CRVDVS.

Forti decernere pugna. Valer. Flac.

Insanas deposcere pugnas. Stat.

Deposcite pugnam votis. Lucan.

Pugnam dare. Terent. *Donner un assault, & faire quelque fascherie.*

Edere pugnas. Lucret.

Ereptus pugnæ Annibal. Sil. Excedere pugna. Virgil.

Exire ad pugnam. Virgil.

Extracta in posterum pugna. Tacit.

Facere pugnam. Tacit.

Potestatem pugnæ facere. Liu. *Presenter la bataille.* B.

Gerere pugnas innumeras. Claud.

Imponere finem pugnæ. Virgil.

Indipisci pugnam, Vide INDIPISCOR.

Inducere in pugnam equites. Liu.

Indulgere pugnæ. Stat.

Inire pugnam & prælium, Vide INEO, inis.

Inire pugnam forensium certaminum. Quintil.

Instaurare pugnam, Vide INSTAVRO.

Lacessere pugnam. Lucan.

Lacessere ad pugnam. Liu.

Arma mouent pugnam. Ouid.

Obire pugnas lituo & hasta. Virgil.

Parare membra pugnæ. Ouid.

Pauere pugnam. Lucan.

Perpetrare pugnam. Liu.

Præbere pectora pugnæ. Ouid.

Ruere in pugnam magno feruore. Sil.

Subducere aliquem pugnæ. Virgil.

Pugna est de paupere regno. Stat.

Quanta pugna est doctissimorum hominum. Cic.

Sumere pugnam. Sil.

Aspera pugna surgit. Virgil.

Venire ad pugnam. Horat. Venit res ad pugnam. Cic.

Venire in pugnas. Sil.

Aspera Martis pugna vocat. Virgil.

Versare pugnam in pectore. Lucan.

Pugno, pugnas, pugnâre. Plautus. *Batailler, Combatre en quelque maniere que ce soit, s'entrebatre.*

Pugnare amori. Virgil. *Batailler contre amour, Repugner à, &c.*

Acriter pugnare. Quintil.

Bene pugnare. Ouid.

Cautè pugnare. Ouid. Manu pugnare. Ouid.

Pugnare pugnam. Plaut. Odiis pugnare. Stat.

Pugnare prælia. Horat. Pugnare pugnis. Horat.

Acie directa pugnare. Quintil. Virib⁹ cum aliquo pugnare. Cicero.

¶ Aduersus latrones canem pro domino pugnare accepimus. Plin.

Contra pedites quingentos pugnare. Plin.

Contra naturam pugnare. Quintil.

Cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnauit. Cic.

Pugnant de loco. Terentius. *Ils s'entrebatent de, ou pour la place, à qui aura la place.*

Ex equo pugnare. Cic. *Combatre à cheual.*

Ex causa pari pugnat vterque. Ouid.

E muris pugnare. Plin.

Nequis extra ordinem in hostem pugnaret. Liu.

In frontem & latera pugnare. Tacit.

Inter se cornibus pugnant, Vide INTER præpositionẽ.

Omnes pro P. Quintio pugnant. Cic.

Pro causa iniqua pugnare. Ouid.

¶ Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio. Cic. *Leur parolle est fort contraire à leur vie.*

Hæc quæ tantum inter se pugnant. Quintil. *Sont contraires, Se contrarient.*

Sententia mea pugnat secum. Horat.

¶ Illud video pugnare te, species vt quædam sit deorum. Cic. *Ie voy que tu debas de cela que, &c.*

Hic pugnes licet, non repugnabo. Cic.

Pugnant Stoici cũ Peripateticis. Cic. *Se debatent & disputent, ou sont contraires.*

Videtur Epicurus de diis non magnopere pugnare. Cic. *Il semble qu'il ne luy chault pas beaucoup des dieux.*

¶ Pugnat in aduersas ire natator aquas. Ouid. *S'efforce de nager contre eaue.*

Ille tamen pugnat molles euincere somnos. Ouid. *Tasche & s'efforce de, &c.*

Illud pugna, & enitere. Cic.

¶ -& istam psaltriam Vnà illuc mecum hinc abstrahẽ. M. pugnaueris. Terent. *Ce sera bien combatu à toy, Tu auras faict grand chose, Tu auras bien besongné.*

¶ Pugnâtur, Impersonale. Cæsar, Quũ ab hora ferè quarta vsque ad solis occasum pugnaretur.

Gladiis pugnatur acutis. Ouid.

Quum malè pugnatum apud Caudium esset. Cic.

¶ Libido praua pugnandi. Sil.

Superare pugnando. Ouidius.

Arte pugnandum est. Quintil.

¶ Hoc solum hoc tempore pugnatur, vt, &c. Cic. *Voici de quoy seulement on se debat.*

Pugnans, pugnantis, Participium, siue Nomen ex participio: vt Domare pugnantem. Ouid. *Combatant, Bataillant.*

Vincetur fœmina pugnans. Ouid.

Cum frigore pugnans. Ouidius.

Pugnantes sententiæ. Plin. iunior. *Repugnantes, Contraires l'une à l'autre.*

Pugnantibus & contrariis studiis consiliisque semper vtens. Cicero.

Venti pugnantes contra. Lucret.

Loqui pugnantia. Cic. *Se contredire, Dire choses contraires.*

Pugnâtus, pe. prod. Participium. Sallust. Prælium malè pugnatum à suis.

Bella pugnata. Horat.

Pugnata summa contentione pugna. Cic.

Pugnax, pugnâcis, penult. prod. om. ge. Plin. *Aspre au combat.*

In vitiis pugnax. Cælius Ciceroni.

Nimis pugnax contra Senatorem Pop. Rom. Cic.

Arma pugnacia. Ouid.

Centurio pugnax & lacertosus. Cic.

Vehemens & pugnax exordium dicendi. Cic.

Fera pugnax. Ouid. Hostes pugnaces. Propert.

Ignis aquæ pugnax. Ouid. *Le feu repugnant a l'eau, ou contraire a l'eau.*

Mustum pugnax. Plin. Pugnacior oratio. Cic.

Pugnax oratio & contentiosa. Plin. iunior.

Quid ferri duritia pugnacius? Plin.

Pugnácitas, pen. cor. pugnacitâtis. Plin. *Aspreté de combatre.*

Pugnáciter, pen. corr. Aduerbium. Cic. *De grand force & courage.*

Certare cum aliis pugnaciter. Cic. *Asprement & opiniastrement.*

Pugnacissimè defendere. Cic.

Acriter erit, & instanter, pugnacitérque dicendû. Quintil.

Pugnâtor, penult. prod. pugnatôris, Verbale. Liu. *Combatant, Batailleur.*

Pugnator gallus gallinaceus. Plin.

Pugnus, pugni, m. g. Terent. *Le poing.*

¶ Cædere pugnis, Vide CAEDO.

Cæsus pugnis. Horat.

Conscindere aliquem pugnis & calcibus. Cic.

Contendere, vel certare pugnis. Cic.

Contundere aliquem pugnis. Plaut.

Facere pugnum, & pugnum arctè vehementérque comprimere. Cic. *Clorre la main.*

Pugnos & plagas ferre. Cic.

Fœdans pectora pugnis. Virgil.

Impingere pugnum, Vide IMPINGO.

Incursare aliquem pugnis, Vide incurso in INCVRRO.

Ingerere pugnos in ventrem alicuius, Vide INGERO.

Obserere pugnos. Plaut.

Obtusus pugnis. Plaut.

Onerare pugnis, Vide Onero in ONVS.

Is mihi iuuenili guttura pugno rupit. Ouid.

Victus pugno. Horat.

Pugillus, pugilli, m. g. Diminutiuum à Pugnus.

Pugillâris, & hoc pugillâre, pen. prod. Adiectiuum. Iuuenal. *Qui est a plein poing, ou Gros comme le poing.*

Pugillâris, pen. prod. masc. gene. vel hoc pugillâre, siue pugillar, Substantiuum. Pugillares. Plin. iunior. *Tablettes de cire, ou autre chose sur quoy on escript.*

Bipatens pugillar. Ausonius.

Pulcher, pulchra, pulchrum. Cic. *Beau, Bel.*

Nimis pulcher, Vide NIMIS.

Visus pulcher. Stat.

¶ Pulchrior, pulchérrimus, Côparatiuus & superlatiuus. Virgilius, -quo pulchrior alter
Non fuit Æneadûm.

Iuuenum pulcherrimus. Ouid.

Pulcherrimus poetarum. Gellius.

¶ Cohors pulchra. Claud. Color pulcher. Lucret.

Consilia pulcherrima. Virgil.

Cura pulcherrima dolori meo nata. Propert.

Dies pulchra. Horat. Gens pulcherrima. Sil.

Diuitiæ pulchræ. Horat. Ignis pulchrior. Horat.

Dos pulchra. Plaut. Liber pulcher. Plin. iunior.

Facinus pulchrum. Plaut. Libertas pulchra. Virgil.

Genæ pulchræ. Horat. Materia. Plin. iunior.

Mors pulchra. Virgil. *Glorieuse.*

Nympha pulcherrima forma. Virgil.

Origo pulchra. Virgil.

Panis pulcherrimus. Horat.

Pectore pulchro virgo. Virgil.

Poemata pulchra. Horat.

Postes pulchri. Plaut. Sol pulcher. Horat.

Prædia pulchra. Cic. Tecta pulchra. Horat.

Proles pulchra. Virgil. Tunicæ pulchræ. Horat.

Puer pulcher. Horat. Virgo pulcherrima. Ouid.

Pulchritudo pulchra. Plaut. Vrbs pulchra. Virgil.

Pulchrè, Aduerbium. Plaut. *Gentement, Bien.*

Dixti pulchrè. Terent. *C'est sagement dict a toy.*

Pulchrè admonuisti. Plaut. Pulchrè suades. Terent.

¶ Pulchrè sobrius. Terent. *Fort sobre.*

¶ Pulchrè locare operam. Plaut. *Bien employer sa peine.*

Pulchrè notus. Plin. *Fort congneu.*

Non curare pulchrè possum, sicuti facio. Cic. *Ie puis bien ne m'en soulcier point, Ie me puis bien passer de m'en soulcier.*

Mihi pulchrè est, ego beatus sum. Cic.

Est pulchrè tibi cum tuo parente. Catul. *Toy & ton pere vous vous portez fort bien, Il vous va fort bien, Il vous est fort bien.*

Pulchrè valet Charinus, & tamen pallet. Martial. *Il se porte fort bien.*

Degere æuum pulchrè. Lucret.

Pulcherrimè factum. Cicero.

Pulchrè concoquere. Catul. *Faire bonne digestion.*

Pulchellus, Diminutiuum. Cic. *Assez beau.*

Pulchritûdo, pen. prod. pulchritudinis, fœ. g. Cic. *Beaulté.*

Oris pulchritudo. Cic.

Excellens muliebris formæ pulchritudo. Cic.

Eximia pulchritudine fœmina. Cic.

Species & pulchritudo. Cic.

Splendor & pulchritudo virtutis. Cic.

Venustas & pulchritudo corporis. Cic.

Pulchritudine rerum claritas orationis illuminat. Quint.

Prosequi honore verborum pulchritudinem. Quintil.

Pulegium, huius pulegii, Herba. Plin. *Du poulliot.*

Ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendû est. Ci.

Puleium, puleii, sine g, pro eodem dicitur. Columel.

Pulex, pulicis, pen. corr. m. g. Plin. *Vne pulce.*

Paruulus pulex. Columel.

Molestus. Martial.

Pulicôsus, pen. prod. Adiectiuum. Columella. *Plein de pulces, Puleeux.*

Pullarius, Pullaster, Vide PVLLVS substantiuum.

Pullatus, Vide PVLLVS adiectiuum.

Pullesco, Pullicenus, Pullities, Vide PVLLVS substantiuum.

Pullulasco, Pullulo, Vide PVLLVS substantiuum.

Pullus, pulli, m. g. Pulli. *Les petits nouueaux naiz de quelque beste que ce soit: mesmes ce que les arbres & plantes iectent nouuellement, les petits iectons & surgeons.*

Implumes pulli. Horat. *Qui n'ont point encore de plumes.*

Inuolucres pulli. Gellius. *Qui ne peuuent encore voler.*

Plumantes iam pulli. Gellius. *Qui commencent desia a auoir des plumes.*

Anseris pulli. Plin. Cornicis pulli. Plin.

Aquilæ pulli. Plin. Equæ pullus. Lucret.

Generosi pecoris pullus. Virgil.

Hirundinis pulli. Plin.

Infantes auium pulli. Plin.

Ranarum pulli. Horat.

In pullos animales verti oua cernimus. Lucret.

Asininus pullus. Varro. Columbinus pullus. Cic.

Equinus pullus. Quintil. *Vn poulain.*

De pullis gallinaceis est epigramma apud Martialem, *Poulets, Poulsins.*

Miluinus pullus, Vide MILVVS.

Nothi pulli, Vide NOTHVS.

Pullus onagri. Plin.

Pulli apum. Columel. *Iectons de mousches a miel.*

Pulli arborum. Plinius. *Les surgeons & iectons, ou rejectons qui viennent aux pieds des arbres, Drageons.*

Ab arbore, abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito. Cato.

Púllulus, púlluli, pen corr. m. g. Diminutiuum. Plin.

Púllulo, púllulas, pen corr. pullulâre. Plin. *Pulluler, Bourgeonner & iecter surgeons & iectons ou drageons, Drageonner.*

Sylua pullulat ab radice. Virgil.
Pullulasco, pullulascis, pullulascere, Idem. Columel.
Pullesco, pullescis, pullescere, Idem. Columel.
Pullaster, vel Pullastra. Varro. *Vn cochet, ou une poulette.*
Pullicenus, pulliceni, pen. prod. masc. gen. Diminutiuum à Pullus. Lampridius.
Pullinus, pen. prod. Adiectiuum: Vnde Pullini dentes. Plin. *Que les poulains reslent, Dents de laict.*
Pullarius, pullarii, *Vn poulaillier.*
Pullatio, pullationis, Fœtura pullorum. Columella. *Couuee de poulsins.*
Pullities, pullitiei, fœm. gen. Ipsa pullatio, vel pulli ipsi. Columella. *Vne niee ou couuee de poulsins.*
Pullities apum. Columel. *Vn ieclon de mousches a miel.*
Pullus, Adiectiuum. Virgil. *Qui est de la couleur du dos d'un lieure, ou de la laine venant de dessus le mouton, Comme a demi enfumé.*
Agna pulla. Horat.　　Ficus. Horat.
Aqua. Tibul.　　Myrtus. Horat.
Pulli oleris radix, Hoc est, olusatri. Columel. *Racine d'ache.*
Putre solum & pullum. Columel.
Pulla terra. Columel.　　Vestis. Cic.
Pullatus, pen. prod. Adiect. Cic. *Vestu de robbe de dueil.*
Pullata turba. Quintil. *Commun peuple & ignorant, Commun populaire.*
Circulus pullatus. Quintilianus. *Assemblee de gens vulgaires & ignorans.*
Pullatus. Sueton. *Mal habillé, ou Vestu de noir.*
Pulligo, pen. prod. pulliginis, fœm. gene. Idem quod Pullus color. Plin.
Pulmentum, pulmenti. Plaut. *Toute sorte de viande, ou potage. Aucuns dient que c'est de la boullie.* Pulmentum, inquit Budæus, est quod cum pane editur.
Cœnes pulmenta laboribus empta. Horat.
Minuere in singula pulmenta mulum. Horat.
Vnctiusculum pulmentum. Plaut.
Pulmentaris, & hoc pulmentare, pen. prod. vt Pulmentaris cibus. Plin.
Pulmentarium, pulmentarii, Idem. Plin.
Satureia non inutilis ad pulmentaria condienda. Colum.
Vncta pulmentaria. Pers.
Pulmo, pulmonis, masc. gen. Plin. *Le poulmon.*
Pulmo diuiditur in similitudinem vngulæ bouis: atque eius quidem partes, fibræ vocantur.
Anheli pulmonis fibra. Lucan.
Mollis pulmo. Ouidius.
Sanguineus pulmo. Seneca.
Tumidi pulmonis arentes fibræ. Seneca.
Rumpere pulmonem ventis. Pers.
Pulmonarius, Adiectiuum. Columel. *Qui ha mal aux poulmons, Phthisique.*
Pulpa, pulpæ. Plin. *Le bois es arbres qui se peult separer par filaments en le fendant.*
In pulpam, & in orbem arboris secari, differunt. Plin.
¶ Pulpa. Pers. *La chair qu'on mange, Muscle, Poulpe.*
Pulpamentum, pulpamenti. Terentius. *Viande bien apprestee & assaisonnee.*
Mihi cubile terra, pulpamentum fames. Cic.
Pulpitum, pulpiti, penult. corr. Martialis. *L'eschaffauls ou estoyent les ioueurs.*
Longa per angustos figamus pulpita vicos. Iuuenal.
Rubra pulpita. Ouid.
¶ Pulpitum. Suet. *Vne chaire a prescher & declamer au peuple.*
Puls, pultis, fœ. gen. Plin. *De la boullie. Vne maniere de viande de quoy vsoyent les anciens en lieu de pain, faicte de farine, eaue, miel, ou fourmage, & oeufs cuicts ensemble.*
Puls frumentacea, *De la froumentee.* B.
Pulticula, pulticulæ, penult. corr. Diminutiuum. Plin.
Pulticulã infanti dare, *Donner ou bailler la boullie a l'enfant.* B.
Pulticulam infanti in os indere, vel ingerere. Bud. Idem.
Pulticula è pane friatili, *De mie de pain.* Bud.
Pultificus, penult. corr. Adiectiuum: vt Pultificum far. Ausonius. *De quoy on fait telle viande.*
Pultarius, pultarii. Columella. *Vn vaisseau en quoy on cuisoit telle maniere de viande.*
Pultarium Budæo est *le poilon dedens lequel on fait la boullie aux enfans.* Pultarius eidem est vas ad sorbendum aptũ, Id est catillus auritus. *Escuelle a oreillons.*
Pultiphagus opifex. Plautus. *Vn grand mangeur & deuorateur de telle viande.*
Pulso, Pulsula, Pulsus, Pulto, Vide PELLO.
Puluinar, pen. prod. puluinaris, pen. pro. neut. gen. quasi pluminar. Iuuen. *Vn oriller.*
Geniale puluinar. Catull.
¶ Puluinar. Cic. *Vn petit lict que les payens font es temples a leurs dieux.*
¶ Puluinar, abusiuè pro Templo ponitur. Cic.
Puluinarium, puluinarii, Idem quod Puluinar, id est, lectus qui in templis sterni consueuerat. Liu.
Puluinus, puluini, pen. prod. mas. gen. seu Puluillus. Cicero. *Vn coussin ou coussinet.*
Mollis puluinus. Plin.
¶ Puluinus, pro Lectulo. Cic.
¶ Puluini. Plinius. *Les couches des iardins, Les planches & longs parquets.*
¶ Puluinus. Vitruu. *Vne leuee ou chaussee & gros bord de terre ou de grauier.*
Puluinatus, pen. prod. Adiectiuum: vt Puluinatus calyx nucis. Plin. *Celle matiere herbeuse & creuse sur laquelle se tiennent les noisilles en l'arbre.*
Puluinulus, penult. corr. Diminutiuum. Columel. *Vne petite leuee de terre.*
Puluillus, Aliud diminutiuũ: vt Serici puluilli. Horat. *Coussinets de soye.*
Puluis, pulueris, penult. corr. com. gen. Plin. *Pouldre.*
Nebula pulueris. Lucret. *Vne pouldriere leuee en l'air, Vn grand poulsier, ou poulsiere.*
Æstiuus puluis. Claud.
Altus. Virgil.　　Canus. Claud.
Ater. Horat.　　Coctus. Stat. *De la chaux.*
Cæcus. Virgil.　　Crassus. Stat.
Crudus. Pers. *Mine d'or qui n'est encore affinee au feu.*
Exiguus. Virgil.　　Feralis. Stat.
Fractus. Stat. *sur quoy on a marché & pestelé.*
Hyberno lætissima puluere farra. Virgil.
Immundus puluis. Virgil.
Indecoro puluere sordidus. Horat.
Leuis puluis. Catullus.
Littoreus. Stat.　　Siccus. Ouid.
Niger. Virgil.　　Sordidus. Ouid.
Obscurus. Stat.　　Turbidus. Virgil. *Vne pouldriere.*
Putris. Lucan.
¶ Commoto puluere nubes. Sil.
Turbine collectus puluis. Horat.
Crines collinere puluere. Horat.
Excutere puluerem. Ouid. *Secouer la pouldre, Espousseter.*
Canitiem infuso puluere fœdans. Catul.
Glomerato puluere vndans nubes. Sil.
Haustus puluis. Ouid.
Nec omne iter puluerem mouet. Quintil.
Lumina obruere haustu pulueris. Stat.
Respersus puluere Stat. *Empouldré.*
Puluis & vmbra sumus. Horat.
¶ Puluis, pro Loco certaminis. Cic.
Eruditus puluis. Cicero. *La pouldre sur laquelle les geometriens & mathematiciens souloyent anciennement faire leurs figures, comme ils font maintenant sur des ardoises, ou autres choses.*
¶ Puluer, apud antiquos dicebatur: vnde genitiuus pulueris.
Puluis, huius puluis in genitiuo, apud Catullum.
Puluisculus, puluisculi, pen. corr. m. g. vel Puluisculum, neutro genere, Diminutiua. Apuleius. *Petite & menue pouldre, Pouldrette.*
Puluereus, Adiectiuum. Plin. *Pouldreux, Plein de pouldre.*
Circus puluereus. Stat.
Crinis. Stat.
Farina puluerea. Ouid.　　Nubes. Virgil.

Palla.Ouid. Solum puluereum.Ouid.
Turbo puluereus.Claud.
Puluerulentus, Aliud adiectiuum,Idem.Cic.
Æstas puluerulenta.Virgil.
Agmina puluerulenta. Virgil.
Iter puluerulentum. Quintil.
Præmia militiæ puluerulenta sequi.Ouid.
Terga puluerulenta.Virgil.
Via puluerulenta.Ouid.
Púluero, púlueras, pen.corr. pulueráre.Columel. *Casser & mettre en pouldre, Puluerizer, Pouldrer.*
Pulueratio, Verbale.Columel. *Pouldrement.*
Pumex, púmicis, pen.corr.m.g. Virgil. Plin. *Pierre ponce.*
Aridus pumex.Plin. Latebrosus. Virgil. *Caverneux.*
Asper.Sidonius. Leuis. Virgil.
Cauus. Virgil. Mordax.Ouid.
Exesus.Ouid. Multicauus.Ouid.
Niueo de pumice fontes.Claud.
Scaber. Sidonius.
Spongiosus pumex.Plin. Viuus.Ouid.
Æquata pumice omnia.Catul. *Tout est poncé & poli.*
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes.Ouid.
Pumicósus, penult.prod. Adiectiuum.Plin. *Qui ha force petits trous, comme la pierre ponce.*
Pumicosa terra.Plin.
Pumiceus, Aliud adiectiuum, Idem.Plaut.
Antra pumicea.Statius.
Oculi pumicei. Plaut. *Secs comme pierre ponce, Qui ne peuuent plourer.* Sedes pumiceæ.Sil.
Púmico, púmicas, pen.corr. pumicâre.Tibul. *Poncer, Polir.*
Pumilio, pumiliônis, Qui nanus aliàs dicitur. Columel. *Vn nain, ou naintre.*
Púmilo, pen.cor. pumilônis, legitur apud Statium pro Pumilione.
Púmilus, púmili, pen.corr. Idem.Stat.
Pumilius, pumilii, Idem.Suet.
Punctus, masc.gene. & Punctum, neutro genere frequentius. Plin. *Vn poinct.*
A punctis. Frontinus.
¶ Punctum temporis, vel horæ momētum. Cic. *La moindre partie de temps qui soit.*
Quum iste punctum temporis nullum vacuum peccato præterire passus sit.Cic. *Le moins du monde de temps.*
Neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Cicero.
Fit ad punctum temporis.Cic.
Multorum mensium labor puncto tēporis interiit.Cæsar.
Omnibus minimis temporum punctis.Cic.
Eodem puncto temporis quo, &c.Cic.
Diei punctum.Lucret. Horæ puncto.Horat.
In punctum, Vide IN præpositionem.
¶ Punctum.Horat. *La voix qu'on donne a aucun en election.*
Suffragiorum puncta non tulit septem.Horat.
Argumentorum puncta occulere.Cic.
¶ Punctus à pungo, Vide paulò pòst.
Punctim, Aduerbium.Liu. *D'estoc, De poincte.*
Pungo, pungis, púpugi, pen.corr. punctum, púngere. Varro. *Poindre de quelque chose que ce soit, Piquer.*
Pectus pungit aculeus. Plaut.
Hunc scrupulum, qui se dies noctésque stimulat ac pungit, vt euellatis, postulat. Cic.
Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis. Cic.
Pungit me rursus, quòd scribis esse te istic libenter.Cic.
Gladius, qui per se pungere non potest.Cic.
Leuiter pungit eos animi dolor, Vide LEVIS.
Pungunt suspiria.Propert.
Epistola illa ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit. Cicero.
Pungens, Participium. Plin. *Poignant, Piquant.*
Punctus, Aliud participium: vt Vulnus punctum acu. Cic. *Qui est poinct, Piqué.*
Punctio, Verbale. Plin. *Poignement, Piquement, Poincture, Piqueure, Punction.*

Punctum, puncti, n.g. Idem. Plin.
Punctus, huius punctus. Plin. Oculis punctu erutis. *Par piqueure & creueure, Par poincture.*
Punctiúncula, pen.cor. Diminutiuum.Seneca. *Petite piqueure.*
Punicus, pen.cor. Adiectiuum, Quasi pœnicus, à Pœnus, qui à Pœnicia, detracta aspiratione, deducitur. Virgil. *Qui est du pais de Carthage.*
Bellum Punicum.Cic.
Mala Punica.Martial. *Pommes de grenade.*
Poma Punica. Ouid.
¶ Punica fides. Sallust. *Foy desloyale, & a laquelle ne se fault fier.*
Punicus color, siue puniceus. Virgil. *Couleur rouge.*
Aqua punicea sanguine.Ouid.
Punicea lactucæ Cæciliæ coma.Columel.
Crocus puniceus.Ouidius.
Cruor.Ouid. Rosæ puniceæ.Horat.
Pennæ puniceæ.Virg. Roseta punicea. Virgil.
Pomum puniceum.Ouid. Sanguis puniceus. Stat.
Punicânus, penult.prod. Adiectiuum: vt Punicani lecti.Cic. *Qui sont menuz du pais de Carthage.*
Punicanæ fenestræ.Varro.
Punio, punis, puniui, punitum, pe.prod. punîre. Cic. *Punir.*
Punire maleficium.Cic.
Punire capite.Plin.iunior. *Couper la teste a aucun.*
Punire supplicio.Cic. *Faire mourir.*
Punire peccata.Cic.
Punior, Deponens.Cic.
¶ Punior, Passiuum.Ouid.
Puniendus, Participium: vt Facinus puniendum.Cic. *Digne d'estre puni.*
Senatus meam domum à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putauit. Cic. *Digne d'estre vengee.*
Iracundia est cupiditas puniendi doloris. Cic.
Punitio, Verbale. *Punition.*
Punitor, pen.prod. Verbale, m.g. Cic. *Qui punist, Punisseur.*
Pupa, pupæ. Martial. *Fillette.*
Pupa Persius. *Vne poupee.*
Pupilla, pupillæ. Plin Cic. *La prunelle de l'oeil.*
Púpula, púpulæ, pen.corr. Idem.Lucret.
Paruula sic totum peruisit pupula cælum.Manilius.
Pupillo, pupillas, pupillâre, Verbum fictitium à voce pauonis Author Philomelæ.
Pupillus, pupilli, & hæc Pupilla, pupillæ.Cic. *Vn mineur de douze ou quatorze ans, qui n'est plus en puissance du pere, Pupille.*
Pupillum fraudare qui in tutelam peruenit.Cic.
Infans pupilla.Cicero.
Pupillâris, & hoc pupillâre, penult. prod. Liu. *Appartenant a mineurs.*
Anni pupillares.Plin.
Puppis, huius puppis, fœ gen. Liu. *Le derriere de la nauire, La pouppe.* Puppis, pro Tota naui, apud poetas. Ouid.
¶ Adunca puppis.Ouid.
Ærata.Ouid. Incesta puppis.Stat.
Ærea.Virgil. Inflexa.Plin.
Alta.Virgil. Laboratæ puppes arte. Ouid.
Cærulea.Virgil. Naufraga puppis.Ouid.
Celeris.Ouid. Patulæ puppes.Virgil.
Celsa.Virgil. Pictæ.Horat.
Concaua.Ouid. Pronæ.Claud.
Curua.Virgil. Recurua puppis.Ouid.
Emerita.Stat. Trunca.Iuuenal.
Fractæ puppes.Vale.Flac. Turritæ puppes.Virgil.
¶ Aduertere puppim.Ouid.
Applicare puppim littori.Seneca.
Auferor vt rapida concita puppis aqua.Ouid.
Consertis puppibus coit agmen.Lucan.
Dirigit huc puppim fluctus.Lucan.
Euertit puppim fluctus.Lucan.
In littora exire fessis puppibus.Ouid.
Ignaua puppe facere iter.Ouid.
Per immensas puppe feruntur aquas.Ouid.
Per fluctus ibat puppis.Stat.
Summersas obrue puppes.Virgil.

Prosequitur surgens à puppi ventus eunteis. Virgil. *Ils ont vent en pouppe, ou vent a gré.*
Laceras puppes refeci. Ouid.
Scindere puppe fretum. Ouid.
¶ Sedebamus in puppi, & clauum tenebamus: nūc autem vix est in sentina locus. Cic. *Ie souloye gouuerner la republique, mais, &c.*

Pupula, Vide PVPILLA.
Pupus, pupi, m.g. Varro. *Vn petit ieune enfant.*
Pūpulus, pūpuli, penult. corr. Diminutiuum. Catull.
Purgo, purgas, purgâre. Columel. *Purger, Nettoyer, Mondifier, Sarcler.*
A foliis & stercore purgato. Cato. *Oste luy les fueilles, & nettoye l'ordure qui est dessus.*
Purgare pisces. Terent. *Effondrer poissons.*
Vngues cultello purgare. Horat.
¶ Purgare se apud aliquem, vel alicui de re aliqua. Terēt. *S'excuser & purger enuers aucun, Se iustifier & lauer.*
Purgat se multum per literas, & affirmat nil à se cuiquam de te secus esse dictum. Cic.
Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Cicero.
Seruos neque arguo, neque purgo. Cic.
Crimen purgare. Cic. *Se lauer d'aucun cas qu'on nous met à sus, Se purger & iustifier.*
Fastidium purgare. Plin. *Oster la fascherie & desgoustement.*
Fidem purgare letho. Claud.
Nefas purgare ferro. Sil.
Purgans, Participium. Ouid. Bibe purgātes pectora succos. *Purgeans, Nettoyans, Mondifians.*
Purgâtus, pen. prod. Aliud participium. Sil. *Purgé, Nettoyé.*
Si parum vobis essem sine defensione pugatus. Cicero. *Excusé.*
Purgatio, Verbale. Plin. *Purgation.*
Purgatio, pro Curationibus quæ medicamentis fiunt. Cic. *Cure & purge.*
Æsculapius primus alui purgationem inuēnit. Cic.
Purgationes fœminarum, pro Menstruis. Plin.
¶ Purgatio. Cic. *Vne excuse.*
Purgâmen, pen. prod. purgáminis, siue Purgamentum, purgamenti. Columel. *Immondice & ordure, Nettoyeures, Balieures.*
Cloaca, receptaculum omnium purgamentorum vrbis. Liuius.
Purgábilis, & hoc purgábile, pen. corr. Plin. *Qu'on peult purger aiseement, Nettoyable.*
Purifico, Puritas, Vide PVRVS.
Purpura, púrpuræ, pen. corr. Plin. *Le poisson dont on prenoit la taincture de pourpre. C'est aussi la couleur de pourpre, Cramoisy violet.*
Ardens purpura. Iuuen. *Pourpre de haulte couleur, Escarlatte.*
Ignea. Valer. Flac.
Picta. Virgil. Violacea. Plin.
Vsque ad talos demissa purpura. Cic. *Robbe de pourpre.*
Illius è roseo flāmatur purpura vultu. Stat. *Rougeur es iouës.*
Qui fulgent purpura. Cic.
¶ Purpura, pro Magistratibus. Plin.
Regum purpura. Virgil.
Purpureus, Adiectiuum. Plin. *De pourpre.*
Aer purpureus. Ouid. Amictus. Virgil.
Anima purpurea. Virgil. Vide ANIMA.
Aurora. Ouid.
Ceruices purpureæ. Persius.
Color purpureus. Virgil. *Couleur de pourpre.*
Colore purpureo casia. Plin.
Coma purpurea. Tibul. Flore purpureo asarū. Plin.
Cultus purpurei. Stat. Genæ purpureæ. Ouid.
Purpureus dies. Ouid. Ignis purpureus. Stat.
Flores purpurei. Virg. Labella purpurea. Ouid.
Purpurea luce refulsit humus. Ouid.
Lumen purpureum. Virgil.
Purpureo subrubet vua mero. Ouid.
Purpureo vires capit Eurus ab Ortu. Ouid.
Os purpureum. Horat. Pallium. Cic.
Panis purpureus. Plaut.
Pudor purpureus. Ouid. *Qui fait rougir le visage.*
Pyra purpurea. Columel.
Pruna. Columella. Torus. Ouid.
Rubor purpureus. Seneca. Ver purpureum. Virgil.
Sanguis. Plin. Vestes purpureæ. Virgil.
Vestes purpureæ dictæ sunt Tyriæ, à loco vbi purpura fit. Plinius.
Vestitus purpureus. Cic. Vuæ purpureæ. Ouid.
Purpureus Lunæ sanguine vultus erat. Ouid.
¶ Purpureus, pro Purpurato. Horat. *Vestu de pourpre.*
Reges purpurei. Claud.
¶ Purpureus. Virgil. *Beau.*
Olores purpurei. Horat. *Beaux.*
Púrpuro, púrpuras, pen. cor. purpurâre. Columel. *Rendre une couleur de pourpre.*
Purpurasco, purpurascis, purpuráscere, Idem. Cic.
Purpurâtus, pe. prod. Adiectiuum. Cic. *Accoustré & vestu d'habillement de couleur de pourpre.*
Purpurarius, Aliud adiectiuum: vt
Officina purpuraria. Plin. *Ou on teind en pourpre.*
Purpurissum, purpurissi. Plinius. *Vne espece de croye teincte en pourpre, dequoy les peinctres besongnent.*
Purpurisso, purpurissas, purpurissare. Plaut. *Teindre de ceste espece de croye.*
Purus, Adiectiuum. *Pur.*
Ad cibum purus, Vide in præpositione AD.
Purus ab humano cultu locus. Liu. *Qu'on ne laboure point, & n'y fait on aucun bastiment.*
Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis suspicione tā vacua atque pura est. Cic.
Purus & insons. Horat. *Innocent.*
Purus & religiosus. Cic. Sceleris purus. Horat.
¶ Aer purus ac tenuis, cui opponitur Crassus & concretus. Cic. *Net, Clair.*
Amnis purus. Horat.
Animus omni admistione corporis liberatus, purus & integer esse cœpit. Cic.
Castus animus & purus. Cic.
Aqua pura. Horat. Argentum purum. Cic.
Aurum purum. Festus.
Campus purus ac patens. Liu. *Vne plaine bien unie, ou il n'y a ne fossez ne costaulx.*
Charta pura. Vlp. *Ou il n'y a rien escript.*
Purum vitio cor. Horatius. Dies pura. Claud.
Domus hac nec purior vlla est. Horat.
Duellum purum & pium. Liu.
Fides pura. Ouid.
Genæ puræ. Seneca. *Qui n'ont point encore de barbe.*
Hasta pura. Virgil. *Qui n'ha point de fer.*
Historia pura & illustris. Cic.
Hostia pura. Plin. Humus pura. Cic.
Iudicium purum postulare. Cic. *Requerir que le Magistrat decerne une commission pure & simple sans aucune restriction.*
Libertas pura. Claud.
Locus purus. Vlpian.
Luna pura. Horat. *Claire, Qui n'ha point sa lumiere empeschee ne troublee de nuees.*
Lux pura. Virgil. Mella purissima. Virgil.
Pura atque integra mens. Cic.
Nox pura. Virgil. *Clere, Sereine.*
Oratio pura. Terent. *Vn bon langage.*
Puro fulget in orbe dies. Ouid.
Pectus purum. Horat. *Qui n'est point maculé d'aucun uice, Net.*
Concha salis puri. Horat.
Sol purus. Horat. *Clair, Serein.*
Synceritas pura. Plin. Thus purum. Plin.
Toga pura. Plin. *Qui n'est que d'une couleur.*
Vasa pura. Paulus. *Vaisselle d'argent a ouurage plain.*
Non satis est puris versum perscribere verbis. Horat. *Pour faire de bons uers, & estre bon poete, il ne suffit pas d'user de mots Latins purs, & non ayant aucune metaphore, ou autre figure.*
Vesper purus. Horat. *Clair & luysant, Point trouble ne nubileux.*

Vestis pura. Virgil. *Impollue, Sans tache & macule.*
Vinum purum. Ouid.
Vir purus, pudens. Cic. Vnda pura. Virgil.
Purus putus, Vide P V T V S.
¶ Purus. Iulianus. *Pur & simple, sans aucune restriction, exception, ou condition.*
Legatum purum & Conditionale, contraria. Paulus.
Venditio pura & Conditionalis, contraria. Vlp.
Purè, Aduerbium. Plin. *Purement, Nettement.*
Purè & eleganter acta ætas. Cic.
Apparet tibi purè res. Horat. Lauari purè. Tibull.
Loqui purè & emendatè. Cic.
Loqui Latinè & purè. Cic.
Purè & castè deos venerari. Cic.
¶ Purè. Paulus. *Purement & simplement, Sans aucune restriction, exception, ou condition.*
Purè, & Sub conditione, contraria. Vlp.
Purè & Conditionaliter, contraria. Vlp.
Púriter, pen. corr. Aliud aduerbium, Idem. Cato.
Vitam puriter agere. Catul.
Puriter lauit dentes. Catull.
Púritas, pen. corr. puritâtis, f. g. *Pureté.*
Purifico, purificas, pen. corr. purificâre. Sueton. *Purifier.*
Authores sunt, ad quendam amnem greges eorum descẽdere: ibique se purificantes solenniter aqua circunspergi. Plin. de elephantis.
Purificatio, Verbale. Plin. *Purification.*
Pus, puris, n. g. Plin. *La boue, & ordure qui sort d'un clou, apostume, & semblables.*
Pura, numero plurali. Plin. Contra aurium pura, vermiculósque.
Maturum pus. Cels. Effunditur pus. Cels.
Erumpit pus. Cels. Exit pus ex iecinore. Celsus.
Exempto pure, si leuis plaga est. Cels.
Exprimere pus. Cels. *Faire purer & bouer.*
Extussire pus. Cels.
Fertur pus ex vomica. Cels. *La boue sort & coule, L'apostume pure.*
Maturare pus. Cels.
Mouere pus dicitur emplastrum. Cels. *Faire purer & bouer.*
Mouendo puri accommodatum. Cels.
Ortum pus. Cels.
Purulentus, Adiectiuum. Plin. *Plein de boue & d'ordure.*
Auribus purulentis medetur. Plin.
Purulentè, Aduerbium. Plin. Ossibus purulentè limosis. *Aux os qui sont limonneux de la boue d'une playe.*
Pusillus, Diminutiuum à Pusio, pusionis, antiquo vocabulo: vt Pusillus homo. Martial. *Petit.*
Animus pusillus. Horat. *Petit courage, & failli, Pusillanimité.*
Illud est pusilli animi. Cic.
Caput oppidò pusillum. Catull.
Et firmis causa pusilla nocet. Ouid.
Epistola pusilla. Cic.
Homo pusillus. Catul. *Homme de neant.* B.
Libelli pusilli & contempti. Cic.
Habuimus in Tusculano quasi pusillam Romã: tanta erat in his locis multitudo. Cic. *Vne petite Rome.*
Testis pusillus processit. Cic.
Villula valde pusilla. Cic. Vxor pusilla. Horat.
Pusillum laxamenti. Trebonius ad Ciceronem. *Vn peu de relasche.*
Qui pusillum intelligit. Plin. iunior.
Pusio, pusiônis, m. g. Cic. *Petit enfant.*
Pustula, pustulæ, pen. corr. Martial. *Ampoulle, Vne pustule.*
Pustulæ. Cels. *Rougeole, ou Verolle.*
Rupta pustula. Tibull. *Rompue, Creuee.*
Pustulæ liuentes. Plin.
Lucentes pustulæ. Martial.
Pustulôsus, pen. prod. Adiectiuum: vt Locus pustulosus. Celsus. *Plein de pustules, Pustuleux.*
Pustulâtus, pen. prod. Adiectiuum. *Plein d'ampoulles.*
Pustulatum argentum. Martial. *Qui est trespur & bien affiné.*
Pusula, púsulæ, pen. corr. *Ceste petite enleueure & comme enflure qui se lieue sur le pain en cuisant.*
Pusula. Colum. *Vne maladie qu'on appelle, Le feu sainct Antoine.*
Pusulôsus, pen. prod. Adiectiuum. Columel. *Qui est malade de ceste maladie.*
Puta, Putamen, Putatio, Putator, Vide P V T O.
Puteal, n. g. Horat. *Le siege du Preteur.*
Putealis, Vide P V T E V S.
Puteo, putes, putui, putêre. Horat. *Puir.*
Aliquando desinet putere. Quintil.
Diurno mero putere. Horat.
Putesco, putescis, putescere: vt, Si in tabulato olea nimium diu erit, putescet, oleum fœtidum fiet. Cato. *Elle s'empuantira, s'empuantisira.*
Pútidus, pen. corr. Adiectiuum. Cic. *Puant, Punais.*
Palus putida. Catull. Cerebrum putidius. Horat.
¶ Putidus. Horat. *Fascheux & ennuyeux.*
Mœcha putida. Catull.
Vereor ne putidum sit, scribere ad te quàm sim occupatus. Cic. *Que ie ne soye ueu trop ponctueux & trop curieux.*
Pútide, pen. corr. Aduerbium: vt Exprimere literas putidè. Cic. *Faire trop resonner les RR, & autres lettres sonantes.*
Dicere putidè. Cic. *User d'une maniere de parler incongrue, & dire mots nouuellement forgez, qui n'ont point de grace, & sont fascheux aux auditeurs.*
Putidulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum. Martialis. *Inepte, Fascheux, Qui n'ha point de grace.*
Putidiúsculus, pen. corr. Aliud diminutiuum. Cic. *Qui est trop diligent & curieux en ce qu'il fait, & comme superstitieux & trop ceremonieux.*
Putor, putôris, à Puteo, putes. *Puanteur, Punaisie.*
Ea omnem putorem adimet. Cato.
Cœpit putor ob imbres intempestiuos. Lucret.
Detergere putorem. Stat.
Tellus humida putorem nacta est ex imbribus. Lucret.
Puteus, putei, masc. gen. Plin. *Vn puis.*
Capaces putei. Ouid.
Iugis puteus, Vide Iugis in I V G V M.
Patens puteus. Horat.
Perennis puteus iugis aquæ. Horat.
Abiicere se in puteos. Cic.
Haurire aquam de puteo. Cic.
Puteum, neutro genere. Vlpianus.
Puteânus, pen. prod. Adiectiuum: Vnde Aquam puteanam dicimus. Plin. Columel. *Eau de puis.*
Puteâlis, & hoc puteâle, pe. pro. Eiusdẽ significationis. Ouid.
Præterfluens vnda vel putealis. Columel.
Lymphæ puteales. Lucret.
Puteárius, puteárii. Plin. *Qui fouit & creuse les puis, Vn puisier.*
Putidus, Vide P V T E O, putes.
Puto, putas, putâre. Columel. *Couper les choses superflues, Esmonder les arbres.*
Vitem putando fingit. Virgil.
¶ Putare. Terent. *Penser en soymesme, Cuider.*
-hoc putant, Quicquid factum est, ex te esse ortũ. Terent. *Ils pensent & cuident cela que, &c.*
-neque id Putauit, prauum an rectum siet quod petet. Terentius. *Il ne considerera & n'aduisera point si c'est bien ou mal.*
Multa putans. Virg. *Pensant a beaucoup de choses, & aduisant.*
Multáque dura suo tristi cum corde putabant. Virgil.
¶ Putare. Terent. *Estimer, Iuger en soymesme.*
Bene putas. Terentius.
Rectè putas. Terent. *Ton aduis est bon.*
Id nihil puto. Terent. *Ie n'estime rien cela.*
Ita studiosus est huius præclaræ existimationis, vt putetur in hisce rebus intelligens esse. Cicero. *Qu'il soit reputé & estimé congnoissant & entendu en ces choses.*
Nunquam putassem. Cic. *Ie ne l'eusse iamais cuidé.*
Putare aliquo in numero. Cic. *Estimer aucunement, Auoir en quelque estime & reputation.*
Neminẽ præ se putare. Cicero. *N'estimer personne au pris de soy.*
Hæc pro certo putauimus. Cic.
Putare pro nihilo. Cic. *Ne rien estimer.*

Spreuit,& pro nihilo putauit.Cic.
Despicere,& pro nihilo putare. Cic.
Magni putare. Quintil. *Estimer fort, Faire grand cas.*
Putare aliquid minimi. Cic.
Putare parui. Catull. *Estimer peu.*
Ne tanti prælium putetur. Plin. *Qu'on ne l'estime point estre si grand cas.*
¶ Putemus rem ipsam. Terent. *Considerons ou traictons ceste affaire plus amplement, Voyons qui ha le tort ou le droict.*
Rem ipsam putasti. Terent. *Tu as dict ce qu'il en sera, ou ce qu'il en est.*
¶ Putare cum aliquo argumentis. Plaut.
Putare rationem cum aliquo. Cic. *Rendre, ou ouir un compte, Compter auec aucun.*
Rationem secum putare. Plaut. *Considerer & penser en soymesme.*
¶ Putatur prudens. Cic. *Il est estimé & reputé homme prudent.*
¶ Puta, Imperatiuum, loco aduerbii quandoque ponitur, pro Scilicet, vel verbi gratia. Pomponius. *A sçauoir, C'est a sçauoir.*
Vtputa, eodem modo dicitur. Vlpianus.
Putâtor, pen. prod. putatôris. Plin. *Qui cure & esmonde les arbres, ou taille les vignes, Esmōdeur d'arbres, Tailleur de vignes, Rōgneur.*
Vitis putator. Ouid.
Pendulus putator. Columel.
Putatórius, Adiectiuum: vt Falx putatoria. Vlpianus. *Serpe a esmonder les arbres, ou tailler la vigne.*
Putatio, Verbale fœm. Cic. *Esmondement d'arbres, & taillement de vignes, Ronguement.*
Putâmen, pen. prod. putáminis, n. g. *Tout le superflu qu'on coupe de quelque chose que ce soit, Rongneures, Coupeaulx.*
Candentibus iuglādium putaminibus barbam sibi & capillum adurere. Cic. *D'escailles de noix.*
Putamina erosa carne egerit. Plin.
Putamina ouorum. Plin. *Le test des coquilles d'oeufs.*
Testudinum putamina secare in laminas. Plin.
Putor, putôris, Vide PVTEO.
Putris, & hoc putre. Virgil. *Pourri, Gasté & corrompu.*

Putris aranea. Propert.	Fungi putres. Virgil.
Arenæ putres. Stat.	Liber situ putris. Stat.
Bos putris. Ouid.	Lapis putris. Plin. iunior.
Chartæ putres. Stat.	Mammæ putres. Horat.
Cineres putres. Stat.	Putris nauis. Propert.
Coma putris. Martial.	Oculi putres. Horat.
Corpus putre. Lucret.	Sanies putris. Stat.
Fænum putre. Horat.	Saxa putria. Claud.

Solum putre. Virgil. *Terre legiere & meule, qu'on peult facilement esmier comme pouldre.*
Spinis putribus atque deciduis. Plin.
Sulci putres. Virgil.
Tabo putri liquentia corpora. Silius.
Tellus putris. Stat.
Pútridus, pen. corr. Adiectiuum: vt Dentes putridi. Cic. *Pourries & gastees, Putrefiees.*
Membra putrida. Lucan. Pectora. Catul.
Putrêdo, pen. prod. putrédinis. Ouid. *Pourrissure, Pourriture, Putrefaction.*
Pútreo, putres, pútrui, putrêre. Plaut. *Estre pourri & corrompu.*
Putresco, putrescis, putréscere. Columel. *Se pourrir, Se corrompre & gaster, Se putrefier.*
Vestis putrescit in arca. Horat.
Putrefacio, putrefacis, pen. corr. putreféci, pen. prod. putrefactum, putrefácere. Columel. *Pourrir quelque chose, Corrompre & gaster.*
Ardentia saxa infuso aceto putrefaciunt. Liu.
Putrefactus, Participium. Ouidius. *Pourri, Corrompu & gasté, Putrefié.*
Putus, Adiectiuum, Purus. Vnde Putum argentum, id est purgatum. Iuuenal. *Fin argent.*
Purus putus est ipsus. Plaut. *C'est luymesme sans autre.*
Purus putus sycophanta est. Plaut. *C'est un vray, &c.*
Orationes putissimæ. Cic. Id est, Luculentissimæ, Splendidissimè scriptæ.

P Y

Pyctatium, pyctatii. Lamprid. *Vn petit cayer & bordereau.* In L. Iubemus. C. de erogatione militaris annonæ, sumitur Pyctatiū *pour une descharge.* Pyctatium etiam interpretatur Budæus *Vn bandeau,* id est frontale, *Vn fronteau.*
Pyctes, pyctis, siue Pycta, pyctæ, Pugil dicitur. Lamprid.
Euthymius pŷcta semper Olympiæ victor. Plin.
Pygargus, pygargi, masc. gen. Plin. *Vne sorte de cheureul qui resemble a un daim.*
Pygargos pro quodam aquilarū genere accipit Plinius.
Pyla, pylæ, Græcé. Cic. *Vne porte.*
Pyr, pyros, Græcè, Latinè dicitur Ignis.
Pyra, pyræ. Virgil. *Vn monceau de bois.*
Accensa pyra. Ouid.
Atra pyra. Sil. Erigere pyram. Virgil.
Struere ingentem pyram. Virgil.
Pyramis, pen. corr. pyrámidis, fœm. gen. Martial. *Vn grand bastiment de pierre, quarré, large par le bas, & agu par le hault, a la façon de la flamme du feu, Vne pyramide.*
Forma pyramidis. Cic.
Pyramidâtus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Faict en pyramide, large par le bas, & allant en aguisant.*
Pyrethrum, pýrethri, pe. cor. Herba. Plin. *Pied d'alexandre.*
Flaua pyrethra. Ouid.
Pyrgus, pyrgi, m. g. Turris Latinè dicitur.
¶ Pyrgus. Horat. *Vne petite boiste ou lesioueurs mettoyent les dets pour les iecter dedens le tablier.*
Pyropus, pyrópi, pen. prod. Ouid. *Vn rubi, ou escarboucle.*
Pyrrhicha, pýrrhichæ: siue Pýrrhiche, pýrrhiches, pe. cor. Suet. *Vne sorte de danse de morisque, que Pyrrhus inuenta.*
Pyrus, pyri, f. g. *Vn poirier.*
Edura pyrus. Virgil.
Inserere pyros. Virgil.
Flos pyri. Virgil.
Pyrum, pyri. Plin. *Vne poire.*
Autumnalia pyra. Plin.
Cucurbitina pyra, Vide CVCVRBITA.
Decumana. Columel. Libralia. Plin.
Mammosa. Plin.
Onychina, Vide Onychinus in ONYX.
Insitiua decerpens pyra. Horat.
Vesci pyris. Horat.
Pyxis, pýxidis, pen. cor. fœm. gen. Quintil. *Boiste de boys, ou d'autre matiere.*
Pyxis ferrea. Plin. Cornea. Plin.
Pyxidicula, pyxidiculæ, pen. corr. Diminutiuum. Cornelius Celsus. *Boistelette.* Alii legunt pyxidula.
Pyxidâtus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. *Enchassé ou enclavé dedens quelque autre chose, Emboisté, Emboistdé.*

Q

QVa, cuius, cui, nominatiuo non vtimur: nisi in compositione: vt Aliqua, siqua.
Quam ad rē vis? Plau. *A quoy faire le veulx tu auoir?*
Quam rem agis? Terent. *Que fais tu?*
Qua causa? Plautus, Quid de te merui, qua me causa perderes? *Que t'ay ie faict pourquoy tu, &c.*
Qua de causa definitiones rerum probabant. Cic. *A cause de quoy, Pour laquelle chose.*
Qua gratia? Plaut. *Pour quelle cause? A quoy faire?*
Quid est, qua gratia nos coquere hîc cœnam prohibeas nunc? Plaut. *Pourquoy est ce que tu, &c.*
Qua ratione amisti? Terent. *Comment l'as tu perdu?*
Qua ratione inopem potius ducebat domum? Terēt. *Pour quelle raison? Qui le mounoit de, &c.*
Qua de re iudices vobis magnopere prouidendum est. Cic. *Parquoy.*
Qua de re? Plaut. *Pourquoy?*
Qua de re nunc litigatis inter vos? Plaut. *De quoy est ce que vous vous debatez?*
-ehodū ad me. D. Qua de re? Terent. *A quoy faire? Pourquoy?*
Firmatur similitudine eius rei qua de re agitur. Cic. *De laquelle il est question.*
Qua pro re argentum promisit hic tibi? Plautus. *Pour quelle chose?*
¶ Qua impudentia est? Cic. *Veu son impudence & effrontement, ou Tant est impudent & effronté.*
¶ Qua facere id possis, nostram nunc accipe mētem. Virgil. *Comment tu le pourras faire.*
Qua, Aduerbium loci. Plaut. *Par ou.*
Quâ te ducit via dirige gressum. Virgil.
Omnes introitus, quâ adiri poterat in eum fundum. Cic.
In templum nescio quâ per cuniculum ascendit. Cic. *Ie ne scay par ou.*
Licet illi vagari quâ velit. Cic.
Passim sine vllius imperio, quâ cuique proximum est, in amnem ruunt. Liu.
Omnia quâ visus erat, constrata telis. Sallust. *Par tout ou la veue se pouoit estendre.*
Sin discedit, quò, aut quà, aut quid nobis agendum sit, nescio. Cic.
¶ Quâ, aliquando significat Tum, siue Partim. Cicero, Nā gladiatoribus, quâ dominus, quâ aduocati, sibilis conscissi. *Maintenant le maistre, maintenant les aduocats, Et celuy qui donnoit les gladiateurs, & ceulx qu'il auoit amenez auec soy au theatre, Tant le &c. que &c. ont esté bien sifflez.*
Insignis L. Papyrius Cursor quâ paterna gloria, quâ sua. Liuius.
Quâ itineris, quâ de Bruto. Cic. *Tant pour le regard du voyage, que pour l'affaire de Brutus, Entant que touche le voyage, & entant que touche l'affaire de Brutus.*
Non quâ filius alicuius, sed quâ homo æstimatur. Paulus. *Entant qu'on n'ha point esgard a ce qu'il est filz, mais seulement comme homme.*
Quacunque, Ablatiuus à Quæcunque. Liuius, Quacunque matre genitus. *De quelque mere qu'il ait esté engendré, ou Quelconque ait esté sa mere.*
Quacunque, Aduerb. Cicero, Quacunque iter facit, eiusmodi fuit, non vt Legatus Pop. Rom. &c. *Par tout ou il a passé.*
Quadantenus, penul. cor. Aduerbium. Plinius, Diximus quadantenus in mentione auri. *En partie, Aucunement.*

Quadra, quadræ. Virgil. *Vn tranchoir, ou tailloir, & assiette.*
Patula quadra. Virgil.
Aliena viuere quadra. Iuuen. *Viure a la table & aux despens d'autruy, Manger le pain d'autruy.*
Quadra. Martial. *Vn quartier de pain, ou d'autre chose.*
Quadra casei. Martial. *Vn quartier de fourmage.*
Quadragenarius, Adiectiuum. *Qui ha quarante ans.*
Quadrageni, pen. prod. Aliud adiectiuum, Idem significat quod Quadraginta. Columel. *Quarante.*
Quadragena millia. Cic. *Quarante mille.*
Quadrageni pedes in terga. Plin.
Quadragenis diebus latent. Plin.
¶ Quadrageni, absolutè aliquando ponitur. Suetonius, Quàquam ex schola quadragena annua caperet. Subaudi, millia nummûm, aut aliquid tale. *Par chascun an quarante, &c.*
Quadragesimus, pen. corr. Plin. *Quarantiesme.*
Quadragesima, absolutè dicitur. Suet. *La quarantiesme partie.*
Quadragies, Aduerbium. Cic. *Quarante fois.*
Ducenties quadragies lis æstimata. Liu. *Quarante cent mille, Quatre millions.*
Quadraginta, indeclinabile. Plin. *Quarante.*
Annos natus magis quadraginta. Cic.
Quadrangulus, pen. corr. Adiectiuum. Plin. *Qui ha quatre angles, Quadrangle, Quadrangulaire.*
Quadrans, quadrantis, m. g. Iuuen. *La quarte partie d'un as. Ce peult estre un liard, en prenant l'as pour un douzain.*
Quadrans, Quarta pars iugeri. Columel.
¶ Quadrans operæ. Columella. *La quarte partie de la iournee d'un ouurier.*
Quadrans pedis. Gel. *La quarte partie d'un pied.*
Quadrans vini. Cels. *Vn demi sextier de vin, mesure de Paris, dont la pinte tient quatre demis sextiers.*
¶ Quadrans. Plin. *Vne sorte de poix ancien.*
Quadrantâlis, & hoc quadrantâle, pen. prod. Plinius, Crassitudine quadrantali. *Large de quatre doigts.*
Quadrantarius, Adiectiuum. Cicero, Quadrantaria permutatio. *Changement ou eschange d'un liard, Quand on change quelque chose a un liard.*
Quadrantaria. Quintil. *Paillarde qui s'abandonne pour un liard.*
Quadrantal, quadrantâlis, pen. prod. neut. gen. Idē quod amphora. Plin.
Quadrarius, Adiectiuum: vt Vas quadrarium. Cato. *Vne sorte de vaisseau ancien quarré, de quoy on se seruoit au pressoir.*
Quadratus, Vide QVADRVM.
Quadridens, pen. corr. om. gen. Cato. *Qui ha quatre dents.*
Quadriduum, Vide QVATRIDVVM.
Quadriennium, quadriennii. Cic. *L'espace de quatre ans.*
Quadrifariam, Aduerbium. Sueton. *En quatre parts.*
Quadrifariam diuiso exercitu. Liu.
Quadrifáriter, penul. cor. Aduerb. Paulus Iuriscon. Proauus quadrifariter intelligitur. *En quatre manieres.*
Quadrifidus, penult. corr. Adiectiuum. Virgil. *Qui ha quatre fourchons.*
Trabs quadrifida. Valer. Flac.
Labor Solis quadrifidus. Claud. *Le cours du soleil, faisant les quatre parties de l'an.*
Quadriforis, & hoc quadrifore, pen. corr. Plin. *Qui ha quatre trous, ou entrees.*
Quadriga, quadrigæ, pen. prod. Gell. *Quatre cheuaulx attelez a un harnois, a costé l'un de l'autre. Il se prend aussi pour le chariot tiré a ces quatre cheuaulx ainsi attelez.*
Apta quadrigis equa. Horat.
Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt. Cic.
Curru quadrigarum vehi. Cic.
Citæ quadrigæ. Virgil.
Insanæ. Claud. Niueæ. Claud.
Pernicissimæ. Columel.
Quadrigula, pen. corr. Diminutiuum. Cic.

Quadriiugus,pe.cor.Adiectiuum: vt Quadriiugi,siue quadriiuges equi.Virgil.*Quatre chevaulx ainsi attelez.*
Certamen quadriiugum. Stat.
Currus quadriiugus. Virg. *Tiré a quatre tels chevaulx.*
Quadriiuges.Ouid.*Quatre chevaulx ainsi attelez.*
Niuei quadriiuges. Stat.
Quadrigarius,quadrigarii,Substantiuum. Varro.*Qui conduit ces quatre chevaulx.*
Quadrigarius,Adiectiuum: vt Quadrigarius habitus. Suet. *Habillement & accoustrement de tel chartier.*
Quadrigâtus,pen.prod.Adiectiuum : vt Nummus quadrigatus. Plin.*Une sorte de monnoye ancienne,ou il y avoit engravé un chariot a quatre chevaulx.*
Quadrigeminus,pen.corr.Adiectiuum : vt Quadrigemina cornicula. Plin. *Quatre petites cornes.*
Quadrilibris,& hoc quadrilibre, pen.prod. Plaut. *Pesant quatre livres.*
Quadrimus,pen.prod.Adiect.Liu.*Aagé de quatre ans.*
Merum quadrimum.Horat.*Vin de quatre ans.*
Quadrimulus,pen.cor.Diminutiuum. Plaut.
Quadrimâtus,huius quadrimátus,pen.prod. Plin. *L'aage de quatre ans.*
Quadrimatum agere. Colum. *Estre sur la quatriesme annee de son aage.*
Quadringenarius, Adiectiuum: vt Quadrigenariæ cohortes.Liu.
Quadringenti,quadringentæ,quadringenta. Cic. *Quatre cens.*
Quadringenties,Aduerbium.Plin.*Quatre cens fois.*
Quadringentesimus,pen.cor.Adiectiuum.Plin.Anno vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo. *L'an quatre cens septante deuxiesme.*
Quadringenus, penul.prod.&,vt nonnulli legunt,quadrigenus vel quadricenus.Liu.Vectigal iussus pẽdere denarios nummos quadringenos.*Quatre cens.*
Quadrinus,pen.prod.Adiectiuum,pro Quatuor,quemadmodum Trinus. Plin. Discutit & foliis strumas, quadrinis diebus soluta. *En quatre iours.*
Quadrini circuitus febris. Plin.*Fievre quarte.*
Quadripartitus, penult prod. Adiectiuum. Cic. *Divisé en quatre parties.* Legitur & Quadripertitus,per e secundam vocalem.
Quadriremis,huius quadrirêmis, pen.prod.f.gen. Liu. Cic.*Navire ayant quatre rames pour banc.*
Quadriuium , quadriuii. Iuuen. *Un quarrefour ayant quatre chemins.*
Quadro, quadras, Vide QVADRVM.
Quadrum, quadri.*Un quarré.*
Perticæ dolantur in quadrum.Colum.*En quarré.*
In quadrum sententias redigere. Cicero. *Bien ordonner & disposer.*
Quadro,quadras,quadrâre. Horat.*Esquarrir, Quarrer.*
Abies atque populus ad vnguem quadrantur. Columel.
¶ Quadrare, per translationem. Virg. *Convenir & accorder, Quadrer.*
Non sanè quadrat illum ciuem Olympiade ea ibi visum. Cicero.
Visum est hoc mihi ad multa quadrare.Cic.
Omnia in istam quadrare aptè videntur. Cic.*Luy conviennent, Luy quadrent fort bien.*
Summa rationum quadrans dicitur.Cic.*Quand en faisant un compte, on trouve qu'on a mis autant qu'on avoit receu.*
Quadrâtus,pen.prod. Participium,siue Nomen. Liu.*Quarré, Esquarri.*
Quadratum agmen. Cic. *Un esquadron ou bataillon de gens de guerre.*
Corpus quadratum. Cels.*De moyenne stature,ne trop long ne trop court,ne trop gros ne trop gresle, Bien formé & membru.*
Lapis quadratus. Plin.iun.*Pierre de taille.*
Quadratis angulis palmus. Plin.
Imago quadrata.Lucret.
In quadratum pedem serantur. Colum.
Turres quadratæ. Lucret.

¶ Triangula & quadrata. Cic.
Quadratum & Rotundum,contraria.Horat.
Dimensio quadrati. Cic.
Forma quadrati.Cic.
Efficere quadratum paribus oris. Quintil.
Quadrati boues grandibus membris. Columel.*Quarrez & bien membruz.*
Quadrata compositio. Quintil.
Quadratarius, quadratarii. Sidonius. *Esquarrisseur, Tailleur de pierres.*
Quadrupes,pen.corr.quadrúpedis,pen.corr. Aliquando substantiuum,aliquando adiectiuum. Terent. *Qui ha quatre pieds.*
Vt nulla quadrupes possit accedere.Plin.
Maiora quadrupedia charactere signari debent.Columel.
Quadrupedum vectiones.Cic.
Animosos quadrupedes regere. Ouid. *Chevaulx.*
Distentæ quadrupedes viridi pabulo. Quintil.
Infans quadrupes.Ouid.*Qui va a quatre pattes.*
Vasta quadrupes.Cic.
Quadrúpedans,pen. corr. quadrupedantis. Virgil. *Qui va a quatre pieds.*
Equo iuxtà quadrupedante.Plin.
Sonitus quadrupedans. Virg.*Le son & bruit des chevaulx trotans ou courans.*
Quadruplator, pen. prod. quadruplatôris. Cic. *Un delateur & instigateur, qui va annoncer & deferer aucun, ou accuser d'aucun crime pour avoir la quarte partie de sa confiscation, Un empateur.*
Quádruplor,pe.cor.quadruplâris,quadruplári. Plaut.*Faire tel office.*
Quadruplex, pen.corr. quadrúplicis, pen.cor. om. gen. *Quadruple.* Plin. Arbor floret,albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici.*Mais elle est quatre fois aussi grande.*
Quadruplex ordo. Liu.*Quatre rangs.*
Quadrúplico,quadrúplicas,pen cor.quadruplicâre,*Quadrupler, Quadrupliquer.* Plaut.Lucris quadruplicauit rem meam. *Il a augmenté mes biens de quatre fois autant,au quadruple.*
Quadruplicátio,quadruplicatiônis,Verbale.Vlp.
Quadruplicáto, pen. prod.Aduerbium. Plin. *Quatre fois au double, Au quadruple.*
Quadruplus, pen.corr. Adiectiuum.Plaut.*Quadruple.*
Quadruplum aliquid attribuere. Plin. *Quatre fois autant.*
Maiores nostri ita in legibus posuere , furem dupli condemnari,fœneratorem quadrupli. Cato.*Estre condamné a rendre quatre fois autant qu'on a desrobbé.*
¶ Dare iudicium in quadruplum. Cic. *Condamner a quatre fois autant, ou au quadruple.*
Quadruplò,Aduerbium.Plin.Pulmo quadruplo maior bubulo *Quatre fois plus grand, Plus grand du quadruple.*
Quæ,cuius,cui, Pronomen fœmininum à Quis. Interrogatiuè aliquando pronuntiatur.Cic. Quæ(malũm)est ista tua audacia atque amentia? *Et quelle est ceste tienne hardiesse?*
Quæ tua facilitas, & huiusmodi, per parenthesim posita. Plin.iunior,Sed(quæ facilitas tua) hoc magis dabis veniam, quòd se non mereri fatentur. *Veu la facilité qui est en toy, ou Tant tu es aisé a appaiser.*
Spero enim(quæ tua prudentia & temperantia est)hercule,vt,&c.Cic.*Veu ta prudence.*
Quæ tua est humanitas,In principio sententiæ. Brutus ad Ciceronem , Quæ tua est humanitas , æquo animo te moueri patieris.
Quæ tua potestas.Cic.
Quæ mea mens in suscipienda causa fuit,fides in agenda: eadem vestra in iudicanda sit. Cic. *Ayez un mesme vouloir & affection a iuger la cause que i'ay eu a la defendre.*
Quæ , neutrum plurale à nominatiuo singulari Quod. Virgilius.
Quæcunque, Quædam, Vide Quicunque, Quidam.
Quæro, quæris, quæsiui, quæsitum,pen.prod. & per syncopam quæstum, quærere. Terent. *Cercher, Querir, Querre.*
Per compita quærere aliquem. Iuuenal.
Aditum quærere per auia. Virgil.

Argentum quærere in fœnus, vel mutuo. Plaut.
-causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret. Terent. *Cerchoit occasion, Queroit.*
Coniugium quærere. Iuuen.
Consilium quærere. Terent. *Demander.*
Diuerticula quærere. Cic.
Excusationem quærere. Cic.
Exitum quærere. Cic.
Et melius nulla quæritur arte fauor. Ouid.
Fidem quærere promisso. Plin. *Tascher & s'efforcer de faire adiouster foy a ce qu'on promet.*
Finem quærere amori. Ouid.
Fugam quærere. Cæsar.
Quærere fugam ex aliquo loco. Cic. *Cercher a s'enfuir.*
Fugam morbi quærere. Horat.
Gloriam quærere. Cic.
Gratiam quærere alicui ad vulgum, dicitur res aliqua. Liu. *Acquerir, Quand elle est cause qu'on ha la grace du commun peuple.*
Identidem quærere. Cic.
Immortalitatem quærere ipsa morte. Cic.
Inimicitias quærere. Plaut.
Inuidiam ex re aliqua alicui quærere. Quintil. *Tascher a le mettre en male grace & haine.*
In aliquem inuidiam quærere. Cic. *Pourchasser a le mettre en haine.*
Latebram quærere periurio. Cic.
Laudem quærere. Terent.
Liberos quærere. Plautus. Liberorũ quærendorum causa ei, credo, vxor data est. *Pour auoir des enfants.*
Locum iniuriæ quærere. Liu. *Tascher de nuire, Cercher & espier l'opportunité de nuire.*
Locum insidiis quærere. Liu.
Locum gratiæ apud aliquem quærere. Liu. *Cercher le moyen d'estre en la grace d'aucun.*
Locum seditionis quærere. Liu. *Tascher a esmouuoir quelque sedition.*
Materiam quærere amori. Ouid.
In medium quærere. Virgil. *Viure en commun & du commun, Amasser & acquerir pour le commun.*
Moras quærere. Ouid.
Moram quærere supplicio. Cic.
Quærere aliquem ad necem. Cic. *Le cercher pour le tuer.*
Noua quærere. Propert.
Numen & auxilium per sacras quærere sortes. Ouid.
Occasionem quærere. Cæsar.
Quærere opem. Ouid. *Demander aide.*
Opes & amicitias quærere. Horat.
Periculum voce quærere. Ouid. *Cercher son malencontre par son babil.*
Quomodo aliquid fiat quærere. Terent. *Cercher le moyen.*
Animus quærit rationem. Lucret.
Regnum quæritur armis. Lucan. *Est acquis.*
Remedium quærere ab aliquo. Cic.
Remedium ad rem aliquam quærere. Cic.
Quærere aliquid in remedio. Plin. *Pour remede.*
Requiem quærit sibi. Horat.
Risus quærere sibi. Horat.
Salutem alicui malo quærere. Terent. *Cercher occasion d'entrer en propos.*
Seria quæramus amoto ludo. Horat.
Sermonem quærere. Terentius. *Cercher occasion d'entrer en propos.*
Sitim quærere. Cic. *Prouoquer la soif.*
Somnum quærere re aliqua. Plin. *Faire auoir sommeil.*
Venenum quærere alicui. Cic. *Tascher a l'empoisonner.*
Quærebátque viam. Ouid.
Ardua sollicitis victoria quæritur armis. Ouid.
Voluptatem quærere. Cic. *Cercher son plaisir.*
Quærere omnes ad vnum exemplum. Cic. *Vouloir rapporter toutes a un patron.*
¶ E monte aliquo in alium transilire quærẽtes. Plin. *Voulans, Taschans, S'efforceans.*
¶ Quærere. Cic. *Faire information, Faire enqueste.*
Proficisci ad coniurationem quærendam. Liu. *Aller pour informer de la coniuration.*
Quærere in aliquem. Cic. *Faire information contre aucun.*
Vt de pecuniis repetundis quæreret. Cic. *Qu'il eust la congnoissance des deniers mal prins, concussions & corruptions de ceulx qui ont esté Magistrats es prouinces.*
Dum de patris morte quæreretur. Cic.
Quærere rem tormentis, & per tormẽta. Cic. *Bailler la question & torture pour sçauoir la verité d'un faict.*
¶ Quærere. Terent. *S'enquester, ou S'enquerir de quelque chose, & Demander.*
Non quæro abs te quare patrem Sex. Roscius occiderit. Cic.
Quærere horas ab aliquo. Plin.
Cur non aliquid circa patrem quærimus? Quintil.
Quæsiuit de Zenone fortasse quid futurum esset. Cic. *Il a demandé a Zeno.*
Quæro de te, &c. Liu. *Ie te demande.*
De natura moribúsque Cæsar quum quæreret, sic reperiebat. Cæsar.
Sæpe quæri solet de tempore, de loco, quo res gesta dicitur. Quintil. *Du temps, &c.*
Nescio, nisi vt ex ipsa quæras, vnde hunc habuerit. Terent.
Sed quid ego ex te quæro, quid defensurus sis? Cic.
Eadem secreto ab aliis quærit, reperit esse vera. Cæsar.
Eruditius aliquid quærere. Quintil.
Subtiliter aliquid quærere. Quintil.
Verum quærere. Horat.
¶ Quæro quid sit, cur, &c. Cic.
Et ea res, si quæris, magno ei honori fuit. Cic.
Quærat aliquis quæ sint mentiti veteres magi. Plin. *Quelcun pourroit demander, &c.*
Forsitan quæratis qui iste terror sit, & quæ tãta formido, quæ tot ac tales viros impediat, quo minus, &c. Cic. *Par aduenture vous me demanderez.*
Quæret fortasse quispiam, displiceátne mihi legum præsidio, &c. Cic.
Quæret aliquis fortasse, tantúmne, &. Cic.
Quid quæris amplius? Cic.
¶ Quærere. Plaut. *Acquester & amasser, Acquerir, Conquerir.*
Filio dum diuitias quæro. Plaut.
Contriui in quærũdo vitam atque ætatem meam. Terent. *A amasser des biens.*
Facilè victum quærere. Terent. *Gaigner sa vie aisement.*
Quærere rem honestè mercaturis faciendis. Cic.
Quærere multo labore. Cic.
¶ Quid si quispiam ignem quæret? Plaut. *Demande.*
¶ Quærendum est, dolor malúmne sit. Cic. *Il fault disputer.*
Sæpe non de facto, sed de iure atque æquitate quæritur. Cicero.
Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ sint vtilissimæ. Plin. *Les medecins disputent entre eulx.*
¶ Finis quærendi. Horat.

Quærens, Participium. Ouid.

Quærendus. Seneca.

Quæsitus, penult. prod. Participium, siue Nomen ex participio, *Quis, Trouué, Acquis, Gaigné:* vt Artes quæsitæ. Virgil. *Quises, ou Cerchees.*
Labore dulci quæsita. Lucan.
Gloria multis quæsita est ingenuis artibus. Ouid. *Gloire a esté acquise a plusieurs, ou Plusieurs ont acquis gloire & honneur par les arts liberaulx.*
Odium hominum quæsitum est mihi carmine. Ouid. *I'ay acquis, ou gaigné la haine des hommes par mes vers.*
Salus quæsita fuga. Ouid.
Adulatio quæsitior fuit. Tacit. *Plus grande & plus exquise.*
Excepere Græci quæsitissimis honoribus. Tacit. *Fort exquis.*

Quærito, quǽritas, penul corr. quæritâre, Frequentatiuum. Plaut. *Demander souuent, ou instamment.*
Ehem opportunè, teipsum quærito. Terent. *Ie te cerche par tout.*

Lana ac tela victum quæritans. Terẽt. *Gaignant sa vie a, &c.*

Quæsitus, huius quæsitus, pen. prod. mas. gen. Verbale. Plin. *Cerchement.*

Quæstio, quæstiônis, Verbale, A quæstum supino. Plautus. *Cerchement.*

Tibi ne quæstioni essemus. Plaut. *A fin que tu ne nous cerchasses point.*

¶ Quæstio. Cic. *Question & disputation.*

In his primis naturalibus voluptas insit, nécne, magna quæstio est. Cic.

Disceptatio & quæstio. Cic.

De quo omnis hæc quæstio est. Cic.

Asperitas quæstionum. Quintil.

Frigus quæstionum. Quintil.

Vinculum quæstionis. Quintil.

Immensa quæstio. Plin.

Infinitæ quæstiones. Cic.

Legitimæ quæstiones. Quintil.

Lusoria quæstio, Vide LVDVS.

Naturales quæstiones. Quintil.

Perdifficilis & perobscura quæstio est de natura deorum. Cicero.

¶ Adiuuare quæstionem. Quintil.

Afferre quæstionem, Vide AFFERO. *Mouuoir une question & doubte.*

Agitanda erit quæstio, quid inter eos actũ sit. Martianus.

Conscribere fictam quæstionem, Vide CONSCRIBO.

Decidere quæstionem. Vlpianus.

Deducitur in iudicium quæstio. Paulus.

Diuidunt totam istam de diis immortalibus quæstionem in partes quatuor: primùm docent, &c. Cic.

Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, nunquando, &c. Cic.

Habere aliquid quæstionis dicitur res. Cicero. *Quand elle est en debat.*

Habere quæstionem de aliqua re. Cicero. *Estre en debat & different.*

Sanqualem auem augures Romani in magna quæstione habent. Plin. *Les deuins Romains sont en grand debat & different quel oiseau c'est.*

Indicare quæstionem. Quintil.

Ratiocinatiua atque collectiua quæstio orietur. Quintil.

Persoluere quæstionem, Vide PERSOLVO.

Hæc quæstio ita procedit, si de peculio agi non potest. Paulus. *Le poinct de la matiere, La chose qui meine en different de quoy il est question.*

In quæstione est, quis tantùm bonum inuenerit. Plin.

Est quæstionis, vtrum ipsa furti æstimatio, &c. Vlpianus.

Quæstionis est, an debeat etiam inuitum cogere. Vlpian.

Immensæ quæstionis est, in quo maximè extiterit fortitudo. Plin. *C'est une grande question & dispute.*

Nisi conditio personarum quæstiones variauerit. Quint.

Quæ res in quæstione versetur. Cic.

¶ Quæstio. Vlpianus. *Question, Torture.*

Facti in eculeo quæstio est, iuris in iudicio. Cic.

¶ Abripere ad quæstionem. Cic.

Quæstioni accipere seruos. Plaut. *Prendre les serfs d'aucun a la merci, pour scauoir par leur bouche & leur faire dire par force la verité.*

Habere quæstionem de viri morte. Cic.

Mortis paternæ habere quæstionem de seruis paternis. Cicero. *Bailler la question aux seruiteurs de son pere pour scauoir qui l'a tué.*

Habere quæstionem in caput alterius de furto. Cic.

Polliceri in quæstionem seruos. Cicero. *Offrir de bailler ses serfs pour estre mis a la question pour scauoir la verité de quelque cas.*

Luere supplicia, Vide LVO.
Mactare supplicio, Vide MACTO.
Merere supplicium.Ouid.
Mergere vltimis suppliciis. Plin.
Aliquem vinculis & verberibus atque omni supplicio excruciatum necare.Cic.
Pati supplicium, Vide PATIOR.
Péndere supplicia, Vide PENDO.
Perferre supplicia, Vide PERFERO.
Perire supplicio.Cic.
Rapi ad supplicium ob facinus.Cic.
Reciditur culpa supplicio. Horat.
Remittere & condonare alicui supplicium. Vatinius Ciceroni. *Luy pardonner & remettre la peine & punition qu'il auoit deserui.*
Soluere supplicium alicui.Cic.
Sumere supplicium. Cic.*Punir.*
Sumere supplicium de aliquo. Cic. *Le punir.*
Trahi ad supplicium. Cic.
Vti supplicio in aliquem. Vatinius Ciceroni.
Supplodo,supplôdis,pen.prod.supplósi,supplôsum,pen. prod.supplódere.Cic.*Frapper des pieds contre terre.*
Supplósio,Verbale.Cic.*Tel frappement.*
Pedis dextri rara supplosione vti oportet. Author ad He.
Suppœnitet,pen.corr. suppœnituit,suppœnitêre. Cic. *Se repentir aucunement.*
Suppono,suppônis,pen.prod.suppósui,suppósitum,pen. corr.suppónere. Columel. *Mettre dessoubz.*
Sub cratim supponere. Plaut.
Oua supponere gallinis. Varro.*Mettre couuer une geline.*
Tauri supponunt colla iugis. Ouid.
Colla supponere oneri. Ouid.
Falcem supponere aristis. Virg.*Faucher ou scier les bleds meurs.*
Tumulo supponere aliquem. Ouid. *Le mettre dedans le tombeau, Enseuelir, Enterrer.*
Humo supponere aliquem. Idem. Ouid.
Pectora supponere fluminibus. Ouid.
¶ Supponere. Cic.*Soubmettre.*
Exemplum supponere epistolæ. Cic. *Escrire au dessoubz.*
Subiicere & supponere rationem. Cic.
Iudicio alicuius supponere aliquid Ouid.
Substituere & supponere aliquem. Cic.
Criminibus illis pro rege se supponit reum. Cic. *Il veult respondre de la faulte du Roy.*
Vicarium supponere. Cic. *Mettre en son lieu un autre.*
Alium in suppositi locum supponere.Cic.
¶ Supponere. Terent.*Mettre une chose faulse au lieu d'une uraye, Supposer.*
Testamentum supponere. Cic.
Falsum testamentum supponere. Cic.
Suppósitus,pen.cor.& Suppostus, Participium. Cic.*Mis faulsement en la place d'un autre, Supposé.*
Qui supposita persona falsum testamentum obsignare curarit.Cic.
Suppositus in eius locum. Cic.
Saxa supposta cælo. Sil. *Rochers si haultes qu'elles semblent toucher au ciel & le soustenir.*
Suppositûrus,pen.prod. Particip. Ouid.*Qui mettra dessoubz.*
Suppositio, Verbale. Columel. *Le faict de mettre une chose soubz une autre, Supposition.*
Suppostor & Suppostrix, Verbalia. Plaut. *Qui changent les enfans les uns pour les autres, Supposeurs.*
Supposititius, Adiectiuum. Varro. *Qui est mis au lieu du uray & naturel, Supposé.*
Supporto,supportas,supportâre.Cæs.*Porter.*
Suppositio, Suppositus, Vide SVPPONO.
Supprimo,súpprimis, pen. corr. suppressi, suppressum, supprimere. *Cacher quelque chose en sorte qu'on ne la puisse trouuer, Receler, Cacher, Supprimer.*
Abscondere atque supprimere.Plin.
Ægritudinem supprimere. Cic. *Arrester la maladie qu'elle ne saugmente.*
Animus supprimitur cibis. Plin. *Est suffoqué.*
Famam rei supprimere. Liu. *Abolir la memoire de quelque chose.*
Fletum supprimere. Propertius. *Cesser de plourer, Refraindre son pleur.*
Fræna supprimere vindictæ. Ouid.
Habenas supprimere cursus. Ouid. *Arrester sa course, Desister & cesser de courir.*
Impetum supprimere. Liu. *Reprimer, Refrener, Refraindre.*
Iram supprimere. Ouid.
Iter supprimere. Cæs.*Rompre son entreprinse d'un uoyage.*
Lachrymas supprimere. Ouid.
Nummos, vel pecuniam supprimere. Cic. *Retenir a soy quelque argent sans en dire mot, & sans le rendre a celuy a qui il appartient.* Querelas supprimere. Ouid.

Senatusconsulta supprimere. Liu.
Vocem supprimere. Ouid. *Se taire, Cesser de parler.*
Suppressus, Participium, siue nomen ex participio: vt Suppressa nauis. Iustinus. *Enfondree, Mise en fond, Noyee.*
Dolor suppressus alta mente. Lucan. *Cachee & dissimulee.*
Fontibus suppressis aret amnis. Ouid. *Quand les sources sont retenues & arrestees, ou supprimees.*
Fuga suppressa. Ouid. *Arrestee.*
Lingua suppressa palato. Ouid.
Mentum suppressum. Varro. *Court & noyé dedens les babines.*
Pars vocis suppressa in medio sono. Ouid.
Pectora suppressa vitiis. Ouid.
Voce suppressa dicere. Cic. *Parler fort bas.*
Erit vt voce, sic etiam oratione suppressior. Cic.
Suppressio, Verbale. Cic. *Larcin, Suppression.*
Suppressiones nocturnæ. Plin. *Vne maladie qui est quand on ne peult auoir son baleine en dormant, La cauchemare, ou Chauchevieille, Le pesard.*
Supprômo, supprômis, pen. prod. supprompsi, suppromptum, supprómere. Plaut. *Mettre ou tirer hors.*
Supprômus, supprómi, pen. prod. Plaut. *Vn despensier, ou soubdespensier.*
Suppudet, pen. cor. suppúduit, suppudêre. Cic. *Auoir quelque peu de honte.*
Suppudet me illius rei. Cic.
Suppuro, suppúras, pen. prod. suppurâre. Columel. Plin. *Apostumer & meurir, Purer, Rendre, Boter, Ietter de l'ordure.*
Suppurâtus, pen. prod. Participium. Seneca. *Apostumé.*
Suppurâtum, suppuráti, pen. prod. Plin. *Apostume.*
Suppurátio, Verbale. Colum. Plin. *Apostume.*
Exorta est suppuratio. Cels.
Incisa vel rupta suppuratio. Cels.
Suppuratórius, Adiectiuum. Plin. *Qui fait apostumer & meurir, Qui fait purer.*
Supputo, supputas, penul. corr. supputâre. Plin. *Couper par dessoubz, ou Vn peu couper.*
Supputare rationem. Plaut. *Compter, Faire compte.*
Supra, Præpositio, accusatiuo casui seruit. Virg. *Par dessus.*
Supra Lunam sunt omnia æterna. Cic.
Supra volat ardea nubem. Virgil.
Inijcere quempiam supra stercus. Cic.
Mare quod supra terram est. Cic.
Ecce supra caput homo leuis ac sordidus. Cic. *Est fort prochain de nous.*
¶ Supra tres. Horat. *Plus de trois.*
Supra quinquagies. Cels. *Plus de cinquante fois.*
Supra fidem. Quintil. *Incroyable.*
Supra viginti parit. Plin. *Plus de vingt.*
Ratio, quæ supra hominem putáda est, Deóque tribuenda. Cic.
Potentia, quæ supra leges esse velit. Brutus Attico.
Supra modum. Columel. *Oultre mesure.*
Ira supra modum est illis. Virgil.
Supra morem. Virgil. *Plus que de coustume.*
Supra numerum. Plin. iunior. *Oultre le nombre.*
Attollere aliquid supra quotidianum sermonem. Quint.
Supra spem humanam. Liu.
Supra vires. Horat. *Impossible, Plus qu'on ne peult.*
¶ Suprà, sine casu aliquando ponitur, & est aduerbium. Cicero, Suprà infrà, dextra sinistra, antè post. *Dessus.*
Quæ suprà & subtèr sunt. Cic.
Hoc est suprà quàm illud. Cic.
Ille quem suprà deformaui. Cic. *Par ci deuant, Au propos que ie renoye ici deuant.*
Nihil suprà. Terentius, Facetè, lepidè, lautè, nihil suprà. *Rien plus, Il n'est possible d'auantage.*
Supradictus, Adiectiuum. Pli. *Dequoy il est parlé par ci deuant.*
Quidam scribunt separatim suprà dictus.
Suprapósitus, pen. cor. Aliud adiect. Cic. *Mis par ci deuant.*
Suprascriptus, Item adiectiuum. Cic.
Superior, Comparatiuus à supra, vel à superus adiectiuo. *Superieur.* Cicero, Pertinet ad superiorem diuisionem. *Qui est ci dessus escripte.*
Accumbit superior, Vide ACCVMBO.
Domus superior. Cic. *Le hault estage d'une maison.*
Dicere aliquid de loco superiore. Cic.
Superioribus temporibus nullas de te literas misi. Cic. *Le temps par ci deuant passé, Les iours passez.*
Superior ætas. Cic. *L'aage que i'ay par ci deuant vescu.*
Senes semper agunt aliquid, quale cuiusque studium in superiore vita fuit. Cic.
¶ Superiores. Cic. *Noz ancestres & deuanciers.*
¶ Superiores. Cæsar. *Qui sont les plus forts.*
Nostri omnibus partibus superiores fuerunt. Cæs.
Superior & Inferior, contraria. Cic.
Inuident homines maximè paribus, aut inferioribus, aut superioribus. Cic. *A leurs superieurs.*
Quanto superiores sumus, tanto nos geramus summissius. Cic.
Habes neminem honoris gradu superiorem. Cic.
Loco, fortuna, fama superior. Cic.
Superiorem esse largitione. Cic. *Vaincre un autre en presens & dons.*
Superior ordine, inferior fortuna. Cic.
Potius vi superiores, quàm iustitia pares. Cic.
Superior in possessione retinenda non fuisset. Cic.
¶ Superius: cui contrarium Inferius. Cic.
Suprêmus, pen. prod. Superlatiuum à superior. *Le plus hault, & le dernier, Supreme.*
Supremis suis annis. Plin. *En son dernier aage.*
In desperatione suprema. Plin. *Au bout de nostre sang, Quand on ne scait plus que faire.* Supremus vitæ dies. Cic.
Digressu mœsta supremo. Virgil.
Ferrum supremum stringere. Curt. *Desgainer une espee sur un homme pour la derniere fois, c'est a dire, pour le tuer sans plus y retourner.*
Finis supremus. Horat. *La mort.*
Funera suprema. Ouid.
Honores supremi. Ouid. *Funerailles.*
Hora suprema. Tibull. *L'heure de la mort.*
Ignis supremus. Ouid.
Iter supremum carpere. Horat. *Mourir.*
Manum supremam imponere bellis. Ouid.
Officia suprema. Tacit. *Funerailles qu'on fait a un trespassé.*
Salus suprema. Virgil.
Sole supremo. Horat. *A soleil couchant.*
Sors suprema. Virgil.
Tempus supremum, Tempus mortis. Horat.
¶ Prò supreme Iuppiter. Terent. *Treshault, Tresgrand, Supreme, O souuerain Dieu.* Montes supremi. Virgil.
Macies suprema. Virgil.
Supremum supplicium. Cic. *Le plus grand qu'il est possible.*
¶ Circa suprema Neronis principis. Plin.
Suprema sua ordinare. Modest. *Ordonner par testament de sa derniere volunté.*
Germanici suprema defleuerat. Tacit. *La mort de, &c.*
Soluere alicui suprema. Tacit. *Luy faire ses funerailles.*
Supremò, Aduerbium. Plin. *Pour le dernier.*
Sura, suræ. Cic. *Le gras & le mol de la iambe.*
Tumentes suræ. Horat. Teretes suræ. Horat.
¶ Sura. Virgil. *La iambe.*
Euincta suras cothurno. Virgil.
¶ Suræ. Iuuenal. *Brodequins, Botines.*
Surculus, Vide SVRVS.
Surdus, Adiectiuum. Terent. *Sourd.*
Æquoribus surdior. Ouid. *Plus sourd que la mer courroucee qui ne veult ouir les prieres des nauigateurs.*
Freto surdior. Ouid.
In illis linguis quas non intelligimus, surdi profectò sumus. Cic. *Nous n'y entendons rien.*
Ad munera surdus. Ouidius. *Qui ne se sesmeut point pour presens qu'on luy face.*
¶ Aures surdæ. Ouid.
Buccina surda. Iuuenal. *Qui ne rend point grand son.*
Discrimen surdum: vt Facies surdo discrimine figurarũ. Plinius. *Faces qui ne sont faciles au vif, & ne representent point*

le naturel, Esquelles le peinctre n'a obserué la varieté des traicts du visage naturel.
Fluctus surdi. Ouid. Fores surdas tundere. Ouid.
Non erit officii gratia surda tui. Ouid. Tu entendras que ie ne seray point ingrat du plaisir que tu m'as faict.
Herbæ surdæ. Plin. Desquelles on ne fait pas grande mention, & n'en tient on pas grand compte.
Ianua surda. Ouid.
Ictus surdi. Plin. Coups ormes, Coups sourds & qu'on n'oit point.
Iudex surdus. Cic. Littora surda. Propert.
Locus surdus. Vitru. Ou la voix ne retentist point, Ou la voix se perd.
Mens surda. Ouid. Quand une personne n'escoute point, & ne pense point a ce qu'on luy dit.
Nomen surdum. Sil. De qui n'est pas grand bruit.
Posteritas surda. Curt.
Res surdæ & sensu carentes. Plin. Insensibles.
Saxa surda. Ouid.
Verbere surdo cædit hominem mens conscia sceleris. Iuuenal. De coups qu'on n'oit point, Le remords de cõscience tormente & punit secretement & interieurement l'homme qui se sent auoir commis quelque meschant cas.
Vota surda. Pers. Veux & prieres que Dieu n'escoute ou n'exaulce point.
¶ Cinnama spirant surdum. Pers. La canelle ne rend comme point d'odeur. C'est quand elle est corrompue ou euentee, & qu'elle a perdu quasi toute son odeur.
¶ Surdus color. Plin. Couleur obscure.
Materia surda. Plin. Bois morne, & qui n'ha point de gayeté ne d'esprit, Bois qui naturellement n'est ne moucheté, ne tacheté, ne rayé, & n'ha aucunes ueines ne madrures, ains est tout plain sans aucune figure.
¶ Surdus veritatis. Columel. Qui n'escoute point la uerité, Qui ne fait compte de la uerité.
Surdis etiam rerum sua cuique sunt venena. Plinius. Aux choses insensibles, & qui sont sans ame.
Surdaster, surdastra, surdastrum. Cic. Quelque peu sourd.
Surditas, pen. cor. surditâtis, f. g. Cic. Sourdeté, Sourdesse.
Surgo, surgis, surrexi, surrectum, súrgere, Neutrum verbum. Terent. Se leuer, Se sourdre.
Ille multò ante lucem surrexit. Cic.
Surgere è lecto, surgere à mensa, aut ab alio loco. Terent. Plaut. Surgere de cathedra. Martial.
De cœna surgere. Horat. Surgere sella. Sallust.
Surgit humo pigré. Ouid. Surgere de sella. Cic.
Solio aureo surgit Iuppiter. Virgil.
Strato surgere. Virgil.
Surgere ex accusatorum subselliis. Cic.
E thalamo surgere. Propert.
Toro surgere. Ouid. Surgere maturé. Cic.
De toro surgere. Propert. Properanter surgere. Sil.
Surgere cubitu. Cato. Se leuer du lict, Se descoucher.
De nocte surgere. Horat.
Ad aliquem surgere. Ouid. Se leuer & dresser vers aucun pour parler a luy. Ad dicendum surgere. Cic.
Surgere ad respondendum. Cic. Pour respondre.
Ex humili surgere. Propert.
In arma surgere. Sil. In hastam surgere. Stat.
In somnos surgere. Valer. Flac. Se leuer pour aller dormir.
¶ Semel cécidi sciens, vt honestissimè surgere possem. Cic.
Ædificia surgere dicuntur. Plin. iunior. Virgil. Quand on les monte & les esleue on petit a petit en bastissant.
Æquora surgunt. Virgil. La mer s'enfle.
Aqua surgit in modum tumuli. Ouid.
Aræ surgunt de cæspite. Sil.
Astra ignea surgunt. Virgil. Commencent a apparoir.
Aurora surgit. Virgil.
Ceruus surgens in cornua. Virgil. Qui se dresse & commence a apparoir par les cornes.
Culmi surgentes in segetem. Lucan.
Dies surgens in medium. Lucan. Midi.
Fontes surgentes. Quintil. Sourdants.
Fruges nitidæ surgunt. Lucret.
Frutex surgit in altitudinem. Columel.
Herbæ surgunt. Colum. Quand elles croissent.
Homo surgere dicitur. Virgil. Quand il croist.
Ignis surgit. Ouid. Iræ altius surgunt. Virgil.
Limina surgunt gradibus. Virgil.
Luna surgens. Tacit.
Mare surgit. Ouid.
Messis surgit. Virgil. Le bled croist & s'auance.
Mœnia surgunt. Virgil.
Opus surgit. Propert. Croist.
Pagina surrexit primo versu. Ouid.
Partes surgentes. Tacit. Partialitez qui commencent.
Pilus surgit. Sueton. Le poil croist.
Prælia surgunt acerrima. Ouid.
Pugna aspera surgit. Virgil.
Regna surgunt. Virgil. Rumor surgit. Tacit.
Sententia surgit animo. Virgil. La fantasie & opinion monte en la teste. Sol surgens. Virgil.
Telluris in altum surgentis tumulus. Lucan.
Venti surgere dicuntur. Virgil. Quand ils commencent a uenter.
Vesper surgens. Horat.
Sensim surrexit virga per glebas. Ouid.
¶ Súrgitur, pen corr. impersonale. Iuuen. On se leue.
¶ Surrexe, pro Surrexisse. Horat.
Mane surgendum cras. Horat. Il se fault leuer, &c.
Surpiculus, surpiculi, pen. cor. masc. gen. Propert. Vn petit panier de ioncs ou d'osier.
Vimine textum surpiculum cumulate hyacinthis. Colum.
Surrepo, Vide SVBREPO.
Surrigo, súrrigis, penul. cor. surrexi, surrectum, surrigere. Virgil. Dresser contremont, Leuer droict en hault, Haulser, Sourdre. Vide SVBRIGO.
Surripio, súrripis, pen. cor. surripui, surreptum, surripere. Plaut. Rauir, Prendre en cachette. Vide etiam SVBRIPIO.
Aliquid ex priuato surripere. Cic.
Surripere alicui operam. Plaut. Se desrobber & partir secretement de quelque lieu pour uenir faire quelque seruice a aucun.
Basia surripere. Catull.
Diem surripere. Ouid. S'appliquer a quelque chose ioyeuse pour passer & couler un iour qu'il ne nous ennuye.
Crimina sunt oculis surripienda patris. Ouid. Il ne fault pas que mon pere en uoye rien.
Aliquem captiuum ex alicuius custodia surripere. Cic. Deliurer, Oster.
Surripere se alicui. Plaut. Se desrobber d'aucun, Se partir de luy sans qu'il en uoye rien.
¶ Surpite, pro Surripite. Horat.
Surpuerat, pro Surripuerat. Horat.
Surreptus, Participium: vt Parma surrepta. Cic. Desrobbee.
Surreptitius, Adiect. Plaut. Qui est faict en cachette, Surreptice.
Surrogo, súrrogas, pen. cor. surrogâre, Vide SVBROGO.
Sursum, Aduerbium. Terent. Contremont.
Sursum ferri. Lucret.
Nares rectè sursum sunt. Cic.
Sursum deorsum. Cic. Hault & bas.
Sursum versum aut versus. Cic. Droict en hault, Vers hault.
Vites sursum vorsum facito vti ducas. Cato.
Vitem sursum vorsum adducito. Cato.
Sursum versum serpit. Varro.
Surus. Fest. Vn pieu.
Súrculus, súrculi, pen. cor. m. g. Varro. Vn sourgeon, Vn iecton, ou reiecton d'un arbre, Aucuneffois une Greffe, Vne petite branche.
Fructuosus surculus. Columel.
Teres solidíque corporis surculus. Columel.
Inserere vel serere surculum. Quintil.
Súrculo, súrculas, pen. cor. surculâre. Columel. Oster les iectons inutiles des arbres.
Surculárius, Adiectiuum. Plin. Appartenant a iectons.
Surcularius ager. Varro. Ou croissent iectons & sourgeons.
Surculôsus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. Qui ha force iectons ou bourgeons.
Surculôse, pen. prod. Aduerbium. Plin. Iecton a iecton.
Surculâris, & hoc surculâre, pen. prod. vt Terra surcularis.

Columel. *De laquelle sortent force iectons.*
Surculaceus, Adiectiuum. Plinius. *Qui resemble a sourgeons & iectons.*
Sus, pro Sursum accipitur in compositione, vt Suspicio.
Sus, suis, generis communis. Plin. *Vn porc, Porceau, ou Truye.*
Amica luto sus. Horat.
Fulmineus sus. Stat.
Horrens. Lucret.
Horridus. Virgil.
Ignaua sus. Ouid.
Immundi sues. Virgil.
Inualida sus, Vide INVALIDVS.
Ingens. Virgil.
Lætus glande sus. Virgil.
Lutulenta sus. Horat.
Magnorum suum horrentia terga. Virgil.
Setigeri sues. Virgil.
Sicci terga suis rara pendentia crate. Iuuen.
Vulnificus sus. Ouid.
Suarius, Adiectiuum: vt Suarius negotiator. Plin. *Marchant de porceaulx.*
Suarius, suarii, Substantiuũ. Plin. *Gardeur de porceaulx, Porchier.*
Suinus, suina, suinum, pen. pro. vt Suina caro. Varro. *De porc.*
Suillus, Adiectiuum, diminutiuum à Suinus. Plinius.
Suile, pen. prod. n. g. Columel. *Estable a porceaulx.*
Suscipio, súscipis, pen. corr. suscepi, pen. prod. susceptum, suscipere. *Entreprendre.*
Suscipere, tam ad animum, quàm ad corpus refertur: vt Suscepi onus, Suscepi voluptatem, Suscepi curam. Variisque nominibus iungitur: & significat Capere.
Actiones periculosas suscipere. Cic.
Æs alienum amicorum suscipere. Cic. *Prēdre sur soy les debtes de ses amis, & se charger de les acquicter de leurs debtes.*
Aliquem suscipere & tueri. Cic. *Prendre en sa charge & en sa defense.*
Authoritatem suscipere. Cic. Tantum sibi authoritatis in Rep. suscepit. *A usurpé.*
In amicitiam suscipere. Liu. *Recevoir en son amitié.*
Bellum suscipere. Cic. *Entreprendre.*
Bellum suscipitur cum gente feroci. Ouid.
Casum suscipere. Cic. *Se mettre en danger.*
Causam alicuius suscipere. Cic.
Causam contra aliquem suscipere. Quintil.
Cicatrices pectore aduerso suscipere. Quintil. *Recevoir.*
In ciuitatem suscipi. Cic. *Estre faict bourgeois.*
Cogitationem de re aliqua suscipere. Cicero. *Penser a quelque chose, Se mettre a penser, &c.*
Quæris vt suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem. Cic.
Consilium suscipere. *Entreprendre.* Cui opponitur, Consilium ponere. Plin. iunior.
Suscepit consuetudo communis, vt beneficiis, &c. Cic. *La coustume est, La coustume a receu que, &c.*
Consulatum suscipere. Plin. iunior. *Recevoir.*
Constantiam suscipere. Cic. *Estre entier en fermeté de propos.*
Crimen suscipere. Cic. *Aduouer & confesser avoir commis quelque faulte, Aduouer le faict, En prendre l'adueu & garantie.*
Crimen suscipere, vel Suscipere crimen defensione. Plin. iunior. *Prendre a defendre.*
Crimen culpæ suscipere. Cic. *Prendre sur soy le blasme de quelque faulte.*
Culpam suscipere. Cic. *Faire une chose qui est a blasmer.*
Curam suscipere. Colum. *Prendre soing.*
Curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset. Quintil.
Tenere cursum, quem à prima ætate susceperis. Cic.
Defensionem suscipere. Cic. *Defendre, Entreprendre de defendre.*
Errorem & superstitionem suscipere. Cic.
Executionem eius negotii libens suscepit. Tacit.
Exercitationem suscipere. Cic. *S'exercer.*
Exilium suscipere. Cic. *Se bannir soymesme, Quand aucun guerpit son pais de son bon gré.*
Facinus in se suscipere. Cic. *Commettre quelque meschant faict.*
Fidem suscipere. Plin. iunior. *Se charger de quelque promesse.*
Fraudem suscipere. Cic.
Imperium suscipere. Ouid.
Inimicitias suscipere. Cic. *Se mettre en l'inimitié d'aucun.*
Inimicitias propter alicuius salutem suscipere. Cic.
Inimicum aliquem suscipere. Brutus Attico. *Se mettre en la male grace d'aucun.*
Iniquitatem suscipere. Cic. *Faire iniquité.*
Inuidiam & odium. Cic. *Se faire hair.*
Iter. Cic. *Entreprendre quelque voyage.*
Labores & dolorem pro patria suscipere. Cic.
Laborem & periculum pro salute alicuius suscipere. Cic.
Legationem suscipere. Cic. *Se charger de quelque embassade, & l'entreprendre.*
Liberos suscipere. Cic. *Avoir des enfants.*
Liberos ex cuiuspiam filia suscipere. Cic.
Maculam suscipere. Cic. *Recevoir une honte.*
Nequa huic imperio macula atque ignominia suscipiatur. Cic. *Que nostre empire ne receust honte & vitupere.*
Famulæ suscipiunt collapsa membra. Virgil.
Mandatum suscipere. Caius iurisconsultus.
Miseriam voluntariam suscipere. Cic. *Prendre.*
Munera suscipere sanguinei Martis. Ouid. *Se mettre a suyure la guerre.*
Negotium suscipere. Cic.
Multũ negotii suscipere. Cic.
Negotia atque controuersias alicuius suscipere. Cic. *Prendre a defendre.*
Obiurgationem. Cic.
Odium alicuius. Cic. *Se mettre en sa haine.*
Offensas in eligendo aliquo. Plin. iunior. *Se mettre en la male grace d'aucun a cause qu'on a esleu un autre.*
Officia & partes pro aliquo. Cic.
Onus. Cic. *Prēdre charge.*
Onus atque munus suscipere. Cic.
Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse. Cic.
Opus censorium obiurgandis moribus suscipere. Colum.
Parricidium suscipere. Cic. *Commettre quelque meurtre.*
Partes suscipere. Cic. *Prendre quelque charge.*
Patrociniũ rei alicuius suscipere. Cic. *La prendre a defendre.*
Periculũ pro salute alicuius suscipere. Cic. *Se mettre en dāger.*
Personã viri boni suscipere. Cic. *Cōtrefaire de l'homme de bien.*
Pœnam dignam scelere suscipere. Cic. *Estre puni selon qu'on la merité.*
Profectionem suscipere. Cic. *Aller en quelque peregrination, Entreprendre quelque voyage.*
Res aliquas sibi gloriæ causa suscipere. Cicero. *Entreprendre quelques besongnes, cuidant en avoir du loz.*
Reip. suscipi. Cic. *Estre nē pour proufiter a la Republique.*
Sceleris aliquid suscipere. Catull.
Scelus in se suscipere. Cic. *Commettre quelque meschanceté.*
Sermonem suscipere. Quintil. *Prendre la parolle.*
Simultates suscipere. Cic. *Prendre debat a l'encontre d'aucun, & avoir une haine couverte contre luy.*
Turpitudinem suscipere. Cic. *Commettre quelque vilenie.*
Quod turpissimè susceperas, perseuerare & transigere nõ potuisti. Cicero.
Vigilias discendi causa suscipere. Cic. *Veiller.*
Voluntatem erga aliquem. Cic. *Prendre affection & amour envers aucun.*
Vota publica suscipere pro aliquo. Ouid.
Suscipere Deo vota pro re aliqua vel pro aliquo. Plin. iunior. *Faire priere a Dieu pour aucun, S'obliger a Dieu par veu, & se charger d'un veu.*
¶ Suscipere. Virgil. *Prendre la parolle & respondre.*
¶ Suscipi in lucem. Cicero. *Naistre.*
Suscipiendus, Participium. Lucret.
Susceptus, Aliud participium: vt Transigere susceptum negotium. Cic. *Achever l'affaire entreprins & commencé.*
Vindicta legis suscepta est tibi. Ouid. *Est entreprinse par toy, Tu as entreprins, &c.*
Pœnam sustinerem mea voluntate susceptam. Cic.
Soboles suscepta mihi de te. Virgil. *Lignee & enfants que i'ay eu de toy.*
Filius patri de nouerca susceptus est. Cic.
Susceptum, suscepti, neut. gen. Ouid. *Entreprinse.*
Suscéptio, susceptiònis, Verbale. Cic. *Entreprinse.*
Susceptio causæ. Cic.
Susceptione prima. Cic. *Des qu'on a entreprins quelque chose.*
Suscito, súscitas, pen. corr. suscitàre. Plaut. *Esveiller.*
Suscitare somno, è somno. Cic.

E quiete suscitare aliquem. Catull.
Ignes extinctos suscitare. Ouidius. *Rallumer le feu qui estoit esteinct.*
Ignes sopitos suscitare. Virgil.
¶ Suscitare. Seneca. *Inciter, Susciter, Esmouuoir.*
Suscitare aliquem ad suum officium. Plaut. *Enhorter.*
In prælia suscitare aliquem. Virgil.
Bellum ciuile suscitare. Brutus Antonio. *Susciter, Esmouuoir.*
Crepitum suscitare pede. Propert. *Exciter & faire un bruit du pied.*
Pœnas suscitare alicui. Virgil.
Nouam rationem suscitant. Cic.
Suscitare fictas sententias. Cic. *Susciter, & mettre en auant.*
Testem contra aliquem suscitare. Cic.
Vrbes attonitas suscitat. Valer. Flac.

Suscus, Vide SVBSCVS.

Susinus, pen. cor. Adiectiuum: vt Oleum susinum. Plinius. *Huile faict de fleurs de lis.*

Suspecto, suspectas, suspectare, Vide SVSPICIO.

Suspendeo, suspendes, suspendi, suspensum, suspendêre, pen. prod. Colum. *Estre pendu, ou pendant en hault.* Alii legunt SVPPENDEO.

Suspendo, suspendis, suspendi, suspensum, suspéndere, penult. corr. Plin. *Pendre.*
Suspendere ex ceruice. Plin. *Pendre au col.*
Vestimenta suspendere. Horat.
Ædificium suspendere. Cic. *Bastir sur des arches, Souspendre, ou Souppendre.*
Castra suspendunt saxis. Sil. *Ils mettent & assient leur camp sur le sommet des rochers.*
Tignis nidum suspendit hirundo. Virgil.
Littora suspendere vomere. Stat. *Labourer les riuages.*
Tellurem suspendere tenui sulco. Virgil. *Labourer.*
¶ Suspendere. Cic. *Pendre & estrangler.*
Suspendere se è fico. Quintil. *Se pendre a un figuier.*
Suspendere de arbore. Cic.
Suspendere in arbore. Cic.
Suspendere aliquem in furcas. Vlpian.
Arbori infœlici suspendito. Cic. *Pens le a un arbre, &c.*
Piscem hamo suspendere. Ouid.
¶ Suspendere rem aliquam. Liu. *Delayer & suspendre.*
Fletum suspendere. Ouidius. *Se contenir & garder de plourer.*
¶ Suspendere aliquem. Plinius iunior. *Le tenir suspend & en doubte.*
Precantem Senatum ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens. Sueton.
Suspendere animos expectatione. Curtius.
¶ Naso adunco suspendere aliquem. Horat.
¶ Suspendere spiritum inter legendum. Quintil. *S'arrester en lisant, Faire pause, Pauser.*
Fluxiones oculorum suspendere. Plin. *Arrester.*

Suspensus, Participium, siue nomen ex participio. Cic. *Pédu.*
Suspensus reste, manibus se demisit. Liu.
Suspensis leniter alis. Liu.
Aulæa suspensa. Horat.
Volatus suspensus. Stat.
Lachrymæ suspensæ oculis. Ouid.
Lachrymæ diu suspensæ per ora fluxere. Ouidius. *Longuement retenues.*
¶ Suspensus. Virgil. *Qui est suspens & en doubte.*
Suspensus animi. Idem. Liu.
Suspensus expectatione nouarum rerum. Cicero. *Qui est en attente.*
Omnia erát suspensa propter expectationem legatorum. Cicero.
Detinere aliquem suspensum. Cic. *Le tenir suspens, ou en balance & doubte.*
Suspensus animus. Cic. *Pensif, & en grand doubte.*
Suspensus & sollicitus animus. Cic.
Animus occupatus & suspensus. Cic.
Solicitam ciuitatem suspicione, suspensam metu, &c. Cic.
Ne diutius suspensa expectatio vestra teneatur. Cic.
Manu suspensa aliquid facere. Plinius iunior. *En crainte & doubte, Craintiuement.*
Mola suspensa oliuam frangere. Columel. *Suspendue.*
Gaudia suspensa. Claud.
Mentem suspensam pertentant vicissim gaudia. Virgil.
Habere rationes suspensas. Cic.
Sors suspensa dubio metu. Stat.
Verba suspensa & obscura. Tacit.
Vultus incertus & suspensus. Cic.
In suspenso relinquere, Vide IN præpositionem.
¶ Suspensus somnus, cui contrarium est Profundus. Cic. *Quand on dort en doubte & crainte.*
Auribus suspensis bibere aliquid. Propert. *Escouter fort attentiuement.*
Suspensa terra. Columel. *Terre labouree qui n'est point baissee & foulee des pieds, ne autrement, Terre meule.*
Suspensissimum pastinatum. Columel.
Suspenso gradu ire. Terent. *Tout bellement, Sans bruit, En pas de larron.*
Gradus suspensus digitis. Ouid. *Quand on chemine tout bellement sur le bout des doigts de peur de faire bruit.*
Suspenso poplite leuiter transire. Stat.

Suspénsio, Verbale. Hirt. *Incertitude & doubte.*

Suspensûra, suspensûræ, pen. prod. Verbale. Seneca. *Pendemét, Souspendement, Souppendue.*

Suspendium, suspéndii. Cic. *Penderie, Pendement au gibbet.*
Suspendia sæua cogitabis. Martialis. *Tu penses de t'aller pendre.*
Præbuit illa arbor misero suspendia collo. Ouid.

Suspendiôsus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. *Vn pendu.*

Suspicio, súspicis, pen. corr. suspexi, suspectum, suspícere. Virgil. *Regarder en hault & contremont.*
Suspicere in cælum. Cic.
Bucula suspiciens cælum. Virgil.
¶ Suspicere aliquem. Cic. *L'auoir en admiration & grande reputation ou estime, En faire grand cas.*
Quam suspicerent omnes, quam admirarentur. Cic.
Honores & præmia suspicere. Plancus Ciceroni.
¶ Suspicere aliquem. Sallustius. *Souspeconner aucun, Le tenir suspect.*

Suspectus, huius suspectus, ma. g. Plin. *Regard en hault, Quand on regarde par le dessoubz en hault.*
Aspectu & suspectu refulgens. Plin. *En regardant en l'air.*
Suspectu vasto turris. Virgil.
¶ Suspectus. Virgil. *Haulteur.*
¶ Suspectus. Seneca. *Admiration & grande estime ou reputation de quelque chose.*
Honorum suspectus. Ouid.

Suspecto, suspectas, suspectâre. Martial. Plin. *Regarder souuent en hault.*
¶ Suspectare. Tacit. *Fort souspeconner.*

Súspicor, pen. corr. suspicâris, suspicári. Terent. *Souspeconner, Se doubter.*
Id consilium quum fugæ causa initum suspicaretur, legiones promouit. Cæsar.
Scribe non modò si quid scies, aut audieris, sed etiam si quid suspicabere. Cic.
Valde suspicor fore vt infringatur hominum improbitas. Cicero.
Suspicari aliquid mali. Cic.
Res nefarias suspicari. Cicero.
Aliquem abs se abalienatum suspicari. Cic.
De ingenio alicuius suspicari. Cic.
Duci ad suspicandum. Cic.

Súspicans, pen. corr. suspicantis, Participium. Terent. *Qui se doubte & souspeconne, Souspeconnát.*

Suspicio, suspiciônis, Verbale. Cic. *Souspecon, Doubte.*
Suspicio in Fabium. Plin. Suspicio hominum. Cic.
Abscondita suspicio. Cic.
Cæca. Cecinna ad Ciceronem.
Clandestina. Plaut.
Repentina. Cic. Tacita suspicio. Liu.
Suspicio belli subita. Cic. Tenuissima suspicio. Cic.
Ciuitas solicita suspicione. Cic.

¶ Absoluere suspicione. Liu.
Abesse à suspicione, Vide ABSVM.
Abesse à conscientiæ suspicione. Cic.
Adduci in suspicionem, Vide ADDVCO.
Afferre suspicionem, Vide AFFERO.
Amouere suspicionem, Vide AMOVEO.
Aspergi suspicione, Vide ASPERGO.
Assequi suspicione, Vide ASSEQVOR.
Attingere rem aliquam suspicione, Vide ATTINGO.
Auertere rem à suspicione. Liu.
Augere suspicionem. Terentius.
Cadere in suspicionem, Vide CADO.
Celare clandestinam suspicionem. Plaut.
Coargui ab aliquo suspicionibus & coniectura. Cic.
Conferre suspicionem in aliquem, Vide CONFERO.
Consistit in aliquo suspicio. Cic.
Conuenit in eum hæc suspicio. Cic.
Dare locum suspicioni. Cic.
Dare suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ. Cic.
-iam tum erat suspicio,
Dolo malo hæc fieri omnia. Terent. *Deslors on souspeconnoit que, &c.*
Effugienda omnis calliditatis suspicio. Quintil.
Expurgare suspicionem. Cic.
Fugere perfidiæ suspicionem. Cic.
Habere alicuius rei suspicionem. Cic.
Iacere suspicionem, Vide IACIO.
Importat suspicionem hæc res. Cic.
Incensi suspicione, rem in medium vocare cœperunt. Cic.
Incidere in suspicionem regni appetendi, Vide INCIDO pen. corr.
Suspicio incidit de me. Terent. *On me souspeconne.*
Increpuit suspicio, Vide INCREPO.
Inferre suspicionem, Vide INFERO.
Iniicere suspicionem alicuius rei, Vide INIICIO.
Iniecta suspicio rei atrocis. Cic.
Insequitur quippiam suspicio, Vide INSEQVOR.
Insidet alicui suspicio. Cic.
Interposita suspicio belli, Vide INTERPONO.
Leuare suspicionem, atque ab se remouere. Cic.
Manet suspicio. Cic. Minuere suspicionem. Cic.
Mouere suspicionem, Vide MOVEO.
Moueri suspicione. Cic.
Necare aliquem propter alicuius rei suspicionem. Cic.
Peragrare omnes latebras suspicionum. Cic.
Perstringere suspicione. Cic.
Præbuit plerisque suspicionem conscientiæ. Tacit.
Relinquitur suspicio. Cic.
Suspicionem segregare ab se. Plaut. *Oster le souspecon.*
Spargere variè suspiciones. Quintil.
Suspicio amoris translata in eum. Terent. *Quand on reiecte sur un autre le souspecon qu'on avoit sur aucun.*
Suspéctio, suspectiónis, Verbale, Idem quod Suspicio verbale. Terent.
Suspiciósus, pen. prod. Adiectiuum. Terent. *Souspeconneux.*
Suspiciosum aliquid facere perspicuum. Cic.
Ciuitas maledica & suspiciosa. Cic.
Crimen suspiciosum. Cic.
Res suspiciosa. Author ad Heren.
Suspiciosissimum negotium, & Suspiciosissimum tempus. Cic. *Tressuspect, Tresdangereux.*
Suspiciosa mula. Columel. *Ombrageuse.*
Suspiciósè, penult. prod. Aduerbium. Cic. *Auec souspecon, ou Par souspecon, Souspeconneusement.*
Sed ne suspiciosè quidem. Cicero. *Sans qu'il y ait lieu ou apparence de souspecon.*
Suspiciose ac criminose dicere aliquid. Cic.
Narrare aliquid suspiciosé. Quintil.
Suspicax, pen. corr. suspicácis, pen. prod. Adiect. *Souspeconneux.*
Animus suspicax. Tacit. Silentium suspicax. Tacit.
Maritus suspicax. Quintil.
Suspectus, Adiectiuum. Terent. *Souspeconné, Suspect.*
Criminum capitalium suspectus. Tacit.
Nimiæ spei suspectus. Tacitus.
Habere suspectũ aliquid. Virg. *Le souspeconner, Le tenir suspect.*
Videre se aliquibus suspectum. Cic.
Suspectus super aliquo scelere. Sallust.
Suspectus in aliqua virgine. Suet.
Suspecta incestu. Plin. iunior.
Suspectum est hoc mihi. Martial.
Omnia mihi sunt suspecta. Cic.
¶ Arua suspecta linquimus. Virgil.
Dona suspecta. Virgil.
Fides suspecta. Stat. Medicina suspecta. Cic.
Locus suspectus. Plin. Pax suspecta. Sil.
Tumores suspectos sanat. Plin.
Vita aliquorum suspecta. Cic.
¶ Suspectior, Comparatiuus. Cicero, Quo quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior.
Is omnia suspectiora, quàm antè fuerant, in Senatu fecit. Liu. Hoste suspectior. Claud.
Suspiro, suspiras, pen. prod. suspiráre. Plaut. *Souspirer.*
Amore ficto suspirat mulier. Lucret.
Familiariter suspirare. Cic.
Ingemit, & tacito suspirat pectore Ouid.
Ab imo suspirare. Ouid. Flebile suspirare. Claud.
Calorem arcanum suspirare. Claud. *Monstrer par iectement de souspirs qu'on est amoureux, Souspirer d'amour.*
¶ Matrē suspirat. Iuuen. *Il souspire apres sa mere & la regrette.*
Amores suspirare. Tibull. In aliquam suspirare. Ouid.
Ad honores suspirare. Valer. Flac.
¶ Suspirare nebulas. Lucan. *Iecter contremont ou rendre des grosses vapeurs.*
Suspirans, pen. prod. Participium: vt Curæ suspirantes. Cic.
Suspirandus, Aliud participium: vt Domus suspiranda. Stat. *Qui sera regrettee.*
Suspirátus, huius suspirátus, pen. prod. m. g. Ouid. *Souspir.*
Suspirátio, suspirationis, fœm. gen. Aliud verbale. Seneca. *Souspir, Souspirement.*
Suspirium, suspirii, Idem. Plautus.
Ægra suspiria. Stat. Muta. Stat.
Anxia suspiria. Stat.
Præsaga luctus suspiria. Ouid.
¶ Ducere suspiria ab imo pectore. Ouid. *Souspirer du profond du coeur.*
Laxare suspiria. Claudianus.
Mulcere suspiria alicuius. Claud.
Repetere suspiria tota nocte. Tibull.
Rumpere suspiria in voces. Claud.
Trahere suspiria magno motu. Ouid.
¶ Suspirium. Plin. *Courte haleine.*
Suspiriósus, suspiriósa, suspiriósum, penul. prod. Plin. *Qui ha courte haleine, Poulsif.*
Susque, deque, id est plus, minúsve, inquit Festus.
Susque déque habere. Plautus. *Ne se soulcier comment il aille de quelque chose.*
De Octauio súsque déque. Cic.
Súsque déque habeo, Vide HABEO.
Sussilio, sussilis, Vide SVBSILIO.
Sustento, sustentas, Vide SVSTINEO.
Sustineo, sústines, pen. corr. sustínui, sustentum, sustinére. Cic. *Soustenir.*
Vineæ sine adminiculis se ipsæ sustinent. Plin.
¶ Sustinere. Terent. *Endurer & souffrir.*
Dolores sustinere. Plin. iunior.
Sustinere aliquod nefas. Ouid.
¶ Sustinere se Cic. *Se retenir & garder de faire quelque chose.*
Ab omni assensu se sustinere. Cic.
Sustinere se à respondendo. Cic.
¶ Non sustineo. Quintil. *Ie ne puis.*
Singulis summa cura consulere non sustinent. Cels.
Hanc cædem eos qui spectare sustinuissent, execratus est. Suetonius.
¶ Ea sustinere vix poterat, quæ contra Academicorũ pertinaciam dicebantur. Cic. *A grand peine pouoit il soustenir & desendre, &c.*

¶ Rem in noctem sustinere. Liu. *Differer, Delayer, Surseoir.*
¶ Aliquem sua authoritate sustinere. Brutus ad Ciceronē. *Defendre & garder, Soustenir.*
Aciem sustinere. Tacit. Æstus sustinere. Ouid.
Artus infirmos baculo sustinere. Ouid.
Artus titubantes sustinere ferula. Ouid.
Casus fortuitos magno animo sustinere. Columel. *Porter.*
Causam alicuius rei sustinere. Cic. *Porter tout le blasme.*
Cuius mortis causam fugitiui sustinent. Cic. *Le souspecon & le blasme tombe sur, &c.*
Causam publicam sustinere. Cic.
Ceruicibus suis sustinere Rempub. Cic.
Cibo aliquo sustineri. Colum. *Estre sustenté & soustenu.*
Concursum omnium philosophorum sustinere. Cic. *Soustenir le choc.*
Conuitium quotidianum sustinere. Cic. *Endurer d'estre touts les iours iniurié.*
Crimen sustinere. Cic. *Defendre & excuser, ou Euiter, & se sauuer de quelque crime.*
Culpam alicuius rei sustinere. Cicero. *Estre blasmé, Porter le blasme.*
Curam belli sustinere. Cic. *En auoir le soing.*
Maximam hic solicitudinem, curámque sustineo. Plācus Ciceroni. *Ie suis en grande solicitude.*
Currum sustinere. Cic. *Arrester.*
Cursum & impetum beneuolentiæ sustinere. Cic. *Refraindre, Reprimer, Retenir.*
Diem extremum fati sustinet. Ouid. *Il differe sa mort & attend a mourir iusques a ce que tu sois reuenu.*
Dignitatem & decus ciuitatis sustinere. Cic. *Entretenir.*
Equos incitatos sustinere. Cæs. *Retenir.*
Sustines non paruam expectationem imitandæ industriæ nostræ. Cic. *On ha fort grande attente de toy, que tu, &c. Tu portes marque d'une grande attente.*
Sustinere ac tueri expectationem sui. Cic. *Entretenir la bonne reputation qu'on a esmeue de soy.*
Fama tua & officium nō sustinet, vt &c. Balbus Ciceroni. *Le bon bruit que tu has, & l'obligation par laquelle tu luy es tenu, ne permettent & ne peuuent endurer ne souffrir que tu t'armes contre celuy duquel tu as receu plaisir.*
Gradum sustinere. Ouid. *S'arrester.*
Vix sustineo grauitatem huius cæli. Cic. *A grand peine puis ie endurer la pesanteur & grosseur ou intemperance de l'air de ce lieu ou ie suis.*
Humeris sustinere Rempub. Cic.
Imperia alicuius sustinere. Cæs. *Endurer.*
Impetum hostium sustinere. Liu. *Soustenir & resister contre.*
Incursum alicuius sustinere. Ouid.
Iniuriam sustinere dicitur sementis, cui Perire opponitur. Columel. *Endurer, Durer contre le mauuais temps.*
Labentem fulsit & sustinuit. Cic.
Labores sustinere. Ouid.
Nihil est mali quod non sustineam. Cic.
Magnitudinem imperii sustinere. Cic.
Manum suā sustinere. Ouid. *Retenir sa main, & ne point frapper, Retenir son coup.*
Vix molem huius inuidiæ sustinebo. Cic.
Ille furoris multam sustinuerat, hic erroris. Cic.
Solus tantam multitudinem sustinere non possum. Cn. Magnus Domitio. *Ie ne scauroye seul resister a si grande multitude.* Munera sustinere. Cic.
Magnum munus de aliqua re sustinere. Cic.
Munus consulare sustinere. Cic. *Faire l'office de Consul.*
Negotia sustinere. Horat. *Estre chargé de beaucoup d'affaires & y fournir.*
Totum negotiū gubernare, & suis humeris sustinere. Cic.
Ciuitatis nomen sua authoritate sustinere. Cicero. *Entretenir, Maintenir.*
Nomen publicani sustinere. Cic. *Endurer & souffrir.*
Officium sustinere. Cic.
Onus magnum sustinere. Cicero. *Soustenir quelque grande charge.*
Partes salutis alicuius sustinere. Cic. *Y pouuoir fournir.*

Consulis partes sustineo. Tacit.
Personam magistri sustinere. Suet. *Tenir le train & maniere de faire d'un maistre, Faire le maistre, Se dire & porter maistre & regent.*
Pœnam subire ac sustinere. Cic.
Prælia sustinere. Cic. *Soustenir.* Pugnam sustinere. Liu.
Se sustinere à lapsu. Liu. *Se garder de cheoir en un lieu grillant.*
Sermones hominum sustinere. Cic. *Endurer le mauuais parler des gents.*
Seruitutem ferre & sustinere. Cic.
Simulatio fronte & vultu sustinetur. Cic. *Faulx semblant se cache aiseement soubz iceulx.*
Sumptum sustinere. Brutus Ciceroni. *Supporter, ou Porter & soustenir la despense.*
Suspicionem sustinere. Plaut. *Estre souspeconné, Estre chargé de quelque souspecon.*
Tela sustinere Liu. *Retenir & ne point darder.*
Vultum alicuius sustinere. Liu. *L'oser regarder au visage.*
¶ Fluuiatili pisce & herbis sustinebantur. Liu. *Estoyent soustenuz & sustentez.*
Sustento, sustentas, sustentâre, Frequentatiuum. Plaut. *Endurer & porter patiemment.*
Moles sustentata per multos annos. Lucret. *Soustenue.*
Aciem sustentare. Vide ACIES.
¶ Solus omnem familiam sustentat. Terentius. *Soustient & nourrit.*
Schola se sustentare. Sueton. *Se nourrir & entretenir du gaing qu'on fait a tenir escole.*
Alere & sustentare Cic.
Casus suos alienis opibus sustentare. Cic. *Pourueoir a ses necessitez par l'aide d'autruy.*
Domum & pacem sustentauit. Tacit.
Egestatem & luxuriam domestico latrocinio sustentare. Cicero.
Famem sustentare. Cæsar. *Remedier a la faim, & supporter.*
Sustentat spes inopiam. Cæs.
Laborem spe otii sustentare. Sallust. *Endurer.*
Hominum mentes cogitationésque spes sustentat. Cic.
Sustētare aliquem suis officiis. Cic. *Luy aider de touts les plaisirs qu'on peult.*
Parsimoniam alicuius suis sumptibus sustentare. Cic.
Non iuris scientia, sed eloquentia sustentari. Cic.
Subsidiis & liberalitate aliquorum sustentari. Cic.
Sustentare tenuitatem alicuius. Cicero. *Aider aucun en sa pouureté.*
Sustentare ac tueri valetudinem suam. Cic.
Valetudo sui corporis notitia & obseruatione sustentatur. Cicero.
Vitia alicuius sustentare. Sallust.
¶ Sustenta te mea Terentia vt potes. Cic. *Aide & entretien toy au moins mal que tu pourras.*
Me vix miseréque sustento. Cic.
Tua virtute sustentes te. Cic. *Aide toy, & prens coeur en pensant a ta vertu.*
Præclara conscientia sustentor. Cicero. *Ie me console & me tiens en estat par le tesmoignage de ma bonne conscience.*
Literis sustentor & recreor. Cic.
Consolatione sustentari. Cic.
¶ Sustentare aliquem. Cic. *Luy aider & fauoriser.*
Fide aliquos sustentare. Cic.
¶ Sustentare. Cic. *Differer & delayer.*
¶ Sustentare malum. Liu. *Endurer.*
Quum sustentare vix posses mœrorem tuum. Cic.
¶ Sustentâtum est, Impersonale. Cæsar. *On tient bon.*
Ægrè eo die sustentatum est. Cæs. *A grand peine resista l'on, ou peult on resister & soustenir.*
Sustentátio, Verbale. *Delayement, Dilation.*
Mora & sustentatio. Cic.
Sustollo, sustollis, sústuli, pen. corr. sublâtum, pe. prod. sustóllere. Virgil. *Leuer en hault, Soubleuer.*
Sustollere in equum. Cic. *Mettre a cheual, Monter ou Remonter un homme sur son cheual.*
Sustollere virginem. Plaut. *Rauir.*

Sustollens,Participium.Catul.

Sublâtus,penult.prod.Aliud participium.*Eslevé en hault.*

Sublatè,Aduerbium,Vnde Sublatè dicere:cui opponitur Attenuatè.Cic. *En hault style.*

Sublatè de se dicere. Cic. *Parler de soy orgueilleusement & haultainement.*

Sustuli, præteritum, Vide SVFFERO, SVSTOLLO, TOLLO.

Susum,pro Sursum apud antiquos.Cato.

Susurrus,susurri,m.g.Horat. *Bruit sourd,comme celuy des arbres & fueilles,ou d'une eau.*

Blandos audire susurros.Propert.

Humiles susurri.Pers. *Prieres a basse voix.*

Lenes susurri.Horat. Leuis susurrus.Virgil.

Occultus.Claud.

Tacito susurro vota concipere. Lucan. Id est,tacitis precibus. *Tout bas, A voix basse.*

Susurrum,neutro genere dixit Ouidius.

Susurro,susurras, susurrâre. Terent. *Faire un bruit bas & comme murmurer entre ses dents.*

Aure susurrare.Ouid. *S'accouster a l'oreille.*

Cum aliquo susurrare.Ouid. Fama susurrat.Ouid.

Susurrátio , Verbale. Cælius ad Ciceronem. *Tel murmurement, Susurration.*

Susurro, susurrônis,m.gen. *Qui en derriere mesdit d'aucun, Susurrateur.*

Sutela, sutélæ,pen.prod.Plaut. *Finesse mauuaise, Tromperie.*

Sutilis,Sutor,Sutura, Vide SVO, suis.

Suus,sua,suum,Pronomen reciprocũ, Vide SVI. *Sien,ou Son.*

-mihi Talentum argenti ipse adnumerat sua manu. Plaut. *De sa propre main.*

Suus cuique mos. Terent. *Chascun ha sa maniere de faire.*

Suis eum certis propriisque criminibus accusabo.Cic.

Suo sibi telo,pro Suo telo dixere veteres.Plaut.

Suo sibi hunc iugulo gladio.Terent.

¶ Suus,pro Eius.Cic.Lege collegii sui non tenebantur.

¶ Suus hæres. Cic. *Qui estoit le plus prochain soubz la puissance du trespassé lors qu'il est decedé.*

Expendere oportebit quid quisque habeat sui. Cic. *Ce que nature baille a un chascun , Ce que nature apporte a un chascun de nous.*

Egebit, qui suum prodegerit. Plaut. *Son bien, Son propre.*

Eiicere è ciuitate ciues suos.Cic.

Vti populo sanè suo.Cic.

Recuperare captiuos redditis suis.Cic.

De suo, Vide DE præpositionem.

Apponere de suo, Vide APPONO.

¶ Suus in disputando. Cic. *Semblable a soy, Ne se contrariant point.*

Erit semper in disputando suus.Cic.

Sua sponte. Cæsar. *De son bon gré, Sans contrainte, De son mouuement & propre motif.*

Vt sua vnius in his gratia esset. Liuius. *A fin que a luy seul on sceust gré.*

¶ Suapte culpa. Plautus. *Par leur propre faulte.*

Suopte ingenio. Liu. *De soymesme.*

Suopte ingenio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis,instructúmque,&c.Liu. *De son naturel.*

Suopte nutu.Cic. *De son propre penchement.*

Suusmet.Tacit. Pulsi cum sauciis integri suomet ipsi metu conflictabantur. *De leur mesme frayeur.*

Necesse est suomet ipsi more præcipites eant. Sallust.

S Y

Sycon,n.g.Latinè ficus dicitur.Martialis.

Sycómorus,penult.corr.fœm.gen.Dioscorides. Galenus. *Vn arbre moyen entre le figuier & meurier. Il se prend aussi pour une figue fole.*

Sycophanta,sycophantæ,masc.gen. Plaut. *Calomniateur, Faulx accusateur. C'est aussi un trompeur & deceueur.*

Pergraphicus sycophanta. Plaut.

Sycophántia,sycophántiæ,pen.corr.Plaut. *Faulse accusation, ou tromperie.*

Sycophantias struere.Plaut.

Sycophantor, sycophantâris, sycophantári. Plaut. *Faulsement accuser ou tromper.*

Sycophantisso,sycophantissas,sycophantissare,Idem.

Sycophãtiose, Aduerbium antiquum. Plautus. *Par tromperie, Trompeusement.*

Sydus, sýderis, pen.corr.n.g. Plin. *Vne constellation & assemblee d'estoilles ensemble en quelque signe. Il signifie aussi generalement toutes planetes & estoilles.*

Crinis timendi syderis.Lucan. *Vne comete.*

Regina syderum,Luna.Horat.

Abruptum sydus.Virgil.

Amicum.Horat. *Bening, Prospere.*

Clarum.Horat. Clemens.Claud.

Decretorium, Vide DECRETVM.

Feruidum.Horat. *Quand les iours caniculaires sont.*

Insana sydera Capræ.Horat. *Esmouuans grande tempeste.*

Lætabile sydus.Valer.Flac.

Lugubre refulsit sydus.Valer.Flac.

Niuosum sydus Pliadum.Stat.

Publica sydera.Ouid. *Communs a tous, Que chascun peult veoir.*

Sublime sydus.Seneca. *Le pol arctique.*

¶ Sydera pro Stellis.Cic.

Meatus syderum, Vide MEO.

¶ Alta sydera.Virgil.

Ardua.Stat.

Aurea. Virgil. *Qui sont de la couleur d'or.*

Cælestia. Lucan. Ignea.Stat.

Candida.Lucret. Lucida.Horat.

Conuexa.Virgil. Micantia.Catul.

Palantia.Lucret. *Errans par le ciel.*

Radiantia.Ouid.

Sparsa mundo sydera.Seneca.

Surgentia sydera. Virgil.

Vaga. Seneca.

Volantia. Virg. *Quand il semble qu'il tombe des estoilles, & qu'elles volent par l'air.*

¶ Adire vsque ad sydera.Virgil.

Non apparet sydus nocte atra.Horat.

Crinem ducunt volantia sydera.Virgil.

Clamor ferit sydera.Virgil.

Ferire sydera vertice.Horat. *Toucher de la teste aux estoilles.*

Ferre ad sydera nomẽ alicuius. Virgil. *Exalter iusques au ciel, Louer grandement.*

Pallent sydera turbata vicino die.Stat.

Polus dum sydera pascet.Virgil.

Scintillat coruscum sydus.Sillius.

Cadentia sydera suadent somnos.Virgil.

Tangere sydera vertice.Ouid.

Latitantia sydera tegunt nubes.Ouid.

Refixa cælo sydera transcurrunt.Virg. *Quand de nuict il semble qu'il tombe des estoilles, & qu'elles volent par l'air.*

Voluuntur sydera lapsu.Virgil.

Sydus,pro Sole & Luna.Plin.

Atque ita salutato sydere in syluas reuerti.Plin.

Torrentia agros sydera.Horat.

Clarior sydere.Horat. Pulchrior sydere.Horat.

Æthereum sydus.Ouid.

Masculum sydus,Sol Plin.

Fœmineum ac molle sydus,Luna.Plin.

¶ Sydera,pro Planetis.Plin.

Æmulum sydus, Vide AEMVLOR.

Salubre sydus Veneris.Lucan.

Hebes sydus Veneris. Lucanus. *N'ha point de force, A perdu sa vigueur.*

¶ Affixa mundo sydera, Vide AFFIGO.

Afflari sydere, Vide AFFLO.

Attributa sydera singulis nobis.Plin.

Dextro sydere editus.Stat. *Né soubz heureuse planete.*

Percuti sydere, Vide PERCVTIO.

¶ Gentis suæ sydus. Ouid. *Le plus excellent, & l'honneur de sa race.*

¶ Sydus, Morbi genus,Syderatio etiam dicitur. Martialis, Sydere percussa est subitò tibi Zoile lingua. *Tu as soubz*

dain perdu l'usage de la langue, Tu es demouré muet & paralytique de la langue.

Subito sydere fias mutus. Martial.

Sydéreus, Adiectiuum: vt Splendor sydereus. Virg. D'estoilles.

Æstus sydereus. Ouid. Chaleur du soleil.

Arx syderea. Ouid. Le ciel.

Canis sydereus. Ouid.

Cælum sydereum. Ouid. Garni d'estoilles, Estoilé.

Ignes syderei. Ouid. Les estoilles.

Lux syderea. Ouid. Polus sydereus. Valer. Flac.

Vultus syderei. Stat. Visages celestes ou diuins, beaulx par excellence.

¶ Sydereus colossus. Martial. Hault a merueilles.

¶ Sydereus. Virgil. Resplendissant.

Artus syderei. Stat. D'une deesse.

Aues sydereæ Iunonis. Claud. Paons qui semblent auoir des estoilles a leur queue.

Syderâlis, & hoc syderâle, pen. prod. Plin. Appartenant a ceste constellation.

Scientia syderalis. Plin.

Sýderor, pen. corr. syderâris, syderâri. Plin. Estre niellé & gasté du temps, ou frappé d'un mauuais vent, ou de gresle, ou de fouldre.

Syderâtus, penult. prod. Participium. Plin. Qui s'en va tout desinant, ou tout mourant. B.

Syderátio, syderatiônis, f. g. Plin. Gastement du temps, Quand par trop grande chaleur de temps les entes & tenues arbres ou vignes meurent de seicheresse, ou sont frappees de gresle.

¶ Syderatio, Morbi genus. Corruption totale d'aucun membre, ou de tout le corps, comme quand l'homme tombe en paralisie, ou apoplexie, & ne se peult aider de ses membres. Les bonnes vieilles dient qu'on a esté frappé d'un mauuais vent, Desinement.

Syllaba, sýllabæ, pen. corr. Une syllabe.

Claræ syllabæ. Quintil.

Cadunt verba in syllabas, Vide CADO.

Leguleius, auceps syllabarum. Cic.

Coeuntes inter se syllabæ. Quintil.

Peccare in syllaba. Cic.

Clausulam longa terminare syllaba. Cic.

Syllabâtim, pen. prod. Aduerbium. Cic. Par les syllabes, Syllabe a syllabe. Dicere syllabatim. Cic.

Syllogismus, syllogismi, masc. gen. Ratiocinatiuum vel collectiuum vertit Quintilianus.

Sylua, Generale nomen est. Une forest.

Brachia syluarum. Stat. Branches d'arbres.

Comæ syluarum. Stat. Fueilles, ou Branches fueillues.

Filia syluæ, pinus. Horat.

Gloria syluarum, pinus. Stat.

¶ Agrestis sylua. Ouid.

Alta. Ouid. Barbarica, Vide BARBARUS.

Antiqua. Virgil.

Ardua. Ouid. Cædua, Vide CAEDO.

Arens. Virgil. Comata. Catul.

Arundinea. Virgil. Densissima. Virgil.

Fœlices syluæ. Virgil. Fertiles.

Formidolosis syluis latent feræ. Horat.

Fragosæ syluæ. Ouid.

Frequens trabibus sylua. Ouid.

Frondiferæ syluæ. Lucret.

Humum tonsam verrit raro pectine. Ouid *Il laboure la terre auec un rasteau ou une herse, Il rateille ou herse la terre.*
Lanæ tonsæ. Horat.
Myrti tonsæ. Quintil. Nouales tonsæ. Virgil.
Oliua tonsa. Virgil.
Valles tonsæ. Virgil *Ou il n'y a nuls arbres.*
¶ Tonsæ. Virgil. *Rames, ou Auirons.*
Suspensis siluerunt æquora tonsis. Stat.
Tonsor, tonsôris, pen. prod. masc. gen. Varro. *Barbier, Tondeur.*

Ad tonsorem ire. Plaut.
Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit Cic.
Inæqualis tonsor. Horat. *Barbier qui ne rond point egualement, qui laisse de la barbe par ci par la, ou qui ne rongne point les cheueulx de pareille longueur, ains les laisse berlongs & bertandez.*
Dare operam tonsori, Vide IN O.
Tonsórius, Adiectiuum: vt Tonsorius culter. Cic. *Rasoir.*
Tonsûra, tonsúræ, pen. prod. Columel. *La tonsure, Le faict de tondre, La tonsture, Tondoison.*
Tonsura lanæ. Varro.
Tonsura, in vitibus quoque & arboribus. Plin.
Tonstrix, tonstricis, pen. prod. fœm. gen. Plaut. *Barbiere, Tonderesse.*
Tonstricula, tonstriculæ, pen. corr. Diminutiuum. Cic.
Tónsilis, & hoc tónsile, pen. corr. Plin. *Qui est tondu & rongné comme les cheueulx.*
Tonsile buxetum. Martial.
Tonsilis facilitas. Plin. Tonsilis in opere topiario. Plin.
Tonsilla, tonsillæ. Fest. *Vn pieu agu par le bout, ayant la poincte ferree, qu'on fiche au bord de la riuiere pour attacher la nauire.*
¶ Tonsillæ. Plin. Cic. *Glandes qui sont communement es emonctoires du corps.* Ruellius dicit in equis esse inflammationes circum fauces, quæ glandulæ vulgò nominantur, vlceroso abscessu. *La gourme.*
Tonstrina, tonstrinæ, pen. prod. Terent. Plin. *L'ouuroit ou boutique d'un barbier.*
Tonitru, Vide TONO.
Tono, tonas, tonáui, tonâtum, & aliquando tónui, tónitum, pen. corr. tonâre. Plin. *Tonner.*
Si tonuerit. Cic. *S'il tonne.*
Tonat Deus. Cic. Tonat cælum. Plin.
Cælum tonat omne fragore. Virgil.
Ruinis horrificis tonat Ætna. Virgilius. *Fait merueilleux bruit comme s'il tonnoit.* Tonuêre feris clamoribus astra. Sil.
Mare tonuit ex alto. Seneca.
Tympana tenta tonant palmis. Lucret.
Spiritus ore tonat. Propert.
Tonare murmure ac verberibus. Martial.
Ore tonare. Virgil.
Verba tonare insano foro. Propert.
Tonare laudes alicuius. Plin. *Louer grandement.*
Tonans, tonantis. Ouid. *Dieu.*
Magni tecta tonantis. Ouid. *Le ciel.*
Tónitrus, huius tónitrus, penult. corr. m. g. vel hoc Tónitru, indeclinabile, in singulari: in plurali, tonitrua. Ouid. Iuuenal. *Le tonnerre.*
Tonitrua iactúsque fulminum. Cic.
Coorta tempestas cum magno fragore, tonitribúsque. Liu.
Coruscum tonitru. Virgil.
Ingens tonitru. Ouid. Agere tonitrus. Stat.
Raucum tonitru. Stat. Vastum tonitru. Valer. Flac.
Cælum crebo tonitru. Virgil.
Sonoro tonitru cuncta concutiens. Claud.
Concussa tonitru tremunt omnia. Lucret.
Cælum tonitru contremit. Cic.
Mouere tonitrus. Ouid.
Humanas motura tonitrua mentes. Ouidius.
Tonitru quatiuntur cærula cæli. Lucret.
Terrificique ruunt tonitrus. Valer. Flac.
Vaga tonitrua latè strepuere. Sil.
Ardua terrarum tremiscunt tonitru. Virgil.
¶ Armorum tonitru concussa est Daunia tellus. Sil.
Tonitruum, tonitrui, Idem. Plin.
Rauca tonitrua. Claud.
Tonsilla, Tonsor, Tonstrix, Tonsus, Vide TONDEO.
Tonus, toni, masc. gen. *Son, Ton, Accent.*
Topazius, topázii, f. g. Plin. *Vne pierre precieuse, vne topasse.*
A topazio in aurum declinat, Vide DECLINO.
Tophus, tophi, m. g. Plin. *Vne sorte de pierre qu'on appelle Tuf, ou Tufeau.* Antra laqueata tophis & pumice. Ouid.
Leuibus tophis structa atria. Ouid.
Scaber tophus. Virgil. Sordidos. Stat.
Tóphinus, pen. corr. Adiectiuum. Sueton. *Qui est de tuf.*
Topháceus, Adiectiuum, Idem: vt Terra tophacea. Plin.
Topiarium, topiárii. Cic. *Ouurage de verdure qu'on voit parmi les iardins de plaisance en forme de bestes, ou autre, Vignettement.*
Tópium, tópii. Idem. Vitruuius.
Topiárius, topiárii, m. g. Plin. *Iardinier qui fait tels ouurages, Qui scait vignetter & historier de verdure.*
Topiaria, topiáriæ. Cic. *Mestier de besongner de verdure.*
Topiariam facere. Cic. *Faire mestier de vignetter & historier ou besongner de verdure.*
Topos, Græcè, Latinè dicitur locus.
Tópicus, pen. corr. Adiectiuum, Localis.
Tópice, tópices, pen. corr. fœ. gen. Ars ipsa inueniendorum argumentorum. Cic.
Topográphia, topográphiæ, Locorum descriptio Latinè dicitur. Cic.
Toral, huius torâlis, penult. prod. & Torálium, torálii. Horatius. *Lodier.*
Torcular, penult. prod. torculâris, pen. prod. neut. gen. & aliquando Torculâre. torculâris. Plin. Colum. *Vn pressoir.*
Torculárium, torculárii, Idem. Cato.
Torculárius, Adiectiuum: vt Torcularia vasa. Cato. *Seruans au pressoir.* Torcularia cella. Colum.
Torcularius, Substantiuum. Columel. *Vn pressoireur.*
Tórculum, tórculi, pen. corr. Idem quod Torcûlar. Plin.
Prius quàm vinacea torculis exprimantur. Columel.
Tórculus, pen. corr. Adiectiuum: vt Torculus funis. Cato. *Duquel on se sert au pressoir.* Torcula vasa. Varro.
Tordile, tordilis, Plinio: vel Tortile, Ruellio: & Tordilion, Plinio. *La semence de l'herbe appelee Seselu.*
Toreuma, toreúmatis, neut. gen. & Toreúmatum, toreúmati, penult. corr. Cic. *Chose taillee en bosse & enleuee de quelque matiere que ce soit.*
Toreútice, toreútices, pen. corr. fœm. g. Plin. *L'art de grauer & faire choses enleuees.*
Tormentum, tormenti. Cic. *Geine, Torture.*
Carnificum tormenta. Cic.
Acerrimum tormentum. Cic.
Lene tormentum. Horat.
¶ Accipere aliquem necatum in tormentis. Cic.
Vi tormentorum adductus. Cic.
Aliquem cogi tormentis quippiam confiteri. Cic.
Ferre tormenta. Quintil.
Iniungere sibi tormentum. Plin. Iunior.
Perferre vim tormentorum. Cic.
Esse in tormentis, Vide IN præpositionem.
¶ Tormentum narium. Plin. *Torment.*
Cæcæ suspicionis tormentum. Cecinna Ciceroni.
Iracundiæ tormentum. Cic.
¶ Tormentum. Cæsar. Cic. *Tout instrument de guerre pour iecter loing pierres, boulets, & semblables.*
Missilia tormenta. Plin.
Murali tormento concita saxa. Virgil.
Rotare tormenta. Stat.
Tormina, tórminum. pen. cor. neut. gen. plur. num. Cels. *Dysenterie, Vn flux de ventre auec sang, que les Italiens appellent Caquesangue, Trenchees.*
Cholerica tormina, Vide CHOLERA.
Affici torminibus, Vide AFFICIO.
Præbere se forticulum in torminibus. Cic.
Torminôsus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. *Subiect a telle maladie.*
Torminâlis, & hoc torminâle, pen. prod. vt Torminale sorbum. Plin. *Qui engendre telle maladie.*
Tornatilis, Torno, tornas, Vide TORNVS.
Tornus, torni, m. g. Plin. *Vn tour, ou tournoir.*
Calices ex terebintho solitus facere torno. Plin.
Torno rasile buxum. Virgil.
Facilis tornus. Virgil. *Agile & legier, & qui faconne bien delicatement la besongne.*
Angusto torno versus includere. Propert. *Faire & composer vers degsaquez & de petit style.*
Torno, tornas, tornâre. Plin. *Faire & accoustrer ou polir quelque*

chose au tournoir, Tourner, Faire ou faconner au tour.

Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius. Cic.

Versus malè tornati. Horat. *Mal labourez & poliz, Mal faicts.*

¶ Tornare. *Tourner & virer, Pirouetter.* Plinius, Turbines ita librati perpenderunt, vt puero circumagente tornarentur.

Tornatilis, & hoc tornátile, penult. corr. *Qui est faict au tour, ou tournoir.*

Torosus, Vide TORVS.

Torpeo, torpes, tórpui, torpêre. Cic. *Auoir les membres gourds & endormiz, Estre engourdi, Ne se pouoir bouger.*

Totus torpeo. Plaut.

Animo & corpore torpet. Horatius. *Il demeure tout picqué de grand esbahissement qu'il ha.*

Torpere metu. Liu. *Estre estonné de craincte & de frayeur.*

Veterno graui torpere. Virgil. *Estre paresseux & faineant.*

Cessatione torpere. Cic. *Estre oyseux.*

Acies luminum torpet. Seneca.

Consilia torpent & frigent. Liu.

Genæ torpuerant dolore. Ouid. *Ie sentoye tant de douleur, que mes yeulx ne pouoyent plourer ne larmoyer.*

Lingua torpuerat retenta metu. Ouid. *Ma langue ne pouoit parler, Elle estoit comme immobile & insensible.*

Pectora torpuerant longa mora. Ouid.

Vires torpent. Virgil.

Vox & spiritus torpet. Liuius. *Quand on est si estonné, qu'on ne scait que dire.*

Torpens, Participium. Cic.

Ignauia torpens. Stat. *Faitarde paresse, ou Paresseuse faitardise.*

Amnis torpens. Stat. *Qui ne coule point, Croupant.*

Hyems frigore torpens. Claud.

Lacus torpentes. Stat. *Qui coulent lentement.*

Membra torpentia. Sil. *Engourdiz de froid.*

Torpesco, torpescis, torpéscere. Sallust. *Deuenir gourd & endormi, ou abesti.*

Ingenium incultu atque socordia torpescit. Sallust. *S'appesantir, S'aneantir, S'abestir.*

Torpescunt margaritæ. Plin. *Se iaulnissent, & perdent leur eau & viuacité.*

Membra torpescunt gelu. Seneca.

Torpor, torpôris, masc. ge. Cic. *Endormisson & estonnement de membres, Engourdissement.*

Frigidus torpor. Lucan.

Iners torpor. Stat.

Graui torpore deuictum premit mors. Seneca.

Membra nouus soluit formidine torpor. Virgil.

Vehemens torpor. Cels.

Tórpidus, pen. corr. Adiectiuum: vt Torpidus somno. Liu. *Qui est tout engourdi de sommeil.*

Quod malum quum stupore ac miraculo torpidos defixisset, &c. Liu. *Les eust rendu tant esbahiz & estonnez, qu'ils demeurerent tout piquez & au bout de leurs sens.*

Torpêdo, penult. prod. torpédinis, fœm. gene. Idem quod Torpor. Sallust.

¶ Torpedo, fœm. item gen. Plin. *Vne sorte de poisson qu'on appelle Vne torpille.*

Callida torpedo. Claudian.

Dira. Claudian.

Ferox. Claudian.

Mollis. Claud.

Torquatus, Vide TORQVES.

Torqueo, torques, torsi, torsum & tortum, torquêre. Plin. *Tordre & plier, ou Tortuer, Tourner, Gaucher.*

Cornus & taxi torquentur in arcus. Virgil.

Acies oculorum torquere. Virgil.

Aquas torsit remis. Ouid. *Il a nauigué contre eau.*

Aurem torquere ab obscœnis sermonibus. Horat. *Destourner son oreille de, &c. Tourner arriere.*

Capillos torquere ferro. Ouidius. *Greziller & frizer ou testonner les cheueulx auec un ferrement chauld, Tortiller, Cresper, Recroquiller.*

Ceruices, oculósque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Cic. *Tournent.*

Collum torquere. Liu. *Tordre.*

Comam igne torquere. Ouid. *Faire ses cheueulx cresper auec un fer chauld.*

Fusos torquere dicuntur mulieres. Plin. *Tourner le fuseau, Filer.*

Amentatas hastas torquere. Cic. *Darder.*

Iter torquere. Stat. *Se destourner hors du chemin, Se tourner a costé.*

Lumina flammantia torquens anguis. Virgil. *Tournant les yeulx ca & la.*

Oculum torquere. Cic. *Regarder de trauers.*

Oculos ad mœnia torsit. Virgil. *Tourna.*

Orbes squamosos torquet volubilibus nexibus serpens. Ouid. *Il sentortille en rondeaux.*

In orbem torquere. Cic. *Plier en rond.*

Os torquere. Cic. *Tordre la bouche.*

Proras ad littora torquent. Virgil. *Ils tournent, &c.*

Nautæ adnixi torquent spumas. Virgil.

Stamina torquere pollice. Ouid. *Filer.*

Terra quum circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat. Cic.

Vestigia torsit ad sonitum vocis. Virgil. *Il retourna quand il ouit le bruit.*

¶ Torquere ius, per translationem. Cic. *Corrompre & tirer ailleurs que la raison ne veult, Violer.*

Versare suam naturam, & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Cic.

¶ Torquere telum. Virgil. *Darder, Iecter.*

Fulmina torquere. Virgil.

Iaculum torquere lacerto. Ouid. *Darder.*

Tela manu torsit. Ouid.

Tela torquentur lacertis. Lucan.

¶ Cælum & terras qui numine torquet. Virgil. *Qui gouuerne, &c.*

¶ Atlas axem humero torquet. Virgil. *Soustient le ciel.*

¶ Torquere. Plin. iunior. *Donner la torture a aucun, Le tormenter, Geiner.*

Qui in dolore est, torquetur. Cic. *Est tormenté.*

Eculeo torqueri. Cic.

Torqueri dies & noctes. Cic. *Estre tormenté iour & nuict.*

Amore torquere aliquem. Ouid.

Doloribus animi torqueri. Cic.

Expectatione torqueri. Cic.

Inuidia vel amore torqueri. Horat.

Tuæ libidines te torquent. Cic.

Memoria malorum torqueri. Cic.

Mero torquere aliquem. Horat. *L'enyurer pour luy tirer les vers du nez, & luy faire confesser verité, ou congnoistre son naturel.*

Metu torqueri. Ouid.

Acriter nos tuæ supplicationes torserũt. Cælius Ciceroni.

Timor torquet impendentis doloris. Cic.

¶ Torquétque sonantia saxa. Virgil. *Tire.*

Torquere in diuersas partes. Plin.

Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. Cic.

Tortus, Participiũ: vt Vino tortus & ira. Horat. *Geiné de vin & de courroux, Contrainct par vin & par ire de dire tout ce qu'on scait.*

Verberibus tortus. Cic. *Tormenté de coups.*

Expectatione tortus. Quintil.

¶ Anfractus torti. Claud. *Tortuz.*

Anguis tortus. Ouid.

Baculus tortus. Ouid. *Tortu, Gauché.*

Capillus tortus. Ouid. *Cheueulx cresper, ou frizez & recroquillez auec le fer chauld.*

Comæ tortæ. Martial. *Cresper.*

Conditiones tortæ. Plaut.

Corona torta. Propert.

Crines torti in nodum. Martial. *Tors, Tortillez.*

Facies torta. Ouid. *Tournee de l'autre costé, Destournee.*

Funes torti. Virgil.

Linum tortum. Ouid. *Vne chorde.*

Radix torta. Ouid. *Torse, Tortue.*

Serpentes torti. Catull. *Entortillez, ou Tortuz, ou Tortuez.*

Stamina torta. Tibull.

Supercilia torta. Plaut. *Qui vont de trauers.*

Verber tortum. Virgil.

Vertigo torta. Propert. *Tournement d'eau en rond, Eau tournoyãte.*

Tortus, huius tortus. Cic. *Tortuosité, Flexuosité, Recroquillement.*

Serpens longos dat corpore tortus. Virgil.

Tortè, Aduerbium. Lucret. *Tortueusement, Obliquement, De trauers.*

Tortuôsus, penul. prod. Adiectiuum: vt Tortuosus amnis. Liu. *Tortu, Tortueux.*

Aluus multiplex & tortuosa. Cic.
Soni ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. Cicero.
Ingenium multiplex & tortuosum. Cic.
Serrula tortuosa. Cic.
Tortuosum visum & obscurum. Cic. *Enueloppé & entrelacé ou entremeslé & entouillé.*
Tortuosum disputandi genus. Cic.
Tortuosa vrina. Plin. *Quand en pissant elle est ainsi tortue comme celle d'un porceau quand il pisse.*
Tórsio, torsiónis, Verbale fœmininum. Plin. *Torsement.*
Torsiones stomachi. Plin. *Trenchees, Torsions.*
Tórtilis, & hoc tórtile, pen. corr. Plin. *Tortu, Tors, Entortillé, Recroquillé.* Ansa tortilis. Ouid.
Buccina tortilis in latum. Ouid.
Neruі tortiles. Luca. *Chordes de nerfs tressez & chordez ensemble.*
Piscis tortilis. Ouid *Qui se recroquille la queue.*
Tortor, tortóris, penul. prod. masc. gen. Cic. *Qui donne la gesne & torture, Bourreau.*
Barbarus tortor. Horat. Carnifex & tortor. Cic.
Animus tortor quatit occultum flagellum. Iuuenal. *Le remords de conscience punit & tormente secretemét & interieurement l'homme qui se sent coulpable d'auoir commis quelque meschanceté, La conscience faisant office de bourreau, &c.*
Si sapiens ad tortoris equuleum ire cogatur. Cic.
Tortíuus, pen. prod. Adiectiuum: vt Vinum tortiuum. Columel. *Vin de pressoirage.* Tortiuum mustum. Colum.
Torques, & Torquis, tam masculini quàm fœminini generis secundum Probum. Propert. Plin. *Collier, Quarquan, Chaine d'or qu'on met au col.*
Ademptus torquis. Ouid. Decorus. Stat.
Miniatus torquis. Plin. *Le quarquan de plumes rouges qu'un papegau ha autour du col.*
Nexis torquibus ornatæ aræ. Virgilius. *De couronnes & chapeaulx de fleurs & uerdure.*
Torquâtus, penul. prod. Adiectiuum. Cic. *Qui ha un collier ou quarquan au col.*
Torquati equites. Bud. *Cheualiers de l'ordre.*
Torquatus palumbus. Martialis. *Qui ha autour du col comme un collier d'autre couleur que le reste des plumes.*
Columba torquata. Propert. *Qui ha autour du col comme un collier de couleur changeant.*
Torrens, torrentis, m. g. Virgil. *Torrent, Une abondance & rauine d'eau, qui par grand roideur chet des montaignes es uallees.*
Rapax torrens. Seneca. Rapidus. Virgil.
Subitus. Stat. Tumidus torrens. Ouid.
Agi ritu torrentis. Ouid.
Oratio velut torrens. Cic. *Violente & uehemente, Impetueuse.*
Torrens verborum. Quintil. *Grande abondance de parolles.*
¶ Torrens, torréntior, torrentissimus. Plinius. *Vehement & impetueux.*
Campi torrentes sanguine. Stat. *Par lesquels le sang des morts coule comme un torrent.*
Fatum torrens. Lucan. *Mort precipitee.*
Flumina torrentia. Virgil. *Coulants impetueusement comme un torrent, Qui coulent par grande impetuosité comme un torrent.*
Flumine torrenti mersus. Ouid.
Oratio torrens. Quintil.
Sermo promptus, & Isæo torrentior. Iuuenal.
Vndam torrentem innatat alnus. Virgil.
Torris, huius torris, m. g. Ouid. *Vn tison allumé.*
Ambustus torris. Virgil.
Tórreo, torres, tórrui, tostum, torrêre. Plin. *Seicher.*
Sitis torret ora. Propert.
Artus torrentur febribus. Ouid.
Viscera torrentur cæcis ignibus. Ouid. *Bruslent, Ardent.*
¶ Torrere. Virgil. *Brusler.* Solis ardore torreri. Cic.
Succensis ignibus torreri. Cic.
Face mutua torrere aliquem. Horat. *Le brusler de son amour.*
¶ Torrere. Plin. *Rostir ou cuire en la braise, ou en la broche, ou sur le gril.* Fruges torrere igni. Virgil.
Torrens, Participium, siue Nomen ex participio. Virgil. *Ardent, Bruslant.*
Sydera torrentia agros. Horat.
Axis torrentissimus cæli. Stat. *Quand il fait la plus grãde chaleur de l'annee, comme en Aoust es iours caniculaires.*
Tostus, Aliud participium. Cic. *Bruslé, Rosti.*
Caro tosta. Ouid. *Rostie, Du rost.*
Crines tosti. Ouid. Hordeum tostum. Colum. *Rosti.*
Fruges tostæ. Virgil. Semina tosta. Ouid.
Liba tosta. Ouid. Maturitas tosta. Plin.
Torridus, pen. cor. Adiectiuum. Plin. *Ars, Qui a perdu son humeur naturel, Sec.*
Torridus macie. Cic.
Torrida frigore pecora. Liu. *Haniz de froid.*
Torrida gelu membra. Liu.
Aer torridus æstuat. Propert. Æstas torrida. Virgil.
Fontes torridi. Liu. *Fontaines seiches & taries.*
Tellus torrida. Lucret.
Torresco, torrescis, torréscere. Lucret. *Brusler, Ardre.*
Torrefácio, torréfacis, pen. corr. torrefeci, pen. prod. torrefactum, torrefácere. Colum. *Seicher, Rostir.*
Vasa clibano vel fumo torrefaciunt. Columel.
Vinaceorũ duas libras torrefaciũt, & ita conterũt. Colum.
Torsio. Tortilis, Tortiuus, Tortor, Tortum, Tortuosus. Tortus, Vide TORQVEO.
Torue, Vide TORVVS.
Torus, tori, m. g. Plin. *Vn lict, Vn lict d'herbes, Vne iouchee.*
Pellex tori regii. Seneca. Socia tori. Ouid. *La femme.*
Consors tori. Ouid.
¶ Altus torus. Virgil.
Asper torus signis eburnis. Stat. *Lict d'iuoire engraué & taillé d'images.*
Cælebs torus. Seneca. *Auquel celuy ou celle qui couche n'est point mariee.*
Festus torus. Stat. *Lict paré pour la feste.*
Geniales tori. Virgil. *Licts seruans a s'asseoir a table pour boire & manger, a la mode ancienne, sur lesquels on faisoit grande chere.*
Illiciti tori. Lucan. *Couchement illicite auec une femme.*
Mollis torus. Ouid.
Obscœnus. Ouid. *Impudique, Auquel on commet paillardise.*
Plumeus. Ouid. Pudici tori. Seneca.
Purpureus torus. Ouid. *Orné de couuerture de pourpre.*
Quietus. Valer. Flac. *Ou lon se repose en dormant.*
Socialis. Ouidius. *Le lict matrimonial.* Et per metonymiam, *Ma femme.*
Tyrius. Catull *Couuert de pourpre.*
Viduus. Ouid. *Auquel couche l'homme ueuf, ou la femme ueufue.*
¶ Conciliare iugales toros. Stat. *Faire mariages.*
Conductus torus. Ouid. *Quand une femme prend dons & argent pour permettre qu'on couche auec elle.*
Viridante toro consederat herbæ. Virgil. *Sur un siege de terre herbue, ou d'herbe uerde.*
Contemerare torum alicuius. Ouid.
Pictis toris discumbere. Virgil.
Extruere toros. Virgil. *Dresser un siege ou lict a la mode ancienne pour prendre son repas.*
Legitimi tori fallere iura. Ouid. *Rompre son mariage.*
Fouere torum. Ouid. *Estre couché en son lict bien chauldement.*
Iacére in toro Ouid.
Incumbere toro Virgil. *S'appuyer sur, &c.*
Insidere toro. Ouid. *Estre assis sur le lict.*
Ponere se toro. Ouid. *Se coucher dedens le lict.*
Premere torum. Ouid.
Promissus mihi torus. Ouid. *Lict de mariage promis.*
Illicitos toros & stupra quærere. Seneca.
Seruans torũ casta fide. Seneca. *Qui garde loyaulté de mariage.*
Sternere torum. Ouid. Vestiti tori gramine. Ouid.
Violare toros alicuius. Seneca.
¶ Tori. Virgil. *Les gros moignons de chair & de muscles, La grosse charnure, Poulpe.*
Lacertorum tori. Cic.
Arduos toros tollit taurus. Sene. *Il leue son col gros & charnu.*
Ieo comantes
Excutiens ceruice toros. Virg. *Secouant son col gros & houssu de iubes & long poil.*

Tori venarum. Cels. *Les gros replis & engrossissements des veines.*
Tori in vitibus. Colum. Riparum tori. Virgil.
Torôsus, pen. prod. Adiectiuum. Colum. *Fort charnu & musculeux, Qui ha gros moignons de chair, Poulpeux.*
Ceruix torosa. Catull.
Colla torosa boum. Ouid.
Torosæ herbæ. Plin. *Toutes herbes qui ont comme grosses & enlevees charnures en leurs racines, ou autrement, Poueleus.*
Vitis torosa. Columel. *Qui ha grosses & enlevees parties, & comme charnures & muscles ou trumeaux.*
Tórulus, pen. cor. Diminutiuum. Plaut.
Toruus, Adiectiuum. Virgil. *Affreux & espouantable a regarder, Ayant le regard felon, Fier & hideux.*
Toruus visu. Stat. Toruus draco. Cic.
Apri torui. Ouid. Facies torua. Colum.
Forma torua. Ouid. *Face cruelle & d'homme courroucé regardant par grand maltalent.*
Frons torua. Virgil. *Terrible.* Iuuenci torui. Ouid.
Lumen toruum. Virgil. *Oeil ou regard affreux & cruel.*
Oculi torui. Plin.
Oculis toruis tuens. Ouid.
Prælia torua. Catull. *Cruels.*
Responsa torua. Stl. *Dur & aspre ou fiere response.*
Taurus toruus. Ouid. Vada torua. Seneca.
Vina torua. Plin. *Fort rudes & aspres.*
Vultus toruus. Quintil.
Intueri toruo vultu. Quintil. *Regarder aucun affreusement & de travers.*
Tóruitas, pen. corr. toruitâtis. Plin. *Affreuseté.*
Toruè, Aduerbium. Plaut. *Affreusement.*
Toruùm, Aliud aduerbium, pro Toruè. Virgil.
Torua, Similiter aduerbium idem significans. Virgil.
Tot, Nomen numerale indeclinabile. Plin. *Autant.*
Quot homines, tot causæ. Cicero. *Autant d'hommes, autant de causes.* Tot viri ac tales. Cic.
Tot & tantæ & tam graues ciuitates. Cic.
Tot & tantas res, &c. quot & quantas, &c. Cic.
Tótidem, pen. corr. Indeclinabile. Cic. *Tout autant.*
Bis totidem. Plaut. *Deux fois autant.*
Totidem verbis quot Stoici. Cic. *Tout autant, Ne plus ne moins.*
Toties, Aduerbium. Cic. *Autant de fois.*
Quos ego iam toties sum dedignata maritos. Virgil. *Tant de fois.*
Toties quoties perscribitur. Cic *Tout autant de fois.*
Quoties ibis, toties magis placebit. Cato.
Quotiescunque dico, toties mihi videor in iudicium venire. Cic.
Totus, tota, totum. *Tout.*
Totum & Partes, contraria. Cic.
Totum & vniuersum. Cic.
Leue enim est totum hoc, risum mouere. Cic.
Hoc totum quicquid est, siue artificium, siue, &c. Cic.
Totus gaudeo. Plaut.
Ossa atque pellis totus est. Plaut. *Il n'ha que la peau & les os.*
Totus displiceo mihi. Terent. *Ie me desplais totalement.*
Totus perii. Plaut.
Ctesipho autem in amore est totus. Terent.
Totum se ad inuestigationem naturæ cótulit. Cic. *Du tout.*
Totum ei me tradidi. Cic. *Totalement.*
Totus est alienus à physicis. Cicero. *Tout entierement, Du tout en tout.*
Totus est noster. Cic. *Il est tout nostre.*
¶ Totæ ædes. Plaut. *Toute la maison entierement.*
Totis ædibus tenebræ. Plaut. *Par toute la maison.*
Clamor fit tota domo inter seruos. Cic.
Quo in studio hominum totas ætates videmus esse contritas. Cic.
Domi sedet totos dies. Plaut.
Hodie toto non vidi die. Terent. *Au iourd'huy tout le iour.*
Sex ego te totos hos menses quietum reddam. Terent.
Vt vobis triennii totius veniat in mentem. Cic.
Toto corpore, atque omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt. Cic. *De toute leur force & puissance.*

Cogitare totos dies & noctes de aliquo. Cic.
Ne lacus totus effluat. Plin. iun.
Tota erras via. Terent. *Totalement.*
Tota mente incumbere in curam aliquam. Cic. *De tout son esprit & entendement.*
Habes tota quod mente petisti. Virgil.
Tota mole corporis, totóque pondere nituntur. Colum.
Vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolueret. Cic.
Toto diuisos orbe Britannos. Virgil.
Toto pectore amare vel cogitare. Cic.
Totam terram mente complecti. Cic.
Totis viribus. Liu. *De toute sa force.*
Totáliter, pen. cor. Aduerb. Lactant. *Totalement, Du tout en tout.*
Toxicum, tóxici, pen. corr. Plin. *Poison.*
Sæuum toxicum. Martial.
Bibere toxica. Propert.
Miscere toxica. Ouid.

T R

Trabalis, Vide TRABS.
Trabea, trábeæ. Virgilius. *Vne sorte d'habillement ancien dequoy vsoyent les roys & augures.*
Decorus trabea Romulus. Ouid.
Graues auro trabeæ. Claudian.
Trabeâtus, pen. prod. Adiectiuum. Ouid. *Vestu d'un tel habit.*
Consul trabeatus. Liu. Agmina trabeata. Stat.
Trabs, trabis, vel Trabes, trabis, fœm. gen. Cic. *Vne piece de bois en edifice qu'on dit proprement un tref, ou poultre. Il signifie aussi toute grosse piece de bois, soit d'un pied ou d'un pied & demi de quarré.*
Abiegna trabes. Cic.
Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus. Cæsar.
Sylua frequens trabibus. Ouid. *Espesse de grands arbres.*
Acernis trabibus contextus equus. Virgil.
Ahenæ trabes. Claud. *Poultres d'arain ou de cuyure.*
Annosæ trabes. Stat. *Arbres fort vieuls.*
Compactiles trabes. Vitru. *Poultres de pieces assemblees.*
Densis trabibus vmbrosa templa. Ouid.
Excisa trabs. Virgil.
Fractæ trabes. Iuuenal. Fraxineæ. Virgil.
Nexæ trabes ære. Virgil.
Perpetua trabes, Vide PERPETVVS.
Plana trabs. Cato. *Piece de bois applanie & rabotee.*
Quadrifida. Valer. Flac.
Saucia securi trabs. Ouid. *Arbre frappé d'une coignee pour l'abatre.* Solidæ trabes. Ouid.
Sublimi à trabe pendêre. Ouid.
¶ Trabs, pro naui. Horat.
Natantis trabis impetus. Catull.
Turbatur mare trabibus. Virgil.
Vasta trabs. Persius. *Grande nauire.*
Vastúmque caua trabe currimus æquor. Virgil.
Trabicus, pen. cor. Adiectiuum: vt Nauis trabica. Fest. *Faicte de telle grosse piece de bois.*
Trabâlis, & hoc trabâle, pen. prod. vt Trabalis clauus. Cic. *De quoy on attache telles grosses pieces de bois.*
Claui trabales. Horat. *Vne espece d'instrument a gehiner & donner la torture.*
Hasta trabalis. Stat. *Grande & grosse comme une poultre.*
Telum trabale. Virgil.
Trachea, pen. prod. siue Trachia. Gell. *L'artere du poulmon, Le sifflet.*
Tractatus, Tractim, Tracto, tractas, Tractus, Vide TRAHO.
Trado, tradis, trádidi, tráditum, trádere, pen. corr. Plautus. *Bailler.*
Tradas in manum. Plaut. *Baille, ou Liure en la main.*
Pecuniam ex publico tradunt. Cæsar.
Aliquem de manu in manum tradere. Cic.
Tradere regionem vel vrbem ad diripiendum. Cic.
Ad supplicium tradere. Liu.
Arma tradere. Cæsar. *Rendre les armes comme vaincu, Bailler ses harnois & bastons de defense.*

Causam aduersariis tradere. Terent. *Donner gaigné, Donner gain de cause, Quicter.*
Tenere consuetudinem ab aliquo traditam. Cic. *Bailler & introduicte.*
Consuetudini Latinæ tradere. Columel. *Tourner en Latin, ou translater.*
In custodiam tradere. Cic. *Mettre en prison.*
Custodiæ tradere aues. Colum. *Les enfermer & mettre en cage.*
In disciplinam tradere. Cic. *Mettre en apprentissage, Bailler pour estre disciple.*
Effectum tradere aliquid. Plaut. *Rendre tout faict.*
Excruciandum aliquem tradere. Hirtius.
Famâ tradita res. Liu. *De laquelle on ne scait rien, sinon par la commune renommee.*
Fama traditur. Liu. *L'ancien bruit est.*
In fidem deditionémque se suáque alicui tradere. Liu. *Se rendre a aucun.* Furtim tradi. Tacit.
Gaudium tradere alicui. Liu. *Le resiouir.*
Inimicitias posteris tradere. Cic. *Perpetuer des inimitiez, & les faire hereditaires, Bailler de pere en filz.*
Lampada tradere. Lucret.
In manus alicui tradere quempiam. Liu. *Le mettre & liurer en la puissance d'aucun.*
Morem tradere. Plin. *Leuer & introduire une coustume, Bailler & instituer.*
Mores opibus tradere. Martial. *Se laisser surmonter a ses richesses, Auoir ses richesses en plus grãde recõmandation que son hõneur.*
Palmam tradere alicui. Plin. *Bailler le loz & le pris.*
Per manus tradere. Cæsar. *Bailler de main en main.*
Traduntur per successiones morbi. Plin. iunior. *Les maladies uont de pere en filz & sont hereditaires.*
In posteros sermonem tradere. Quintil. *Le rediger & laisser par escript, a fin qu'il uienne a la congnoissance de ceulx qui nasstront apres.*
In potestatem alicuius alterum tradere. Cæsar.
Prædia vacua alicui tradere. Cic.
Tradere aliquem in pistrinum. Plaut.
Prouinciam alicui tradere. Cic. *Bailler charge.*
Prouinciam per manus tradere. Cic. *Bailler de l'un a l'autre.*
Tradere puerum præceptori vel magistro. Plin. iunior. *Le mettre auec un maistre pour apprendre.*
Sartam tectam ædem tradere. Cic. *La rendre close & couuerte.*
Tradere se dicitur miles. Cæs. *Se rendre a son ennemi.*
Tradere se in portum. Cic. *Se iecter a port.*
Authorem inimicis alicuius se tradere. Cic.
Se libidinibus constringendos tradere. Cic. *S'abandonner.*
Se quieti tradere. Cic. *S'en aller reposer & dormir.*
Se totum alicui tradere. Cic. *Se mettre du tout a la uolunté d'autruy a faire tout ce que luy plaira.*
Sub leges pacis tradere se. Virgil.
Tradere se studiis. Plin. iunior. *Se mettre a l'estude.*
In seruitutem alicui alterum tradere. Cic. Cæsar.
Vltrò tradere. Horat.
¶ Traditur, vel traditum est. Plin. *On dit, Il est escript.*
Galbam, Aphricanum, Lælium, doctos fuisse tradût Cic.
Tradit Cicero. Plin. *Cicero escrit que, &c.*
Tradit & Fabius pictor in annalibus suis, quum obsideretur præsidium Romanum, &c. Plin. *Il recite ou raconte que, &c.*
Aristides omnium iustissimus fuisse traditur. Cic.
Traditur antiquis fabula plena ioci. Ouid.
Vnguenta quis primus inuenerit, non traditur. Plinius. *Il n'en est rien escript.*
Non certum traditur. Liuius.
Literis tradita. Cic. *Mises par escripte.*
Memoria traditum. Cicero. *Escript, Mis par escrit, Mis par memoire.*
Memoriam alicuius rei posteris tradere. Liuius. *Rediger par escript.*
Ingenium, varióque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. Cic.
Memoriæ posteris tradere. Liu. *Rediger par escript.*
Memoriæ aliquid tradere. Cic. *Mettre en sa memoire.*
Memoriæ traditum est. Liu. *Il est escript.*
Monumentis traditur, Idem. Plin.
Posteris tradere auguratum. Cicero. *Continuer & perpetuer a ceulx qui uiendront apres.*
¶ Tradere Cæsar. *Enseigner.*
Multa de rerum natura iuuêtuti tradunt. Cæsar. *Enseignent a la ieunesse, ou aux ieunes gents.*
Verbosius aliquid tradere. Quintil.
Artem dicendi & memoriæ tradere. Cic.
Artificium disputandi tradere. Cic.
Præcepta plurima tradere. Cic.
Rationem prudentiæ tradere. Cic.
Traditur ab Epicuro ratio negligendi doloris. Cic.
Res gestas tradere carminibus. Lucret.
Vias optimarum artium aliquibus tradere. Cic.
Tráditus, penul. corr. Participium: vt Neci traditus. Seneca. *Tué, Mis a mort.*
Traditio traditiônis, Verbale. Cic. *Bail, Baillement, Deliurance.*
Traditio. Gel. *Enseignement, Tradition.*
Ieiuna atque arida præceptorum traditio, atque nuda. Quintil.

Traduco, tradúcis, penul prod. traduxi, traductum, traducere, Ex trans & duco, n & s abiectis. Plautus. *Mener ou amener d'un lieu a autre, Traduire.*
Traduce huc ad vos properé. Terent.
Eò traducenda est. Terent.
Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. Terent.
Per angustias & fines Sequanorum suas copias traduxerant Cæsar.
Populum omnem Albanum Romam traducere in animo est. Liu.
Traducere copias flumen. Cæs. *Passer ou faire passer & transporter oultre le fleuue.*
Equum traducere. Cic.
Messes satas aliò traducere. Virgil.
Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere. Cic.
Omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cæpionis fugam. Cic.
Traducere ad se valetudinem proximi membri. Cic. *Tirer, ou Attirer a soy.*
Traducere aliquem ad se totum. Cic.
Eos qui audiunt, ad magnam admiratiõnẽ traducere. Cic.
Traducere ad mala cõsilia corruptum largitionibus animum. Cicero. *Se destourner de bien faire, & encliner son esprit a choses meschantes.*
Animum à re aliqua ad aliam traducere. Cic. *Tourner.*
Conuertere à consuetudine, & aliò traducere. Cic.
Aliquem à seueritate ad hilaritatem traducere. Cic.
Aliquid ab lætitia ad metum traducere. Cic.
Animi motus aliò traducere. Lucret.
Quum semel quid orsus sit, traducor aliò, &c. Cic.
Traducere omnes in assensum sui consilii, siue in, aut ad sententiam suam. Liu. Cic.
Traduci ad accusandum. Cic.
Cogitationes ad voluptates traducere. Cic. *Tourner.*
Inimicitias ad amicitiam traducere. Cic. *Conuertir en amitié, Ramener a amitié.*
Mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Cic.
Orationem ad exempla traducere. Cic.
¶ Traducere aliquod munus. Cic. *Administrer iusques a la fin, Passer le temps de quelque administration.*
¶ Si actor vicini tui ex fundo tuo vites in suas arbores traduxit. Paulus iurisc. *A faict passer & monter, &c.*
¶ Traducere tempus Cic. *Passer le temps, User le temps.*
Æuum leniter traducere. Horat.
Vitam sine vllo corporis languore traducere. Plin. *Viure tout le temps de sa uie sans aucune maladie.*
Quod datũ est vitæ, tranquillè, placidéque traducere. Cic.
Vitã otiosam & quietam sine vllo labore traducere. Cic.
O adolescentiam traductam eleganter. Cic.
Cuius adolescẽtia ad scientiam rei militaris est traducta,

Cic. Duquel l'adolescence & ignorance des premiers ans a esté conuertie & changee en science d'art militaire.

¶ Traducere. Liu. Deshonorer, Diffamer.

Traducere aliquem per ora hominum. Liu. Le mocquer & deshonorer deuant tout le monde, Luy faire une honte & deshonneur publique C'est aussi quand on luy fait faire amende honorable, ou on le pilorie & flestri. C'est aussi quand on mitre quelqu'un qui ha plusieurs femmes.

Hos in foro flagellis cæsos, ac nouissimè traductos per amphitheatri arenam, imperauit in asperrimas insulas auehi. Sueton.

¶ Traducere aliquem ad plebem. Cic. Faire d'un gentil homme & noble, un plebee.

Traducere carmina manifesto furto. Martial. Quand quelqu'un est mocqué & diffamé pour auoir desrobbé & s'estre attribué les vers composez par un autre.

Traductio, Verbale: vt Traductio temporis. Cic. Passement de temps. Traductio & immutatio in verbo. Cic.

Traductio ad plebem furibundi hominis. Cic. Quand on translate un homme de noblesse a l'estat plebee.

¶ Traductio. Seneca. Diffamation. C'est aussi amende honorable, ou piloriement, ou mitrement de celuy qui ha plusieurs femmes.

Traductor, traductôris, Verbale, masc. gen. Cic.

Traductor ad plebem. Cic. Qui fait d'un gentil homme & noble un plebee.

Tradux, tráducis, pen. cor. Varro. C'est quand on ioinct les branches d'un arbre aux branches d'un autre, & fait on passer la vigne par dessus, & l'y lie on.

Tragacantha. Plin. Un arbreau & la gomme d'iceluy, appelé des barbiers, Dragaganthi.

Tragemata, penult. corr. Macrob. Dessert de table, Tout ce qu'on sert sur table apres la chair, comme fourmage, poires, tartres, &c. Tragee.

Tragion, siue Tragonis. Plin. Un arbreau croissant en Crete, semblable au lentisque, ou au geneurier, & n'ha point d'autre nom.

Tragœdia, tragœdiæ. Horatius. Une sorte d'ancienne moralité ayant les personnages de grands affaires, comme roys, princes, & autres, & dont l'issue estoit tousiours piteuse, Tragedie.

Animosa tragœdia. Ouid.

Seuera tragœdia. Horat. Violenta. Ouid.

¶ Tragœdias agere, prouerbialis locutio. Cic. Pour peu de chose faire grand bruit & esmouuoir gros tumulte, Faire d'un neant une grande chose, Faire un grand brouhaha pour un rien.

Efficere tragœdias. Cic. Faire grands cris & lamentations.

Excitare tragœdias. Cic.

Facere tragœdias. Cic. Composer tragedies.

Mouere tragœdias. Quintil. Faire grande esmeute pour peu de chose.

Neque verò istis tragœdiis tuis perturbor. Cic.

Trágicus, penult. corr. Adiectiuum: vt Tragicus actor. Liu. Ioueur de tragedies.

Ars tragica. Horat.

Cantus tragicus. Plin. Cothurni tragici. Horat.

Grandis, &, vt ita dicam, tragicus orator. Cic.

Poeta tragicus. Cic. Poete tragique, Facteur, ou factiste, ou composeur de tragedies.

Scelus tragicum. Liu. Enorme.

Versus tragici. Horat.

Spirare tragicum. Horat. Faire vers tragiques.

Trágice, pen. corr. Aduerb. Cic. Grauement, Tragiquement.

Trágicus, pen. corr. Substantiuum. Horat. Poete tragique.

Tragœdus, tragœdi. Cic. Ioueur de tragedies.

Miros audire tragœdos. Horat.

Tragonis, Vide TRAGION.

Tragopogon, pen. prod. Græcis, quæ Latinis hirci barbula appellatur, Herba. Ruell. Barbe de bouc.

Tragos. Ruellius. Une herbe semblable au ionc marin.

Tragula, trágulæ, penul. cor. Cæsar. Une sorte de dard ancien, comme un iauelot.

Annibal femur tragula grauiter ictus cecidit. Liu.

Scipionis femur tragula confixum erat. Liu.

¶ Tragula. Plin. Un filé a pescher, Un traineau.

Tragulam in te inicere adornat. Plaut. Il te machine quelque finesse, Il te veult tromper.

Tragum, tragi. Plin. Du blé turquet.

Traha, trahæ. Virgil. Une sorte de charette, Un trainoir, Une traine, Un traineau.

Trahax, trahâcis, pen. prod. om. gen. Plaut. Tirant tout a soy, Rapineux.

Traho, trahis, traxi, tractum, tráhere. Virgil. Tirer par force, Attirer, Traire, Attraire.

¶ Trahere & Sustollere amiculum, contraria. Plaut. Trainer sa robbe.

De visceribus traxerat ipsa suis. Martialis.

De medio aliquem trahere. Liu.

Ex puteis aquam trahere. Cic.

Traxit ex intimo ventre suspirium. Plaut.

Exiguo funem conamine traxit. Ouid.

¶ Magnes, lapis est qui ferrum ad se allicit & trahit. Cic. Attire, Attrait.

Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem. Cic.

¶ Trahere aliquid animis. Sallust. Péser & aduiser en soymesme

Trahere cum animo suo, præstétne hoc facere, an illud, Idem. Sallust.

¶ Trahere rem aliquam. Sallust. La prolonger.

Tanta comitate conuiuium trahitur. Plin. iun.

Pœnam trahere. Seneca, Acerbissima crudelitas est, quæ pœnam trahit: & misericordiæ genus est, citò occidere. Qui prolonge & delaye la peine.

Spem alicuius trahere. Seneca. Le faire long temps attendre apres ce qu'il espere receuoir de nous.

¶ Trahere. Virgil. Amener a grand haste.

Amici partem diei ad se trahunt. Plin. iunior. M'empeschent une partie du iour.

Ad defectionem trahere. Liu. Induire, Faire reuolter.

Ad bella trahor. Tibull.

Alimentum maternum trahere dicitur agnus. Columel. Sucer, Teter. In altitudinem trahere. Plin. Esleuer.

Aluum trahere. Virgil. Auoir grand ventre pendant, Trainer un grand ventre.

Aluum trahere. Plin. Lascher le ventre, Faire aller a la selle.

Animam trahere. Plin. Viure.

Animam precariam trahere. Tacitus. Viure soubz la merci ou misericorde d'autruy.

Animam trahere in spe. Liu. Viure en esperance.

Sic animum tempúsque traho. Ouid. Ainsi ie maintiens tellement quellement mon bon courage, & passe le temps.

Trahunt diuersè animum curæ. Terentius. Tirent en diuerses parts, Distrayent.

Aquam trahit nauigium. Seneca. Tire l'eau, Fait eau, Quand l'eau entre dedens par les fentes ou troux.

In arma trahere viros. Ouid.

Arte aliqua trahi. Ouid.

Bellum trahere. Cic. Prolonger.

In eandem calamitatem alterum trahere. Cic.

Calorem trahere. Ouid. S'eschauffer.

Candorem trahere. Plin. Deuenir blanc.

Cariem trahere. Plin. Se pourrir & vermoulir.

Caudam trahere. Horat.

Cognomen ab aliquo trahere. Plinius. Auoir prins le surnom d'aucun.

Cognomen ex contumelia trahere. Cic. Estre surnommé & auoir un sobriquet pour quelque faulte qui est en nous.

Colorem rubicundũ trahere. Colum. Deuenir rouge, Se rougir.

Colorem nigrum traxere Æthiopes. Ouid.

Ceruix comæque trahuntur per terram. Virgil. Sont trainees, &c.

Secum concionem trahere. Liu. Tirer & mener auec soy.

Consilium trahere. Sallust. Prendre conseil & aduis.

Æger enim traxi cõtagia corpore mentis. Ouid. Par la tristesse & ennuy que ie porte en l'esprit i'ay prins maladie corporelle, mon corps se porte mal, Par la maladie spirituelle ie suis tombé en maladie corporelle. In crimen aliquem trahere. Tacit.

Crinibus passis trahebatur virgo. Virgil.

Decus alicuius rei ad aliquem trahere. Liu. Luy donner le loz

d'auoir faict quelque chose, & le denier a un autre.
Dictum aliquod trahere in voluntatem suam. Plin.iun. Le tirer & l'entendre selon son vouloir.
Dictis alicuius trahi. Ouid. Estre induict ou attraict & persuadé par les parolles d'aucun.
In disceptationem trahere aliquem. Liu. Prendre debat a l'encontre d'aucun, Prendre estrif, Le faire estriuer.
In diuersum trahit me hæc res. Liu. Me met en doubte.
Defectio Tarentinorum vtrum priore anno, an hoc facta sit, in diuersum authores trahunt. Liu. Escriuent diuersement. Errore trahi. Ouid. Errer, Se fouruoyer.
Quò fata trahunt, retrahuntque, sequamur. Virgil.
Figuram lapidis traxerunt ossa. Ouid. Les os furent conuertis & muez en pierre, Transformez en pierre.
Fortunam tutam trahere. Cic. Viure en seureté.
Fulgore nominis & famæ trahi. Ouid.
Genua ægra trahens. Virgil. Trainant.
Gratiam rectè factorum sibi trahere. Tacitus. Tirer a soy & s'attribuer.
Huc & illuc trahuntur rationes in disputando. Cic.
Humorem trahere. Columel. Attirer.
Ignes trahere. Ouid. Conceuoir l'amour de quelqu'une, La prendre en amour, S'enamourer ou amouracher.
Aliquem in inuidiam trahere. Author ad Heren. Le mettre en male grace.
Labe trahi communis vitii. Ouidius. Suyure le uice des autres, Estre meschant & uitieux comme les autres.
Laborem ingratum trahere. Virgil. Faire longuement & tellement quellement, & a grande peine.
Laudem trahere ab re aliqua. Ouid.
Ad lethum trahere aliquem. Virgil.
Limitem longiorem trahere. Plinius. Trainer une plus longue queue.
In longius aliquid trahere. Quintil. Prolonger, Differer, Delayer. Fata me trahebant in pœnam. Ouid.
Omne trahit secum Cæsaris ira malum. Ouid.
Mentes artificio trahere. Plin. Attraire, Attirer.
Quæ mentem insania traxit? Stat.
In metum aliquid trahere. Tacit.
Molestiam trahere. Cic.
Trahitur è cælo natura hominis. Plin. Est du ciel, Vient du ciel.
Noctem per pocula, & vario sermone trahere. Martialis. Virgil. Passer la nuict a boire & a quaqueter de diuerses choses.
Nomen trahere ab aliquo. Ouid.
Nomen è re aliqua trahere. Plin. Prendre nom, Estre nommé.
Ille Numantina traxit ab vrbe notam. Ouid. A prins surnom, ou A esté surnommé Numantinus de la uille nommee Numantia.
Vento trahitur nubes. Virgil.
Obsidionem in aduentū principis trahere. Liu. Prolonger.
Odorem trahere. Plin. Flairer & sentir ou rendre odeur.
Originem à rege trahere. Plin. Estre descendu de lignee royale, Prendre sa source.
Oscitationes longas trahere. Martial. Baailler fort.
Pallam trahens verrit humum. Ouid. Trainant.
Pallorem trahere. Columel. Deuenir palle.
In partes aliquem trahere. Tacit. L'attirer a sa bende & faction, L'attraire a son parti.
In partem aliam trahere aliquem. Plancus Ciceroni.
Pedibus rem trahere, Vide PES.
Plaustra trahunt per altos montes. Virgil.
In profundum pondere trahi. Liu.
Promissa trahunt puellas. Ouid. Attrayent.
¶ Rationes belli atque pacis trahere. Sallust. Regarder les moyens, Penser en soymesme & aduiser.
Omnem rationem ad dicendum trahere. Cic.
In religionem trahere aliquid. Liu. En faire scrupule.
Funditus Rempublicam trahere. Tacit.
Rubiginem trahere. Plin. Prendre rouilleure, S'enrouiller.
Ruborem traxerunt percussa pectora. Ouid. Deuindrent rouges, Rougirent.
Ruinam trahere. Virgil. Tomber a flac & impetueusement.
Ad sæuitiam aliquid trahere. Tacit. Le tourner & interpreter a cruaulté, Dire que c'est cruaulté.

Senium trahere luctu. Claud. Passer & user sa uieillesse en dueil.
In suam sententiam trahere aliquem. Liu. Tirer a son opinion.
In serum rem aliquam trahere. Liu. Prolonger & differer.
Situm trahere. Plin. Se moisir.
Somnos trahere per suspiria. Ouid.
Sortes trahere. Virgil. Tirer hors.
Spes eò trahit. Liu.
Spe trahor exigua. Ouid. I'ay quelque peu d'esperance.
Spiritum trahere. Columel. Auoir & amener son haleine.
Spolia de hostibus trahere. Cic. Prendre.
Studio laudis trahi. Cic. Estre attraict par conuoitise de louange.
Ad supplicium trahi. Cic.
Suspiciones ex aliqua re trahere. Cic.
Suspiria trahere. Ouid. Souspirer.
Torrens trahit syluas præcipites. Virgil. Entraine.
Tempus trahere. Virgil. Passer & user ou employer le temps.
Verba trahere. Sil. Parler auec difficulté, Trainer sa parolle.
Victoriam secum trahere. Liu. Tourner la uictoire de sa part & costé, Trainer la uictoire auec soy, Auoir la uictoire par tout la ou on va.
Inuitatio benigna vtrosque in vinū traxit. Liu. Feit enyurer.
Viribus trahere. Quintil.
Vitam trahere. Virgil. Viure en grāde peine & difficulté, Vinoter.
Vitam in tenebris luctúque trahebam. Virgil. Ie uiuoye, &c.
Vocem trahens imo à pectore. Virgil.
Trahit sua quenque voluptas. Virgil.
Vultum trahere. Ouid. Rider & froncer son uisage, Se renfrōgner.
Tractus, Participium. Cic. Tiré, Traict.
Venæ à corde tractæ & profectæ in omne corpus ducuntur. Cic.
Ab isto initio tractus est sermo. Cic.
¶ Tractam & fusam orationem, opponit Cicero Contortæ & acri. Traictiue & coulante.
Tracta quædam & fluens oratio. Cic.
Tractus, huius tractus. Plin. Tirement.
Placido tractu reptauit draco. Claud. Trainement.
Lōgo tractu fertur per aera. Ouid Lōg traict, ou Lōgue traicte.
Flammarum tractus. Lucret. Vn long traict de flambe.
Raucus tractus. Valer. Flac. Trainement faict auec grand bruit.
¶ Tractus. Cic. Contree, Pays, Region.
Immensi tractus. Lucan.
Corruptus cæli tractus. Virgil. La region de l'air infecte & corrompue, L'air pestilent & corrompu.
Lunæ tractus. Cic.
Alti tractus nubium. Horat. Le pays des nues, L'air.
Maris tractus. Virgil. Bifidi tractus fluminis. Claud.
¶ Tractus & declinatio dictionum, pro Dictionum productione & deriuatione. Quintil.
Quanta hæsitatio tractúsque verborum. Cic.
Tractu orationis leui, & æquabili perpoliuit illud opus. Cicero. Pares elocutionum tractus. Quintil.
Tracto, tractas, tractâre, Frequentatiuū. Virg. Traicter, Manier.
Gustare, olfacere, tractare, audire. Cic.
Acerbius & durius aliquem tractare. Plin. iun.
Aliquem nimis asperè tractare. Cic.
Manu tractare. Colum. Manier.
Clementer tractare. Plin. iun.
Commodè tractare. Terent.
Honorificētissimè & liberalissimè tractari ab aliquo. Cic.
Iniuriosè tractare, Vide INIVRIA.
Liberaliter tractare aliquem. Cic.
Magnificè tractare aliquem. Terent.
Parum piè aliquem tractare. Cic.
Rectè aut commodè aliquem tractare. Terent.
Sceleratè & insidiosè tractare. Cic.
Omnibus rebus eum ita tractes, vt intelligat, &c. Cic.
Arte aliqua tractare hominem. Terent.
Ratione tractari. Horat.
Animum alicuius tractare vt decet. Terent.
Arma virilia tractare. Horat.
Artem aliquam tractare. Terent. Exercer.
Bellum tractare. Tacit.
Causam aliquam tractare. Cic.

Causas amicorum tractare & agere. Cic.
Contentio quæ tractari sine contumelia non potest. Cic.
Rem suam minus cogitatè tractare. Plaut. *Gouuerner mal son bien, Estre mauuais mesnager.*
Fabri tractant fabrilia. Horat.
Pecuniam tractare. Cic. *Auoir le maniement & administration de quelque argent.*
Tractare pecuniam. Cic. *Manier.*
Prælia tractans. Sil.
In munere aliquo rectè se tractare. Cic. *Se porter ou gouuerner sagement.*
Vites tractare & tueri. Cic.
Vitam tractare. Lucret. *Viure.* Vulnera tractare. Cic.
¶ Rem aliquam tractare. Cic. *Traicter & descrire.*
Materiam tractare, aut historiam. Plin.
Definitionem fortitudinis tractare. Cic.
Historiam tractare. Cic.
Ius Pontificum & ciuile tractare. Cic.
Res cognitione dignissimas tractare & contemplari. Cic.
Res tragicas comicè tractare. Cic.
Copiosissimè aliquid tractare. Quintil.
Egregiè aliquid tractare. Quintil.
Quæ propria philosophiæ asseruntur, passim tractamus omnes. Quintil.
Plenius aliquid tractare. Quintil.
Variè aliquid tractare. Quintil.
In transitu aliquid tractare. Quintil.
¶ Animo tractare aliquid. Cic. *Y penser en soymesme.*
¶ Tractare bibliothecam alterius. Cic. *En auoir la charge & gouuernement.*

Tractâtus, pen. prod. Participium. Cic. *Traicté.*
Figura manibus tractata. Lucret. *Maniee.*
Tractatus liberalius. Cic. Tractatus malé. Cic.

Tractâtus, huius tractâtus, pen. prod. Plin. *Maniement.*
¶ Tractatus. Quintil. *Traicte & conduicte ou maniement de quelque chose.*
Artium tractatus. Cic.
¶ Tractatus. Plin. *Vn traicté & liuret.*

Tractátio, tractatiônis, Verbale. Cic. *Traictement.*
Malæ tractationis accusare maritum. Quintil. *De mauuais traictement, Qu'il traicte mal sa femme.*
Armorum tractatio. Cic. *Maniement des armes.*
Tibiarum tractatio. Cic. Nec verò ab aruspicibus accipiunt tibiarum tractationem, sed à musicis. *Ils n'apprennent pas le maniement de la fleute, &c.*
Tractatio & vsus vocis in nobis est. Cic.
Philosophiæ tractatio. Cic.
Orator tractationem orationis sibi assumet. Cic.
Ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit. Cic.

Tractábilis, & hoc tractábile, penult. corr. Cic. *Traictable, Maniable.*
Non tractabile cælum. Virgil. *Vn temps rude & mauuais.*
Homo tractabilis. Plin. iunior.
Mare nondum tractabile nauti. Ouid.
Pelagus tractabile. Plin. *Coy, & ou il fait assez bon nauiger.*
Pondus vix tractabile. Stat.
Virtus in amicitia tenera est atque tractabilis. Cic.
Nihil est eo tractabilius. Cic. *Il n'est rien si traictable, ne si aisé a conduire & gouuerner que luy.*

Tractim, Aduerbium. Virgil. *Tout d'une tire, Continuellement.*

Traiicio, tráiicis, pen. corr. traiéci, pen. prod. traiectum, traiicere, Ex trans & iacio, remotis n & s. Liu. *Passer oultre l'eau, Trauerser l'eau, Oultrepasser.*
Traiicere classe in Italiam. Plin. iun.
Traiicere agmen vado. Liu. *Passer la riuiere a gué.*
Traiicere aliquó. Cic.
Traiicere Cyprum. Plin. *Passer en Cypre.*
Traiicere exercitum Rhodanum. Plancus ad Ciceronem. *Passer son armee par dela le Rhosne.*
Traiicere exercitum ex Italia. Brutus ad Ciceronem.
Traiicere exercitum in Siciliam. Liu.
Traiicere se Alpes. Brutus ad Ciceronem. *Passer les monts.*
¶ Traiicere de naue in nauem malos & antennas. Liu. *Iecter au trauers, & faire passer de nauire en autre.*
Traiicere in alia vasa. Varro. *Verser en autres vaisseaux, Soustirer, Fralater.*
¶ Traiicere, per trãslationem: vt Traiicere culpam in alterum. Cicero. *Reiecter la faulte sur un autre, Se descharger sur un autre.*
Traiicere negotium ad nouos Magistratus. Liu. *Differer & remettre iusques au temps du nouueau Magistrat.*
Arbitrium litis traiecit in omnes. Ouid. *Il s'est deporté & deschargé du iugement, & s'en est remis sur toute l'assemblee, Il a remis le iugement a toute la compaignie.*
Verbum traiicere. Cic.
Oculos traiicere aliquó. Lucret. *Iecter ses yeulx & sa veue quelque part.*
Tela traiicere alió. Propert. *Darder ou iecter ses dards ailleurs, Tirer ses flesches contre un autre.*
¶ Traiicere. Liuius. *Percer tout oultre, Trespercer, Trauerser, Larder.*
Pugnanti latus dexterum lancea traiicitur. Liu.
Traiecit pectora telo. Ouid.
Linguam traiecit arundine. Ouid.
Terga traiicit sagitta. Ouid.
Exercere vires. Cic. Experiri vires alicuius. Ouid.
Explorare vires alicuius. Stat.
Firmare vires. Virgil.
Fractæ vires Danaûm. Virgil.
Frangere vim alicuius. Quintil.
Effœtæ frigent in corpore vires. Virgil.
Fundare vires alicuius. Seneca.
Gerere res viribus. Cic.
Habere vires alicuius. Cic. *Estre aussi fort que luy.*
Habere vim dicendi. Cic.
Si habeant hanc vim, vt si digitis concrepuerit, &c. Cic.
Maiorem vim ad deterrendum habuit, quàm ad cohortandum. Cic.
Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim. Cicero.
Impendere vim suam in rem aliquam. Quintil.
Incutere vim, Vide INCVTIO.
Infringere magnas vires alicuius. Propert.
Infringere vim militum. Cæs.
Instigat & alit vires quies tempestiua. Stat.
Intendere vim. Tacit. *Augmenter.*
Intendere vim rebus. Quintil.
Laborare vitio virium. Quintil.
Languescit vis. Quintil.
Metiatur ac diligenter æstimet vires suas actor. Quintil.
Ministrare vires alicui. Virgil.
Minuuntur vires amoris. Ouid.
Propria vi niti. Virgil.
Obtusis ceciderunt viribus artus. Lucret.
Occupare orbem viribus. Virgil.
Superbas vires ostentare. Stat.
Vindicibus pacatus viribus orbis. Ouid.
Parare vim, Vide PARO.
Indomitas vires posuere incendia. Virgil.
Progredi viribus suis sine adminiculo. Quintil.
Prosterni suis viribus. Quintil.
Viribus ac lacertis pugnare. Cic.
Validis viribus æui quassatum est corpus. Lucret.
Recipere suas vires. Cels. *Recouurer sa force.*
Recreat vires cibus. Lucret.
Recuperatis cibo somnóque viribus. Tacit.
Reparat vires alterna requies. Seneca.
Resoluere vires. Lucret.
Restituere vires per vinum. Cels. *Restaurer.*

Retinere omni vi. Cælius Ciceroni. *De toute sa puissance, A toute force.*
Reuocare vires victu. Virgil. *Restaurer.*
Seruare vim suam. Quintil.
Solidæ vires suo stant robore. Virgil.
Subducere vires alicui. Ouid. *Oster la force, L'affoiblir.*
Suggerere vim occultam. Quintil.
Bonis viribus esse, Vide BONVS.
Sumunt vires incendia. Horat.
Superare viribus aprum. Horat.
Suscitare vim ira. Virgil.
Sustinere omnibus viribus. Cic.
Temperare vires suas. Quintil.
Torpent infractæ ad prælia vires. Virgil.
Torquere lacertis & viribus. Cic.
Tueri vires. Cels. *Conseruer.* Valere viribus. Virgil.
Vigent vires. Lucret.
Vti viribus per cliuos. Horat.
Armorum viribus vsus. Ouid.
Vti orandi viribus. Quintil.
¶ Odora canum vis, Vide ODOR.
¶ Vis. Virgil. *Violence, Effort.*
Expers consilii vis. Horat. Armatorum vis. Cic.
Vis & violentia. Cic. Ingens vis pelagi. Lucan.
Vis maior. Plin. *Tempeste du ciel, Orage.*
Si cæli maior vis incessit. Columel.
Vis diuina, Idem. Vlpianus.
Abducere vi aliquem. Cic. Adacta vis mortis. Lucret.
Adhibere vim. Cic. *Vser de force.*
Adhibere vim pactionis. Cic.
Afferre vim mulieri. Cicero. *La prendre a force, La forcer, La violer.* Agere vi, Vide AGO.
Auellere vi. Cic.
Auferre per vim, Vide AVFERO.
Cogere vi & minis. Cic. Decutere vi. Plin.
Defendere vim, Vide DEFENDO.
Defendere vim vi. Cic.
Denuntiare vim alicui. Cic. *Le menacer de batre.*
Deponunt vim suam æquora. Ouid.
Per vim datus. Cic.
Facere vim alicui Cic. *Luy faire violence.*
Vi facere imperiũ, & Amicitia adiungere, cõtraria. Terent.
Ferre vim alicui. Virgil. *Luy faire violence.*
Fracta vis & debilitata. Cic.
Imponere alicui vim, Vide IMPONO.
Inferre alicui vim. Quintil. *Luy faire violence.*
Inferre vim & manus alicui, Vide INFERO.
Paratus ad vim. Ouid.
Perferre aliquid vi eadem. Quintil.
Auro vi potitur. Virgil. Acrior vis rapit me. Horat.
Vim vi repellere. Cic. *Resister a force par force.*
Per vim stuprare. Cic.
Vim suscipere contra Rempub. Cic. *Entreprendre d'aller par force contre la Republique.* Victus vi. Virgil.
¶ Vis. Cic. *Multitude & abondance, Foison.*
Vis frumenti. Cæs. Vis seminum magna. Cic.
Vis militum. Cic.
Magna vis auri & argenti. Cic.
Equorum vis. Cic. Lachrymarum infinita vis. Cic.
Maxima vis ranunculorum. Cic.
Continet mens vim maximam optimarum rerum. Cic.
Vis negotii. Plautus. *Beaucoup d'affaires.*
Viscus, visci, m. g. & Viscum, visci. Plin. *De la glu.*
Visco eractus sum vehementer. Plaut. *Ie suis fort englué.*
In visco inhærescere. Cic. *Estre englué, & ne se pouoir desgluer.*
Sequaci visco correpta auis. Valer. Flac.
Oblinere se visco. Varro. *S'engluer.*
Viscum. Virgil. *Du guy.*
Viscatus, penult. prod. Adiectiuum. Varro. *Englué.*
Alæ viscatæ. Ouid.
Virga viscata fallere volucres. Ouid. *Par gluons.*
Viscata munera, & Hamata, pro eodem. Plin. iunior. *Dons qui en attirent d'autres.*

Viscus, visceris, pen. corr. n. gen. Virgil. *Toute la chair qui est entre la peau & les os, Les entrailles, La fressure.*
Tetra viscera. Lucret.
Diripiunt auidæ viscera nostra feræ. Ouid.
Inhæret in visceribus id malum. Cic.
Liquefacta viscera. Virgil. *Pourriz.*
Mandere viscus. Suetonius.
- de putri viscere passim Florilegæ nascuntur apes. Ouid.
Nudare viscera. Virgil.
Patefacta viscera per vulnus. Cels.
Salientia viscera. Ouid. Soluere viscera cultro. Seneca.
Spumantibus visceribus ardens. Iuu. *Fort esmeu & courroucé.*
Torrere viscera. Virgil.
Traiecit viscera ferro. Ouid.
Periculum inclusum in venis, atque in visceribus alicuius. Cic.
¶ Viscera montis. Virgil. Terræ viscera. Ouid.
Visceratio, viscerationis. Liuius. *Largesse, ou Donnee generale de chair crue au trespas de quelque riche personnage, C'est aussi la curee que les veneurs font a leurs chiens apres que la beste est prinse.*
Visibilis, Visito, Viso, Vide VIDEO.
Visum, visi, Visus, Vide VIDEO.
Vita, vitæ. Cic. *Vie.*
Absurdum atque alienum à vita. Terent.
Blandimenta vitæ. Tacit. Color vitæ, Vide COLOR.
Exiguum curriculum vitæ. Cic.
Debito vitæ liberari. Curt. *Mourir.*
Delinimenta vitæ. Tacit.
Exemplar vitæ, morúmque. Horat.
Expes vitæ. Tacit. *Qui est hors d'esperance de viure.*
Integer vitæ scelerísque purus. Horat.
Integritas vitæ anteactæ. Quintil.
Labes vitæ. Ouid.
Manifestus vitæ. Tacit. *Qu'on veoit manifestement estre vif.*
Perpetuitas vitæ. Cic. *Continuation de vie.*
Plenus vitæ. Lucret. Securus vitæ. Stat.
Series atra tuæ vitæ. Ouid.
Solatia dulcia vitæ. Lucretius.
Spatium vitæ. Quintil. Summa breuis vitæ. Horat.
Spes vitæ. Tacit. Tædia vitæ. Ouid.
¶ Acerba vita, Vide ACERBVS.
Actuosa, Vide AGO.
Amara. Cic. Attenta, Vide ATTENDO.
Arida, Vide ARIDVS. Beata. Horat.
Breuis est vita, cursus gloriæ sempiternus. Cic.
Cæcæ vitæ lubrica. Stat. Cælebs vita, Vide CAELEBS.
Constans & probata. Cicero.
Crudelis. Virgil. Fœdissima ac miserrima. Cic.
Deformis. Stat. Desidis otia vitæ. Stat. Fortunata. Horat.
Dubia vita. Columel. Honesta. Cic.
Dulcis, stabilisque. Lucret. Illustris. Quintil.
Infesta alicui, Vide INFESTVS.
Inculta & horrida. Cicero.
Iniuriosa. Cic.
Innoxia. Cato. Longa. Cic.
Inuisa. Ouid. Longinqua. Plaut.
Iucunda. Horat. Malefica. Tacit.
Licentior, Vide LICET. Maritima, Vide MARE.
Mea vita, Blandientis vox. Cic. *Ma vie, Mot de flaterie.*
Menstrua. Cic.
Miseræ vitæ breuissima portio. Iuuenal.
Mœsta vita. Virgil.
Mortalis. Virgil. Pigræ vitæ obliuio. Stat.
Nitidior. Plin. Precaria vita. Tacit.
Rapida. Pers. *Qui passe vistement.*
Rudis. Stat. Rustica. Quintil.
Sanctissimè & honestissimè acta vita. Cic.
Seuera. Ouid. Similis feris. Ouid.
Solitaria. Quintil.
Solicitæ iucunda obliuia vitæ. Horat.
Turpis vita. Cic.
Turpis & nocens. Cic. Vitalis. Cic.

Vitiosa & flagitiosa. Cic. Vmbratilis & delicata. Cic.
Vmbratilis. Quintil. Vrbana. Quintil.
¶ Abire è vita, Vide ABEO.
Abrumpere vitam. Virgil. Accipere vitam. Virgil.
Addicere vitam, Vide ADDICO.
Addicta præmiis vita alicuius, Vide ADDICO.
Adducere ad vitam communem. Cic.
Adimere vitam. Cic. *Oster la vie.*
Afferre vitam. Terent.
Agere vel agitare vitam. *Viure, Demener vie.* Vide AGO.
Agere vitam sub dio, & trepidis in rebus. Horat.
Agere vitam puriter. Catull.
Amittere vitam. Author ad Heren.
Per summum dedecus vitam amittere. Cic.
Amittere vitam in vndis. Horat.
Assignare vitam hominum rebus. Quintil.
Lumina vitæ attingere. Virgil. *Naistre.*
Auferre vitam, Vide AVFERO.
Relliquias vitæ aufert ex membris. Lucret.
Carere vita. Cic.
Cedere vita, & è vita, Vide CEDO.
Collocare se in vita meretricia, Vide COLLOCO.
Colere vitam. Plaut. *Viure.*
Committere vitam ventis, dicuntur nauigantes. Virgil.
Commorari in tam turpi vita. Cic.
Commutare vitam cum morte, Vide COMMVTO.
Comprobare vita & moribus. Cic.
Concedere vitam, Vide CONCEDO.
Concessit vita per auras ad Manes. Virgil. *S'en est allee, &c.*
Conferta vita voluptatum varietate, Vide CONFERCIO.
Constituere vitam. Cic. *Eslire une maniere de viure, ou Ordonner.*
Conterere vitam in quærendo, Vide CONTERO.
Continetur vita corpore & spiritu. Cic.
Spatium vitæ decurrere. Ouid.
Lumen vitæ decursum. Lucret.
Defuncta corpora vitâ. Virgil.
Degere vitam expertem thalami. Virgil. *Viure sans se marier.*
Placidam ac pacatam degere vitam. Lucret. *Demener vie paisible, Viure paisiblement.*
Depactus vitæ terminus. Lucret. *Fiché & arresté.*
Deserere vitam. Cic.
Deseruit vita miserum. Ouid.
Dirigere vitam ad normam. Cic.
Discedere è vita. Cic. *Mourir.*
Dispergere vitam in auras. Virgil.
Dare vitam. Cic.
Æternam vitam dare. Virgil. Dare vitam alicui. Virg.
Ducere vitam. Virgil. *Viure.*
Ducere vitam longius. Ouid.
Ducere vitam per omnia extrema. Virgil.
Dulcem vitam ducere. Lucret.
Ingrata misero ducenda est vita. Horat.
Edere vitam. Lucret. *Mourir.*
Effluit vita cum sanguine, Vide EFFLVO.
Extulit vitam ictus sagittis. Seneca. *Il mourut, &c.*
Effundere vitam alicui. Ouid.
Eripere vitam homini. Seneca.
Excolere vitam per artes. Virgil.
Exhalare vitam sub acerbo vulnere. Ouid. *Mourir.*
Exigere vitam. Terent. *Passer le temps de sa vie.*
Expellere aliquem vita. Cic. *Tuer.*
Expetere vitam. Cic.
Fructibus vitæ nunquam explemur. Lucret.
Extorquere vitam membris. Lucret.
Facere finem vitæ. Lucret.
Incommoda vitæ ferre. Iuuen.
Fessus vita. Plin. Finire vitam ense. Ouid.
Finire vitam. Tacit. Frui vita. Cic.
Fudit vitam cum multo sanguine. Virgil.
Sensus gubernant vitam. Lucret.
Gubernare vitam vera ratione. Lucret.
Gustare amorem vitæ. Lucret.
Habere vitam ab aliquo. Cic.
Iacebat vita in tenebris ac mœrore. Lucret.
Impéndere vitam famæ. Stat.
Impéndere vitam patriæ. Lucan.
Implere finem vitæ. Tacit.
Incolere vitam, Vide INCOLO.
Limen vitæ inire. Lucret. *Entrer en vie, Commencer à viure.*
Ingredi in vitam, Vide INGREDIOR.
Instituere vitam sapienter, Vide INSTITVO.
Interficere aliquem vita, Vide INTERFICIO.
Interminari alicui vitam, Vide INTERMINOR.
Introire in vitam, Vide INTROEO.
Iterare vitam à morte, Vide ITER.
Labefactare vitas hominum, Vide LABES.
Lacerare reliquias vitæ alicuius, atque distrahere, Vide LACER. Largiri vitam. Plautus.
Lugere vitam hominum. Cic.
Mandare vitam fugæ, solitudinique, Vide MANDO.
Manere in vita, Vide MANEO.
Manet vita. Virgil.
Mentiri sibi vitam. Plin.
Metuo de vita, Vide METVO.
Migrare de vel ex vita, Vide MIGRO.
Via vitæ monstrata est per carmina. Horat.
Moratur vita in membris. Lucret.
Noncupata vita. Liu.
Obiectare vitam procellis. Claud.
Pacisci vitam pro laude, Vide PACISCOR.
Pacisci viam ab hoste, Vide PACISCOR.
Palantis vitæ viam quærere. Lucret.
Pallescere solitaria & velut vmbratili vita. Quintil.
Parcere vitæ, Vide PARCO.
Tranquillæ vitæ semita per virtutem patet. Iuuen.
Pati à vita, Vide PATIOR.
Penetrare alicuius vitam ac famam. Tacit.
Perdere vitam, Vide PERDO.
Perducere vitam. Plaut.
Discrimine vitæ coniugium petere. Ouid.
Ponere sibi finem vitæ. Tacit.
Priuare vita aliquem. Lucret.
Prodere vitam, Vide PRODO.
Producere vitam, Vide PRODVCO.
Producere spem vitæ. Tacit.
Profundere vitam pro re aliqua. Cic.
Prolatare vitam. Tacit.
Propagare vitam, Vide PROPAGO, propaginis.
Proposita vita telis, Vide PROPONO.
Redire ad vitam. Celsus. Relinquere vitam. Tacit.
Reliquit eum vita. Lucret.
Relinquit vita artus. Ouid.
Retinere vitam, Vide RETINEO.
Rúmpere vitam. Sil. Serenare vitam. Lucret.
Breuis vitæ spatium sortitus. Ouid.
Spoliare vita aliquem. Virgil.
Sic vita est hominum. Cic. *Les gens sont de telle nature.*
Liberioris vitæ iter sumere. Ouid.
Tenere vitam, & Vita tenetur, Vide TENEO.
Tolerare vitam simplici victu, & agrestibus pomis, profluentéque aqua. Tacit.
Tractare vitam. Lucret. *Viure.*
Traducere vitam. Brutus Ciceroni. *Passer le temps de sa vie.*
Trahere vitam in luctu. Virgil.
Trahere vitam in syluis. Virgil.
Trahere vitam in tenebris. Virgil.
Tueri vitam, famámque Horat.
Humanam vitam turbare ab imo. Lucret.
Viuere vitam. Cic. Viuere vita. Plaut.
¶ In vita mea. Cic. *Tout le temps de ma vie.*
Integerrimè vitam agere. Cic. *Viure entierement & innocentement.* Ab ineunte vita, Vide INEO, inis.
¶ Vitæ, in plurali, pro Moribus. Terent. *Les meurs.*
¶ Tenues sine corpore vitæ. Virgil. *Les ames.*
Vitâlis, & hoc vitâle, pen. prod. *Qui baille, ou qui ha vie, Vital.*
Vitale, cui opponitur Mortiferum. Liu.

¶ Æuum vitale. Plaut.
Aura vitalis. Virgil. *L'air par lequel nous viuons, L'air vital.*
Auxilium vitale. Lucret.
Calor vitalis. Curtius.
Salutaris & vitalis calor. Cic.
Fœtus vitalis, Vide FOETVS. *Viable.*
Halitus vitalis. Plin.
Vitalis homo haud vnquam est ante septimum mensem. Plin. *N'est point viable.*
Lumina vitalia. Cic.
Motus vitalis. Plin.
Partus vitales edere. Plin.
Ros vitalis. Cic. *Le laict de la nourrice.*
Sanguis vitalis. Plin. *Auquel consiste la vie.*
Seculum vitale. Lucret.
Sensum vitalem reddere. Lucret.
Venæ vitales. Lucret.
Viæ vitales. Ouid. *Les conduicts par ou on respire.*
Vincula vitalia. Valer. Flac.
Caloris natura vim habet in se vitalem. Cic.
Vitalis vita. Cic.
¶ Vitalia capitis. Plin. *Le cerueau.*
Vitalia. Lucan. *Le coeur, le foye, le poulmon, ou le cerueau.*
Nuda vitalia. Lucan.
Euerberata lamentationibus assiduis vitalia. Quintil.
Ferire ac tueri vitalia. Quintil.
Artus vacui vitalibus. Lucan.

Vitálitas, pen. corr. vitalitâtis, pro Vita & vitali motu. Plin.

Vitáliter, pen. corr. Aduerbium: vt, Vitaliter animari. Lucret.

Vitellus, huius vitelli, m. g. Horat. *Le moyen d'un oeuf.*
Crocei vitelli. Martialis.
Mas vitellus. Horat. *Duquel est engendré le poulet masle.*

Vitex, víticis, pen. corr. f. g. Plin. *Vne sorte d'arbreau qu'on appelle Agnus castus.*

Vitiarium. Viticula, Vide VITIS.

Vitilitigator, pen. prod. vitilitigatôris, m. g. Plin. *Plaideur, ou Plaidereau, Qui ne cherche que querelle & debat.*

Vitilitigo, vitilítigas, pen. corr. vitilitigâre. Plin. *Blasmer & reprendre trop legierement quelque chose.*

Vitiligo, pen. prod. vitiliginis, fœ. ge. Cels. *Vne maladie qui vient au corps humain comme taches blanches.*

Vitilis, & hoc vitile, pen. corr. Plin. *Toute chose qui se plie aiseement, comme la vigne, l'osier, & semblables.*

Vitio, vitias, Vitiosus, Vide VITIVM.

Vitis, huius vitis, fœ. g. Cic. *Vigne.*
Propagatio vitium. Cic. *Prouignement.*
Putatio vitium. Cic.
Putator vitis. Ouid. *Tailleur de vigne.*
Vitis alba, quæ & Bryonia alba dicitur. Plin. *Bryonne, Couleuree. Aucuns l'appellent Gros naues, aucuns Feu ardant.*
Almæ vites. Virgil.
Arbustiua vitis, Vide ARBVSTVM.
Cicatricosa, Vide CICATRIX.
Fœcunda. Iuuenal.
Inerticula, Vide INERS.
Insana, Vide INSANVS.
Lanatæ vites, Vide LANA.
Lenta vitis. Virgil.
Luxuriosa, Vide LVXVS.
Macrior. Colum.
Miscellæ vites, Vide MISCEO.
Morosa vitis, Vide MOS.
Nequã, Vide NEQVAM.
Vitis nigra. Plin. *Vne espece de couleuree qui ha les racines & serments noirs.*
Nodosa. Iuuenal.
Obliqua. Columel.
Obnoxia vitis procellis. Columel.
Ordinaria, Vide Ordinarius in ORDO.
Pampineæ vites. Ouid.
Perexilis vitis. Columel.
Pergulana, Vide Pergulanus in PERGVLA.
Præualidæ vites. Virgil.
Purpureis de vitibus collectæ vuæ. Ouid.
Semiputata vitis. Virgil.
Vidua. Catul.
¶ Adaperire vites, Vide ADAPERIO.
Adiugare vitem, Vide ADIVGO.
Vlmis adiungere vites. Virgil.
Æmulatur vitem vlmus. Plin.
Grauidæ munera vitis amans. Ouid.
Amicta vitibus vlmus. Horat.
Applicitæ vites arboribus. Quintil.
Attondêre vitam curuo dente Saturni. Virgil.
Carbunculant vites. Plin.
Castrare vites. Cato.
Colere vitem. Cic.
Committere vitem sulco. Virgil. *Planter.*
Compescere vitem, Vide COMPESCO.
Componere vitem in brachia, Vide COMPONO.
Grando contundit vites. Horat.
Curare vites. Virgil.
Disponere vites certo sydere. Claud.
Vitis educat vuam. Catul.
Enodare vitem. Cato.
Fluentes vites multo Baccho. Virgil.
Frequentanda vitis. Colum. *Il fault peupler la vigne.*
Immittere vitem ad vuas pariendas, Vide IMMITTO.
Nouellas vites incidere. Virgil.
Inserere vitem. Colum.
Instituere vitem, Vide INSTITVO.
Lætis intexere vitibus vlmos. Virgil.
Nodare vitem. Cato.
Ponere vites. Virgil. *Planter.*
Vitis serpens multiplici lapsu & erratico. Cic.
Sociata palmite vitis. Stat.
Vinctæ vites. Virg.

Viticula, viticulæ, pen. corr. Diminutiuum. Cic.

Viticulum, viticuli, pen. corr. Plin. *Le fleau & tendon ou vrille de la vigne dont elle s'attache a quelque chose.*

Vitiarium, vitiárii. Colum. *Vn complant, Vn plantier de vigne.*
Facere vitiarium. Colum.

Viteus, Adiectiuũ: vt Pocula vitea. Virg. *Breuuage de vigne, Vin.*

Vitigineus, Adiectiuum: vt Folia vitiginea. Colum. *De vigne.*
Pulmo vulturinus vitigineis lignis combustus. Plin.
Surculi vitiginei. Cato.

Vitigenus, pen. cor. Adiectiuum. Lucret. *Engendré de vigne.*
Liquor vitigenus. Lucret. *Vin.*
Latices vitigeni. Lucret. *Vin.*

Vitifer, pen. corr. vitifera, vitiferum, pen. corr. vt Regio vitifera. Plin. *Vn pais a vignoble, ou il y a force vignes.*
Arua vitifera. Sil.
Montis vitiferi vertex. Sil.

Vitisator, pen. corr. vitisatôris, m. g. Virg. *Planteur de vignes.*

Vitium, vitii. Cic. *Vice, Meschanceté.*
Caueamus vt nequòd in nobis insigne vitium fuisse dicatur. Cicero.
Qui ea vitia, quæ à natura habeat, etiam studio, atque artificio quodam malitiæ condiuisset. Cic.
Vitiorum officina. Colum.
¶ Vitium. Vlpianus. *Maladie en tout le corps vniuersel, ou en quelque membre & partie seulement.*
Intercutia vitia. Gellius.
¶ Vitium. Cic. *Maladie, ou imperfection corporelle incurable, comme beguayement, ou clochement, ou chancre, ou semblable.*
Opportunus vitio, Vide OPPORTVNVS.
¶ Vitium. Plaut. *Imperfection & corruption.*
Si nihil est in parietibus, aut in tecto vitii. Cic. *Si les parois, ou toicts ne sont point cassez & rompuz.*
Vitium in libris. Plin. *Faulte.*
Deliciarum vitia. Quintil.
Oris & linguæ vitia. Quintil.
Ebrietatis vitia. Quintil.
Deforme vitium emendare. Martial.
¶ Vitia in dicente videre. Cic. *Faulte & imperfection.*
Detractis omnibus vitiis. Cic.
¶ Vitium. Cic. *Blasme.*
¶ Vitium. Cic. *Coulpe, Faulte.*
Vitio vini fecit. Plautus. *Par la faulte du vin, Par yurongnerie.*
Affinis vitio. Cicero. *Qu'on peult a droict souspeconner de quelque cas.*
Pinguis vitiis. Horat. *Gras par oisiueté & gourmandise.*
Purum vitio cor. Horat.
Seruum vitiis pectus. Ouid.
Alimenta vitiorum. Ouid.
¶ Adulta vitia. Tacit.
Commune vitium. Cic.
Immane vitium. Horat.
Iners vitium, liuor. Ouid. *Enuie, qui est un vice ne tenant sinon ceulx qui sont faitards & de lasche courage.*
Ingens vitium. Horat.
Magnum. Horat.
Mediocria vitia. Horat.

Præualida & adulta vitia. Tacit.
Recens vitium. Cels.
Solenne vitium secundis rebus, superbia. Claud.
Valens vitium, cui Lene vitium opponitur. Cels. *Forte maladie, ou Vehemente corruption.* Vetus vitium. Cels.
¶ Absterrere animum vitiis. Horat.
Abstinere à vitiis. Cic. *Se garder de vices.*
Abesse à vitiis, Vide ABSVM.
Abundare vitiis. Quintil.
Accendere & irritare vitia. Ouid.
Addere vitium pudicitiæ, Vide ADDO.
Ægrotare vitio animi. Horat.
Affectus vitiis, Vide AFFICIO.
Alitur vitium, viuitque tegendo. Virgil.
Apponere modum vitiis, Vide APPONO.
Auocari à vitiis. Cic.
Capere vitium, Vide CAPIO.
Carere vitio. Cic. *N'estre point en faulte.*
Coarguere apertè vitia. Quintil.
Colligere vitia in aliquem. Cic.
Concipere vitium, Vide CONCIPIO.
Condire vitia studio, Vide CONDIO.
Conferre vitia in senectutem, Vide CONFERO.
Consequi vitium, Vide CONSEQVOR.
Contaminare vitiis. Cic.
Conuertit natura vitium alicui in bonum. Cic. *Nature tourne quelque faulte en bien.*
Corripi vitio comitiali. Plin.
Corrupta bona vitiis. Quintil.
Cumulari vitiis. Cic. *Estre comblé de vices.*
Declinare vitia. Cic. *Euiter meschancetez.*
Delabi in vitium, Vide DELABOR.
Deprehendere in aliquo vitia. Quintil.
Dare summam laudem vitio. Cic.
Vitio mihi dant, quòd mortem hominis necessarii grauiter fero. Mattius ad Ciceronem. *Me blasment & reprennent que, &c.*
Ducere vitia. Quintil. *Estimer vice ou vicieux.*
Effingere vitia ebrietatis. Quintil.
Eluere vitia. Quintil.
Excidit libertas in vitium. Horat.
Excusare vitia. Quintil.
Exprobrare vitia alicui. Ouid. Exuere vitia. Tacit.
Expugnare vitium. Valer. Max. *Gaigner & vaincre une faulte & imperfection de nature.* Bud.
Vitium facere dicuntur ædificia, Vide FACIO.
Flecti in vitium. Horat.
Virtus est vitium fugere. Horat.
Imbuere aliquem vitiis. Quintil.
Incidere in vitium. Cic.
Inclinare in vitium, Vide INCLINO.
Inquirere vitia in ciuitatem. Cic.
Irritare vitia vetando. Ouid.
Labi in vitium. Horat. Laborare vitio. Quintil.
Leuatur vitium. Cels. *La maladie sallege.*
Leuare vitiis atque erroribus, Vide LEVIS.
Mederi vitiis atque erroribus. Plin. iunior.
Aeris vitio moriens herba. Virgil. *Par corruption & infection d'air.* Sua vitia nosse. Cic.
Notare vitium aliquod, Vide NOTA.
Obuoluere vitium, Vide OBVOLVO.
Obuênit hoc vitium, Vide OBVENIO.
Occurrere vitio. Cels. *Obuier.*
Offensus vitiis. Ouid. Pensare vitia. Quintil.
Persecare vitium aliquod ne serpat. Liu.
Ponere vitium, Vide PONO pro Depono.
Ponere in vitio verbum aliquod. Cic. *L'entendre en mauuaise partie, Le tourner en mal.*
Recisa vitia à stirpe. Claud.
Remotus ab omni vitio. Horat.
Submouere vitiũ simplicibus & promptis remediis. Cels.
Eodem vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. Cic. *C'est aussi grande faulte & vice de, &c.*

Qui nec defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio, quàm si parentes deserat. Cic. *Il fait aussi grand mal, & est autant a blasmer, que si, &c. Il est aussi coulpable.*
Hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. Cic. *C'est grande faulte de, &c. C'est vice.*
Suppressa vitiis pectora. Ouid.
Surrepunt vitia. Seneca.
Mediocribus vitiis teneri. Horat. *Esprits oppressez de vices.*
Vacare vitio. Cic.
Vertere vitio. Cic. *Tourner en mal ou a blasme.*
Vertere in bonum vitia. Quintil.
¶ Offerre vitium virgini. Terent. *Violer.*
Pudicitiæ afferre vitium. Idem. Plaut.
Vitiósitas, pen. corr. vitiositâtis. Cic. *Une qualité de l'ame qui est discordante de soymesme & en perpetuelle dissension en tout ce qu'elle fait.*
Vitiôsus, penult. prod. Adiectiuum. Cic.
Vitiosa ac flagitiosa vita. Cic. *Pleine de vices, Vitieuse.*
¶ Vitiosum. Virgil. *Corrompu & gasté, Pourri.*
Carmina vitiosa. Ouid. *Pleins de faultes.*
In hoc vel maximè vitiosa est ciuitas, quòd largitione, &c. Cic. *Est en ce fort vitieuse, Fault grandement en ce, que, &c.*
Corpus vitiosum, cui Integrum opponitur. Cic. *Qui n'est point sain & entier.* Cura vitiosa. Horat.
Humanitas vitiosissima. Quintil.
Libido vitiosa. Horat.
Magistratus vitiosi, dicuntur vitio creati. Cic. *En la creation desquels les solennitez n'ont point esté gardees.*
Materia vitiosa. Plin. *Bois corrompu, & qui n'est point sain.*
Nux vitiosa. Plaut. *Corrompue & gastee, Vereuse, Entichee.*
Opus vitiosum. Cic.
Oues vitiosæ. Columel. *Malades, Maladiues.*
Progenies vitiosior. Horat.
Suffragium vitiosum. Cic. *Corrompu par argent.*
Vita vitiosa, cui opponitur Pura. Cic.
Vitiôse, penult. prod. Aduerbium. Quintil. *Vitieusement.*
Vitiosè in scholis facimus, quòd, &c. *Nous faillons & faisons une faulte.*
Concludere vitiosè, cui Rectè concludere opponitur. Cicero. *Mal, Vitieusement.*
Vitiosè se habet membrum. Cic. *Il est gasté & corrompu.*
Vsurpare vitiosè. Colum. *Frequenter, ou Faire souuent une chose ou il y a grande faulte.*
Vitio, vitias, vitiâre. Plin. *Corrompre & gaster, Vitier.*
Virginem vitiare. Plaut. *Commettre paillardise auec une vierge.*
Vitiare & corrumpere. Cic.
Auræ vitiantur odoribus. Ouid. *L'air est corrompu & infecté par la puante odeur des charongnes.*
Contagia mentis ægræ vitiant artus. Ouidius. *L'ennuy que ie porte en l'esprit me cause une langueur & maladie corporelle.*
Facies longis vitiabitur annis. Ouid. *Ta beaulté se corrompera & gastera, &c.* Herbæ vitiatæ. Ouid.
Ventris vitiati tumescebant pondera. Ouid.
Vitiatur oleum in amurcam. Plin. *Se corrompt, &c.*
Vitiâtor, vitiatôris, Verbale. Sen. *Corrompeur de femme ou fille.*
Vitiâtio, vitiatiônis, Aliud verbale. Seneca. *Corruption & gastement de femme ou fille.*
Vito, vitas, vitâre. Cic. *Viter, Euiter, Fuir & se garder de quelque chose, Eschequer.* Cauendo vitare. Cic.
Æstum vitare sub frondibus. Ouid.
Amorem vitare. Lucret. Culpam vitaui. Horat.
Contagia vitare. Ouid. Frigus vitare. Cic.
Insidias, dolúmque vitare. Lucret.
Malum aliquod vitare. Propert.
Mortem fuga vitare. Cæs.
Iuuenca vitans onus iugi. Catull.
Patriam vitare. Ouid. Suspiciones vitare. Cæs.
Pericula vitare. Virgil. Vitium vitare. Horat.
Periuria vitare. Ouid. Vituperationem vitare. Cic.
Vitâtio, vitatiônis. Cic. *Euitement, Escheuement.*
Vitationes dolorum. Cic.
Periculi vitatio. Author ad Heren.
Vitabundus, Adiectiuum. Sallust. *Qui euite & fuit, Euitant, Es-*

cheuaux & fayans.

Vitricus, vitrici, penult. corr. Cic. Ouid. *Le mari de ma mere, Mon paratre.*

Vitrum, vitri. Plin. *Voirre.*

Perlucidus magis vitro amnis. Ouid.

Splendidior vitro fons. Horat.

Clarum vitrum. Ouid.

Purum vitrum. Martial.

Vitreus, Adiectiuum: vt Vitreæ ampullæ. Plin. *De voirre.*

Vasa vitrea. Columel.

¶ Fons exit purus & vitreus. Plin. iunior, *Transparant comme voirre, ou De couleur de voirre.*

Vitreus color. Plin. *Resemblant a voirre.*

Vndæ vitreæ. Ouid.

Fama vitrea. Horat. *Fragile comme voirre.*

¶ Bilis vitrea. Pers. *Cholere qui fait dire & monstrer tout ce qu'on ha sur le coeur, Cholere qui monstre tout ce qui est dedens l'homme, ainsi qu'on veoit ce qui est dedens une phiole de voirre.*

Vitrea, vitreôrum, plu. num. neut. gen. Substantiuum. Plin. *Toute sorte de vaisseauls de voirre, ou de voirrerie.*

Vitreámina, vitreáminum, pen. corr. neut. gen. Idem. Paulus iurisconsul.

Vitriárius, vitriárii, m. gen. Seneca. *Qui fait des voirres, Voirrier, Verrier.*

Vitta, vittæ. Virgil. *Une bande ou ruben de teste.*

Lanea vitta. Ouid. Tenues vittæ. Ouid.

Spicea corona que vitta alba colligaretur. Plin.

Præsignis vittis victima. Ouid. *Un beuf ayant la teste atournee de chappeauls de fleurs, pour estre immolé & sacrifié.*

Cæruleis vittis stant mœstæ aræ. Virgil. *On a dressé un autel paré de larges bandes ou draps de couleur bleue ou perse, pour celebrer les funerailles d'un trespassé.*

Leues vittæ. Ouid. *Bandes a emmailloter les petits enfants.*

¶ Molli cinge hæc altaria vitta. Virgil.

Niuea circundatur infula vitta. Virgil.

Alba vitta coercet capillos. Ouid. *Elle ha les cheueuls troussez dedens une coeffe blanche.*

Euinctus vittis coronisque. Tacit.

Exuta comam vittis. Stat. *Descoeffee.*

Purpurea vittâ ligat mœsta capita. Seneca.

Redimitus tempora vittis. Virgil.

Crinales soluere vittas. Ouid. *Se descheueler.*

Torta vitta stringit comas. Lucan.

Ferales sumere vittas. Ouid. *La coeffure & roquemeut qu'on souloit mettre sur la teste de l'homme ou de la beste qu'on vouloit immoler & tuer en sacrifice.*

Pia vitta tegere tempora. Virgil. *Coeffer sa teste de la coeffure dont anciennement les sacrificateurs usoyent en leurs sacrifices.*

Albenti velatus tépora vitta. Ouid. *Coeffé d'une coeffe blanche.*

Velatus auro vittisque iuuencus. Virgil. *Couronné de chappeau de fleurs, & ayant les cornes dorees.*

Vittâtus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. *Bandé, Ayant ruben entour sa teste, Coeffé.*

Capilli vittati. Ouid. *Liez de rubens, Coeffez.*

Honos vittatus. Stat. *Chappeau de laurier ou d'ierre lié de rubens, dont on couronnoit les poetes.*

Comam vittata fœmina. Stat.

Sacerdos vittata. Lucan.

Vitula, vitulæ, pen. corr. Virgil. *Une genisse & ieune vache.*

Cæsa vitula. Virgil.

Vitulus, vituli, pen. corr. masc. gen. Cic. *Veau.*

Ferox vitulus. Iuuen. Mactatus vitulus. Lucret.

Imbelles vituli. Stat. Tener. Horat.

Lactentes. Ouid. Tueri vitulos. Virgil.

¶ Vitulus etiam elephantorum & piscium dicitur. Plin.

¶ Vitulus. Plin. *Une sorte de poisson qu'on appelle Veau de mer.*

Vitulînus, pen. prod. Adiectiuum: vt Vitulina caro. Cic. *Chair de veau.*

Assum vitulinum. Cic. *Du veau rosti.*

Vitulor, pen. corr. vitulâris, vitulári, veteres vsurparunt pro voce lætari. Plaut.

Vitupero, vitúperas, penult. corr. vituperâre. Cic. *Blasmer, Despriser, Vituperer.*

Dolabella valde vituperatur ab hominibus non insulsis quòd tibi tam citò succederet. Cic.

Improbum notari & vituperari. Cic.

Voluptas à Platone grauiter vituperatur. Cic.

Artem, scientiam, & studium vituperare. Author ad Heren.

Consilium alicuius vituperare. Cic.

Vituperátio, vituperatiônis, Verbale. Quintil. *Blasme, Desprisement, Vituperation, Vitupere.*

Laudatio & Vituperatio, contraria. Cic.

Hæc istius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui, &c. Cic.

Se autem lætari, quòd effugissem duas maximas vituperationes, vnam, &c. Cic.

Et laudes & vituperationes scribebantur. Quintil.

Vitare vituperationem. Cic.

¶ Venire in vituperationem. Cic. *Estre desprisé & blasmé ou vituperé.*

Mihi ita persuadeo, eam rem laudi tibi potius, quàm vituperationi fore. Cic.

Cadere in vituperationem. Vide CADO.

Vituperâtor, pen. prod. vituperatôris, Aliud verbale. Cicero. *Mespriseur, Blasmeur, Vitupereur.*

Philosophiæ vituperatoribus respondimus. Cic.

Vt haberes quid diceres, siquando in vituperatores meos incidisses. Cic.

Vituperábilis, & hoc vituperábile, pen. corr. Cic. *Digne d'estre blasmé ou desprisé, Vituperable.*

Viuarium, viuárii. Plinius. *Un parc a nourrir bestes sauuages, Garenne.*

Viuarium etiam de piscibus dicitur. Plin. Iuuenal. *Un viuier, ou estang.*

Viuax, Viuacitas, Vide VIVO.

Viuerra, viuerræ, fœm. gen. Plin. *Un furet.*

Viuidus, Vide VIVO.

Viuiradix, pen. prod. viuiradîcis, pen. prod. fœ. gen. Plin. *Toute plante de qui la racine ne meurt point, iasoit que la tige meure, ou non meure, Toute plante qui ha la racine viue.*

Viuisco, viuiscis, viuiscere, Vide VIVO.

Viuo, viuis, vixi, victum, viuere. Quintil. *Viure.*

Bene valete, & viuite. Plaut. *Dieu vous donne bonne vie, A Dieu.*

Viuere caseo, lacte, rapto, & similibus. Plin.

Viuere ad naturam, Vide AD præpositionem.

Ætatem viuere. Plaut.

Æuo extento viuere. Horat. *Viure long temps.*

Annis, vel annos centum viuere. Plin.

Viue beatus in rebus iucundis. Horat.

Bene & fortunatè viuere. Plaut.

Consilio nullo viuere. Propert. *Viure sans reigle & sans raison.*

Conuenienter naturæ viuere. Horat.

Cum labore viuere. Plaut.

Cum isto Næuio familiariter viuit. Cic.

Cum aliquo coniunctissimè viuere. Cic.

Multum viuere cum aliquo, Vide MVLTVS.

Maximis in laboribus vsque ad summam senectutem summa cum gloria vixit. Cic.

Cum perditissimis latronibus non solùm de die, sed etiam in diem viuere. Cic. *Non seulement en plein iour & deuant tout le monde, mais aussi au iour la iournee.*

De lucro viuere. Cic.

Delicatè & molliter, Parcè, continenter, seuerè, sobriè viuere. Cic.

Diu viximus. Virgil. Satis diu viuere. Cic.

E natura viuere. Cic. *Viure selon nature.*

Viuere ex more alterius. Terent.

Viuitur exiguo melius. Claud.

Viuite fœlices. Virgil. Viuite fortes. Horat.

Gloria & laude viuere ob virtutem. Cic. *Viure par louable renommee.*

Armenta viuunt gramine. Ouid.

Honestè viuit. Terent.

Immoderatè & intemperatè viuere. Cic.

In amore iocisque viuere. Horat.

In caupona viuere. Horat.
In diem, vel in horam viuere, Vide IN præpositionem.
In maxima celebritate, & in media Reipublicæ luce viuere. Quintil.
In literis viuere. Cic. In laude viuere. Cic.
In oculis ciuium viuere. Cic. *Frequenter un chascun.*
Incultè atque horridè viuere, Vide INCOLO.
Instituto bonorum viuere. Cic. *Viure comme les bons.*
Inter prælia viuere. Ouid.
Iucundissimè viuere, Vide IVCVNDVS.
Vacuo lecto viuere. Propert. *Sans femme.*
Libenter viuere, Vide LIBET.
Liberaliter, vel liberè viuere, Vide LIBER, liberi.
Magnificè viuere. Cic.
Malè viuere, Vide MALVS.
Viue memor nostri. Ouid.
Molliter viuere. Ouid. *Doulcement & a son aise.*
Moribus antiquis viuere. Plaut.
Negligentius viuere. Plin. iunior. *Sans soing & soulci.*
Obsequenter & obsequentissimè viuere, Vide OBSEQVOR.
Odia improba viuunt. Stat. *Durent & perseuerent.*
Parcè ac frugaliter viuere. Horat.
Parcius viuere. Horat. Placidè viuere. Ouid.
Quietè & liberè viuere. Cic.
Radices arboris viuunt. Vlpian.
Rapto viuere. Ouid. *Viure de rapine & larcin.*
Rectè viuere. Horat. Sanctissimè viuere. Cic.
Secum viuere. Cic.
Siliquis viuere & pane secundo. Horat.
Spiritu & laude virtutis viuere. Cic. *Viure quand a l'ame & bon bruit, combien qu'on soit mort corporellement.*
Studiis viuere. Cic. *Mettre tout son passetemps a l'estude.*
Suauius victurus, quàm si, &c. Horat.
Temerè inconsultéque viuere. Seneca.
Turpiter viuere. Quintil. Vitam viuere. Plaut.
Ego vitam duram vixi vsque adhuc. Terent.
Vitium alitur, viuitque tegendo. Virgil.
Prorsus vnà viuere. Cic.
¶ Viuere alicui. Plautus. *Estre son ami & bienueillant, & mettre toute son estude a luy faire du plaisir.*
Viuit sibi. Cicero. *Il n'entend sinon a son priué & particulier prouffit.*
Viue tibi. Ouid. *Ne te mesle que de tes affaires.*
¶ Ita viuam. Cic. *Ainsi me vueille Dieu aider.*
Ne viuam si scio. Cic. *Ie puisse mourir si ie le scay.*
¶ Viuitur, pen. corr. Impersonale. Terent. Hoc ibi fit, vbi non verè viuitur. *On l'on ne vit pas ainsi qu'il appartient.*
Paruo bene viuitur. Horat. *On vit bien de peu de chose.*
Viuitur ex rapto. Ouid. *On vit de rapine.*
¶ Viuitur. Personale. Ouid. -vixi
Annos bis centum: nunc tertia viuitur ætas.
¶ Conditio viuendi. Horat.
Tenet me voluptas viuendi. Virgil.
Finis viuendi mihi adest. Ouid.
Viuendo vincere aliquem. Plaut. *Luy suruiure.*
Ad viuendum firmus, Vide AD præpositionem.
Mihi viuendum est semper in Barbaria. Ouid.
Viuens, Participium, vt
In vrbe viuens. Horat. Rure viuens. Horat.
Pectore viuenti eripiunt fibras. Ouid.
Fauilla viuens. Ouid.
Fluuius viuens. Stat. *Qui coule tousiours, & ne tarist iamais.*
Victito, victitas, pen. corr. victitâre. Plaut. *Viuoter.*
Bene libenter victitas. Terentius. *Tu aimes fort a faire bonne chere.*
Parce victitare, Vide Parcè in PARCVS.
Victus, huius victus, masc. gen. Vlpian. *Le viure, Tout ce qu'on boit & mange, Les viures, ou victuailles.*
Ad victum & valetudinem necessaria. Cic. *Pour viure.*
Victus & vestitus, siue Cultus & victus. Cic.
Victus ex rapina. Plin.
Parsimonia aliquorum in victu. Cic.
Penuria victus. Horat. *Disette de viures.*
¶ Annuis victibus sufficiens prædium. Plin. *Duquel on recueille assez pour viure l'annee, Vne petite terre qui nourrist son maistre.*
Aridus victus, Vide ARIDVS.
Asper, Vide ASPER. Basilicus. Plaut.
Facilis. Virgil. *Aisé a recouurer, Qui ne couste gueres.*
Fœdus. Horat. Frugi. Quintil.
Infœlix. Virgil. *Quand on ne mange que pommes de bois, racines, & semblables.*
Inops. Ouid. Luxuriosus. Quintil.
Malignus. Sil. *Viande de mauuaise saueur.*
Mundus. Horat.
Parcus & parabilis. Curtius. *Aisé a recouurer, Qui est tousiours prest.* Sordidus. Quintil.
Tenuis. Cicero.
¶ Alitur corpus victu. Lucret.
Attenuans victus, Vide ATTENVO.
Carere omni cultu & victu humano. Cic.
Nec ego victum, nec vitam illam colere possum. Cic. *Tenir ceste maniere de viure.*
Hominum vita multum distat à cultu & victu bestiarum. Cicero.
Ministrare victum, Vide MINISTRO.
Mutare aliquid ex consuetudine victus. Cels.
Seges ægra negabat victum. Virgil.
Tolerare victum lacte. Colum. *Viure de laict.*
Salubri & moderato cultu atque victu, quieti se tradidit. Cicero.
Vita victúsque cõmunis in amicitiis vigent maximé. Cic.
Viuus, Adiectiuum à Viuo, quod mortuo contrarium est. Cicero. *Vif.*
Exturbari ex numero viuorum. Cic. *Estre tué.*
Viuus & videns cum victu ac vestitu suo publicatus. Cic. *Viuant & voyant.*
¶ Viui peruenimus illuc. Virgil. *Par longuement viure, &c. Nous auons tant vescu que, &c.*
¶ Viuus amor. Virgil. *Vehement.*
¶ Animus viuus & naturalis. Plin. iunior.
Aqua viua. Varro. *Eau qui sourd du mesme lieu ou elle est, Eau viue.* Cæspes viuus. Horat. *Verd.*
Calor viuus. Ouid. *Chaleur vitale & naturelle.*
Caro malè viua. Ouidius. *Vn petit ourson nouueau né, qui n'est qu'une masse de chair sans forme & figure & apparence de vie.*
Cutis viua. Plaut.
Flumen viuum. Liu. *Eau tousiours coulât, & qui iamais ne tarist.*
Lacus viui. Virgil. *Naturels.*
Lucernæ viuæ. Horat. *Ardantes, Luisantes.*
Plantaria viua. Virgil. *Plantes verdes & vmees.*
Sanguis viuus. Ouid. *Sang d'homme vif.*
Saxum viuum. Virgil. *Roche naturelle.*
Sepes viua. Colum. *Vne haye naturelle, & d'arbrisseaux viuans, Haye viue.* Sulfura viua. Virgil.
Vigor viuus. Ouid. Vnda viua. Sil.
Voluptas viua prati. Claud. *Verdure de pre, Herbe verde.*
Vultus viuos ducere de marmore. Virgil. Vide DVCO.
¶ Ad viuum resecare. Cic. *Resequer iusques au vif.*
¶ Detrahere, vel resecare aliquid de viuo. Cic. *Rongner tant que le sang en sorte, Oster du vif.* Vide DETRAHO.
Viuax, viuacis, penult. prod. om. gen. Virgil. *Vif, ou Qui vit long temps, Qui est de longue vie.*
Viuax in pœnam senecta. Plin.
Aconita viuacia. Ouid. Anima viuax. Ouid.
Anus viuax. Ouid.
Apium viuax. Horat. *Qui dure long temps verd.*
Ceruus viuax. Virg.
Dextra viuax. Ouid. *Main viue & hardie.*
Fata viuacia senectæ. Lucan. Gramen viuax. Ouid.
Gratia sermonum viuax. Horat. Verba viuacia. Ouid.
Virtus viuax, expérsque sepulchri. Ouid.
Viuacior. Horat.
Viuacitas, pen. corr. viuacitâtis, f. g. Columel. *Viuacité.*
Viuacitatẽ suam vsque in annos decem prorogat. Colum.

Viuacitas. Quintil. *Longueur de uie.*

Viuesco, siue Viuisco, viuiscis, viuiscere. Plin. *Prendre uie & croistre, Deuenir en uie.*

Vlcus viuescit, & inueterascit alendo. Lucret.

Verbum affixum cordi viuescit. Lucret. *Ne s'oublie point, On y pense tousiours.*

Viuidus, pen. corr. Adiectiuum. Plin. iunior. *Plein de uigueur, Vertueux & fort, Vigoreux, Vif.*

Animus viuidus. Tacit.

Imago viuida Martis. Claud. Membra viuida. Sil.

Impetus viuidus. Horat. Odia viuida. Tacit.

Ingeniũ viuidũ. Liu. *Fort uif.* Virtus viuida bello. Virgil.

Vix, Aduerbium. Cic. *A grand peine.*

In dicendo excellẽtes vix paucos proferre possumus. Cic.

¶ Vix ægrè amatorculos inuenimus. Plaut. *Encore a grand peine.*

Mihi verò cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidem. Cic.

Aut vix, aut nullo modo corrumpi. Cic.

Vixdum dimidium dixeram, intellexerat. Terent. *A grand peine auoye ie dict la moitié que, &c.*

Vixdum epistolam tuam legeram, quum ad me Curtius venit. Cic. *A grand peine desia auoye ie leu, &c.*

Vix tandem sensi stolidus. Terent.

Illud vix saltem præcipiendum videtur. Quintil.

Vix vt dignosci possit à mastice vera. Plin.

¶ Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Virgil. *Incontinent que, A grand peine estoyent ils partis.*

¶ Vix ita tamen viuimus. Plaut. *Encore a grand peine.*

¶ Vix est, vt, &c. Africanus. *A grand peine peult il estre que, &c.*

V L

Vlciscor, vlcisceris, pen. corr. vltus sum, vlcisci. Cic. *Venger, Punir.*

Vlcisci & persequi aliquem. Cic.

Quos quidem ego non tam vlcisci studeo, quàm sanare. Cic. *Me uenger d'eulx.*

Vlciscentur illum mores sui. Cic. *Se uengeront de luy, & le puniront.*

Vlcisci aliquod factum. Plaut. *Se uenger de quelque cas.*

Vltus est huius victoriæ crudelitatem Scylla. Cic.

Fratres cæsos vlcisci. Ouid.

Gentis delectæ vlcisci funera. Lucan.

Vlcisci iniurias. Cæsar.

Mortem alicuius vlcisci. Cic.

Necem alicuius vlcisci armis. Ouid.

Nefas fortiter ulta laqueo. Ouid. *Elle s'est pendue pour punir son meffaict.*

Patriam cadentem vlcisci. Virgil.

¶ Vltum ire Curtius. *Venger, ou Punir.*

Vltio, vltiônis, penult. prod. Verbale. Plin. *Vengeance, Vltion, Punition.*

Voluptas vltionis. Quintil. Audere vltionem. Tacit.

Mactare aliquem vltioni. Tacit. *Pour uengeance.*

Vltor, vltôris, pen. prod. Cic. *Vengeur.*

Dolorum alicuius vltor. Virgil.

Inimicorum vltor. Cic. *Punisseur.*

Mortis alicuius vltor. Ouid. *Vengeur.*

Scelerum vltores. Lucan. *Punisseurs.*

Fortissimus vltor. Ouid. Di vltores. Propert.

Vltrix, vltrîcis, pen. pro. f. g. Cic. *Celle qui se uenge, Vengeresse.*

Anima vltrix. Stat. Dextra vltrix. Seneca.

Flamma vltrix. Virgil.

Vlcus, vlceris, pen. corr. n. g. Virgil. *Vlcere.*

Crustas vlceris à viuo resoluere. Cels. *Enleuer & separer arriere de la chair uiue, Enleuer l'escare.*

Crustulas vlcerum rumpit lens. Plin.

Duritias in alto vlcerũ persequitur multipeda trita. Plin.

Eruptiones vlcerum manantes. Plin.

Impetus vlcerum incipientes serpere coercet calx. Plin.

Inflammationes vlcerum. Plin. Labra vlcerum. Plin.

Margines vlcerum duriores absumit cinis. Plin.

Margines vlcerum erodit anonis. Plin.

Oræ vlceris excidendæ. Cels. Os vlceris. Celsus.

Sinus vlcerum explere. Plin. *Les creux & cauernositez.*

Sinus vlcerum chelidonia siccantur. Plin.

¶ Acre vlcus. Martial.

Altum & angustum vlcus. Cels. *Profond & estroict.*

Atra vlcera ad viuũ corpus redigũt lupini syluestres. Pli.

Callosa vlcera, Vide CALLVS.

Caua vlcera commodissimè implet sphærion. Cels. *Incarne.*

Corruptius vlcus. Cels.

Deplorata vlcera. Plin.

Desperantia iam vlcera cicatrice includit mel. Plin. *Fait clorre.* Difficilia vlcera. Plin.

Durum & rotundum vlcus. Cels.

Humidum & inæquale vlcus. Cels.

Incurata vlcera. Horat. Mala vlcera. Cels.

Nigrum vlcus. Cels.

Periculosissima vlcera. Cels.

Pura, & parum pura vlcera. Cels.

Putrefacta. Auson.

Putria vlcera & tetri odoris. Plin.

Recentia vlcera. Cels.

Senilia vlcera siccant impositæ spongiæ. Plin.

Sordida vlcera melius mulso eluuntur. Cels.

Squalens vlcus. Sidonius.

Tetra vlcera. Plin.

Vetus vlcus incidendum est. Cels.

Vetusta vlcera. Cels.

¶ Adapertum vlcus. Cels.

Rubor ambit vlcus. Cels. Aperire vlcera. Plin.

Astringit & explet vlcera sil. Plin.

Coercent vlcera quæ serpunt, lactucæ. Plin.

Cohibet seuum vlcera quæ serpunt. Plin.

Compescit vlcera alumen. Plin.

Comprimuntur vlcera aceto. Cels.

Continuatur vlcus ruptis pustulis. Cels. *Quand plusieurs pustules se creuent & font ensemble un grand ulcere.*

Curare vlcera. Cels.

Negligenter curatum vlcus. Cels.

Descendere interdum solet vlcus ad neruos. Cels.

Durant diutissimè vlcera linguæ. Cels.

Efferentia sese vlcera. Plin.

Eluuntur vlcera mulso. Cels.

Emendat butyrum vlcera. Plin.

Erodere vlcera excrescentia. Plin.

Erumpentia per se vlcera. Plin.

Excidere totum vlcus vsque ad sanam carnem. Cels.

Excrescentia vlcera. Plin.

Exest putria vlcera aristolochia. Plin. *Mange.*

Exesum vlcus. Cels.

Explet caua vlcera aristolochia. Plin. *Incarne & remplit.*

Vlcera purgantur & explentur butyro. Plin. *Le beurre mondifie & incarne, &c.*

Expurgat vlcera sordida aristolochia. Plin. *Mondifie.*

Vlcus facit septica vi hæc herba. Plin.

Facta calceamento vlcera. Plin.

Fiunt etiam ex frigore hyberno vlcera. Cels.

Fouere vlcera aliquo succo. Plin. *Fomenter.*

Illinitur gentiana vlceribus quæ serpunt. Plin.

Illinitur beta contra vlcera quæ serpunt. Plin.

Implere vlcus. Cels. *Incarner.*

Imponere aliquid vlceribus. Plin.

Incidere vlcus scalpello. Cels. *Inciser.*

Mel cicatrici includit vlcera. Plin.

Increscentia vlcera. Plin.

Inducitur interdum callus vlceri. Cels.

Inducere crustas vlceribus. Cels. *Faire uenir une escare.*

Inhibet infantium vlcera alumen. Plin.

Inspergitur vlceribus farina. Plin.

Inueterata vlcera. Plin.

Inustis vlceribus rubet corpus. Lucret.

Latet vlcus in ore. Persius.

Linere vlcus melle. Cels.

Manantia vlcera. Plin. *Qui coulent & fluent.*

Manantia capitis vlcera discutere. Plin. *Tignons, La tigne.*
Vlcera quæ in capite manant. Plin.
Vlcera non maturescentia. Plin.
Medetur omnium generum vlceribus plantago. Plin.
Nascuntur vlcera in latere linguæ. Cels.
Nutrire vlcus lenibus medicamentis. Cels.
Occupat interdum vetustas vlcus. Cels.
Oriuntur vlcera plerunque in gingiuis. Celsus.
Percurat seuum vlcera quæ serpunt. Plin. *Guarist du tout.*
Perducere vlcera ad sanitatem. Cels.
Periclitantur vermibus quædam vlcera. Plin.
Perpurgare replereque vlcera. Cels.
Persanare vlcera. Plin.
Procedit ac serpit vlcus. Cels.
Vlceribus ex ambusto mirè prodest tostum hordeum. Plin. *Qui uiennent de brusture.*
Purgare vlcus melle. Cels. *Mondifier.*
Putrescentia vlcera. Plin.
Lupini redigunt vlcera ad viuum corpus. Plin. *Leur font reuenir la chair uiue.*
Renouare vlcera. Cels. Renouatur vlcus. Cels.
Reprimũtur optimè collyrio vlcera supercrescentia. Cels.
Repugnãtia cicatrici vlcera. Plin. *Qui ne se ueulent point clorre.*
Repurgatum vlcus. Cels.
Rescindere os summum vlceris. Virgil.
Serpentia vlcera. Plin.
Vlcera si mediocriter serpunt, aqua calida: si vehementius, vino calido fouenda sunt. Cels.
Siccat vlcera per se farina lupinorum. Plin.
Sistit vlcera quæ serpunt, gramen. Plin. *Les arreste.*
Succurrunt medicamenta vlceribus. Cels.
Supercrescentia vlcera. Cels.
Tendit ad sanitatem vlcus. Cels.
Tollit vlcera humida cinis ex ossibus sepiarum. Plin.
Oua tollunt vlcera humida in capite. Plin.
Vlcera difficile cicatricem trahentia. Plin.
Vlcera quæ cicatricem non trahunt. Plin.
Vlceribus vix ad cicatricem venientibus optimè succurrit sphærion. Cels.
Viuescit vlcus & inueterascit alendo. Lucret.
¶ Vlcus tangere. Terentius. *Faire mention d'une chose qui fait grand mal a un autre.*
¶ Vlcus, à nonnullis scribitur cum h, quòd Græcè ἕλκος dicatur.
Vlcusculum, vlcusculi, pen. corr. Diminutiuum. Plin.
Vlcero, vlceras, pen. corr. vlcerare. Plin. Cic. *Blesser & entamer la peau, Vlcerer.*
Iecur alicuius vlcerare. Horat. *Le nauer d'amour.*
Vlceratio, vlcerationis, Verbale. Cels. *Vlceration.*
Vlcerôsus, pe prod. Adiectiuum: vt Iecur vlcerosum. Horat. *Plein d'ulceres, Vlcereux.*
Vlcerosum, ad arbores translatum. Plin.
Vligo, pen. prod. vliginis, pen. cor. fœm. gen. Varro. *Naturelle moiteur de la terre.*
Pinguis humus, dulcique vligine læta. Virgil.
Pestifera vligo campi. Sil.
Salsam & amaram vliginem nonnunquam vomit terra. Columel.
Vliginôsus, pen. prod. Adiect. Varro. *Tousiours moite & humide.*
Vliginosi campi. Columel. Vliginosa terra. Plin.
Vllus, vlla, vllum. Cic. *Aucun, Quelque.* Ponitur vel negatiuè: vt, Non est vllus qui currat. Vel interrogatiuè: vt, Estne vllus qui currat? Vel subiunctiuè: vt, Si vllus me vocabit, statim veniam.
Si vllo modo est vt possit, quod spero fore. Terent. *Si en quelque maniere ce que i'espere se peult faire.*
Sine vlla particula iustitiæ. Cic.
Negat prodesse vllam scientiam alicui. Cic.
Omnino vllius rei nemo fuit emptor. Cic.
Obiicit mihi, quòd vllum de liberis meis potuerim facere discrimen. Quintil.
Vlmus, vlmi, fœ. gen. Arbor. Plin. *Oulme, ou Orme, ou Ormeau.*
Aëria vlmus. Virgil. Alta vlmus. Virgil.
Densa. Ouid. Exesa. Ouid.
Fœcundæ frondibus vlmi. Virgil.
Fortes vlmi. Virgil. Frondosa vlmus. Virgil.
Patula. Pers.
